d *de scriptore i. q. scribendo ordinare, enarrare, exponere, demonstrare, describere, recensere, referre sim.*: VAL. MAX. 1 praef. ab (*i. ex*) illustribus electa auctoribus -ere (*Meursius*, diligere *A*, delegere *L*). COLVM. 11, 3, 15 quo quidque tempore terrae mandari plerumque conveniat per menses -amus. PLIN. nat. 25, 169 nos eam Romanis experimentis per usus -imus (28, 149 in mala singula usus. 29, 15 quem *commentarium Catonis* per genera usus sui -imus. 29, 37 reliquos usus eius). 29, 72 ut -emus (*i. demonstrabimus*). QVINT. decl. 261 p. 69, 27 *controversia* per summas -i potest. FRONTIN. aq. 77 ut erogationem ... per nomina aquarum ... et per regiones urbis -amus (*v. supra l. 16*). GELL. 9, 10, 3 in istiusmodi re -enda verbis uti. 17, 21, 1 exceptiones nostras ... cursim -ssimus. TERT. anim. 9 diligentissime -untur, ut etiam probentur. 28 decursus generis humani ... nominatim temporatimque. bapt. 15 de isto plenius iam nobis in Graeco (*i. scripto*) -stum est. adv. Marc. 3, 24 p. 419 longum est persequi et in alio opere -stum. nat. 1, 3 exquisitionem. 1, 7 suo loco. 1, 9 (*in imag.*) quot pestes, fames ... saeculum -ssit (*i. enumeravit*). 1, 11 de bello Iudaico -it *Tacitus*. *al.* orat. 22 quo *spiritu* cum omnis scriptura divina, tum et illa Genesis -sta (*i. composita*) est. pall. 3 quod Aegyptii narrant et Alexander -it. pat. 5. 13. resurr. 2 de sola carnis resurrectione. 22. VOPISC. Aurelian. 1, 6 bella charactere historico -sta. TREB. Claud. 1, 1 *Claudius* nobis ... cum cura in litteras -endus est. PS. AVR. VICT. orig. tit. Origo gentis Romanae ... -sta ex auctoribus *illis*. OPTAT. 1, 4 p. 6, 5 in scriptura -ssit *quidquid sentire potuit*. SIRIC. epist. 20 p. 1146^{A} quae -sta sunt in querelam. AVIEN. Arat. 714 omnia *sidera septentrionalia* ... sunt -sta mihi. AMM. 14, 7, 21 absque Mesopotamia -sta (*i. descripta*). 17, 1, 1. 22, 15, 1 quarum notitiam -ssimus. 22, 9, 6 pauca. 23, 5, 7. 23, 6, 1 situm Persidis ... curiose. 25, 4, 16 -stis bonis ad vitia veniamus. 25, 8, 5 *al. saepe*. SERV. ecl. 4, 18 rhetorice -sta laudatio. FAV. EVL. p. 21, 31 haec ... meditata lucubratione -erim. VEG. mulom. praef. 6 plene ac breviter omnia enucleata *-ere*. mil. 2, 23. 3, 22. 26. 4 prol. ex diversis auctoribus in ordinem -am. 4, 30 *al.* AMBR. patr. 2, 46 prophetiam sancti Iacob de sancti Ioseph nomine -amus. HIER. vir. ill. 13 in quo *libro* Macchabaeorum -sta martyria. epist. 20, 2, 3 ipsa Hebraea verba ponenda sunt et omnium interpretum opinio -enda (*i. exponenda*). 22, 39, 1. 36, 1, 4 utrumne epistulari brevitate sententias (AVG. civ. 6, 10) tibi velis -i aut singulorum libros confici (*seqq.* disputavit, disseruit). 52, 1, 1 ut tibi brevi volumine -am praecepta vivendi. *al.* VVLG. II par. 20, 34 quae -ssit in libros regum Israel. Dan. 5, 25 haec est ... scriptura quae -sta est. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 31 Latino ea sermone (apol. Orig. praef. 1 AVG. civ. 22, 22. PS. PHOEBAD. fid. prol. p. 32^{A} ea ipsa planiori sermone in hoc libello -ssi). apol. Orig. 1 p. 537^{A} hist. 1, 2, 27. 3, 39, 15 per ordinem ... dicta vel facta (*ἀκριβῶς ἐγραψεν*. PS. AVG. quaest. test. 3 p. 430). 5, 8, 3 Petri euangelium ... -ssit in libro (*ἐγγραφῶς ἡμῖν παραδέδωκεν*). PRVD. apoth. 382 i scriba, tripictis -e versiculis quae sit suffixa potestas. CLAVD. 28, 591 veterumque exempla secutus -it imperii sub iudice facta senatu (AVG. civ. 17, 1 quae per ordinem reges eorumque facta et eventa -ens. MACR. sat. 7, 1, 19 Vlixis facta fortia -endo. *cf. l. 4*). AVG. civ. 18, 1 libris ... est digestus exortus. 22, 13 me -ente. SVLP. SEV. chron. 1, 1, 5 quae de sacris voluminibus breviata -ssimus. 1, 2, 1 processu voluminis istius -emus. 1, 40, 2 *al.* MACR. sat. 1, 2, 8 iucunde prolata -staque. 5, 2, 2 tantam copiam in suo opere -ssit *Vergilius*. 5, 14, 11 historicum stilum vitet non per ordinem -endo. 6, 1, 1 -ssit quae carmini suo Vergilio inseruit. EVSEB. MED. Leo M. epist. 97, 2 *epistulam* fidei assertione plene -stam ... transtulerat. COD. Theod. 12, 6, 14 (*a. 367*) ratio semper evidens scientiae tuae -sta (*i. exposita*) referatur. 11, 22, 4 (*a. 409*). CASSIAN. inst. praef. 3 *instituta monachorum* quamvis imperito -am stilo. 5 *libros* Graeca lingua -stos. *al.* MAX. TAVR. hom. 45 totus ... hic psalmus -stus est (*i. scriptus*) ex persona domini salvatoris. POMER. 3, 34, 1. BOETH. arithm. 1, 12 p. 28 superius -stae descriptionis haec ratio est (2, 1 p. 77 superioris libri disputatione -stum est. *sim.* in Porph. comm. sec. 2, 3 p. 177, 18 mus. 1, 34. 4, 1. 5, 7). in Porph. comm. sec. 4, 10 p. 294, 8 sententiae vim -ssimus (*i. exprimere*). *al.* ENNOD. epist. 1, 8 p. 17, 17 conceptum suum in ordinem -endo (*i. conscribendo*). 3, 2 p. 72, 10 secretum pectoris ... in lucem -at *elocutio*. 3, 2 p. 73, 6 relatio funeris -sta per litteras. *al.* CASSIOD. in psalm. praef. 12^{A} quemadmodum sit expositio -sta psalmorum. MART. BRAC. ira praef. ut de passibilitate irae ... tibi aliqua libello -rem. ISID. vir. ill. 9 in secundo ... libro -ens quid haereticum demonstret. VIRG. gramm. epit. 6 p. 49, 16 epist. 5 p. 161, 10.

e *i. q. secum considerare, animo revolvere*: STAT. Theb. 2, 316 quos ipse notaret ingemuisse sibi per noctem ... -it *Polynices*. AMM. 14, 6, 14 -sto plene consilio (15, 4, 1. 24, 7, 1. 26, 8, 1 -sto mature consilio. *cf.* FVLG. Virg. cont. p. 98, 17 quia non habent iuvenes -sta liquidaque consilia). *seq. acc. c. inf.*: TERT. patient. 1 cum recordor et in meae imbecillitatis contemplatione -o bonam fidei valetudinem ... provenire.

fere i. q. constituere, mandare, iubere: AMM. 15, 5, 22 post haec ita -sta (23, 3, 4. 26, 5, 3). VVLG. Ios. 8, 32 quod ille -erat coram filiis Israel (*i. praescripsit, nisi ad II B 2 d referre malis*). *fort. huc pertinet* NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 3 cum totum fidei sacramentum in confessione Christi nominis intellegatur -stum.

part. perf. pass. pro adi. **dīgestus**, -a, -um. *comp. l. 47; superl. l. 52. 53. 54.* **1** *t. t. medic. de eo qui bene digessit* (*cf. p. 1716, 45 sqq.*): SCHOL. Hor. sat. 1, 10, 33 tunc (*sc. media nocte*) -ior animus vera somniat (*cf.* PORPH. *ad l.* mens a potu et a cibo purior est). CHIRON 503 -us ad potionem veniat (*cf.* 358 calidum hordeum nimis edidisse et non -um esse, *i. digessisse*). MARCELL. med. 1, 106 danda omnibus ieiunis et bene -is (16, 53. 20, 144. 22, 17. 22. 31. 26, 94. 95. 28, 54 ieiuno et -issimo bibendam dabis. 29, 8). 16, 3. 22, 24 illo triduo purissimus et -issimus sit. 22, 26 -issimus cibos sumat. 28, 34 -issimi ... hoc remedium accipere debebunt. 28, 35 ita ut sit -issimus. 30, 68. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 85 perfectum -um (*sc. aegrotum*) indicabimus. 3, 6, 85. BENED. reg. 8 ut iam -i surgant. *subst. n.* **dīgestum**, -ī, *plerumque plur. i. q. collectum, compositum*, GLOSS. -um *διάλογος. διάστρωμα. διατύπωσις.* **1** *t. t. iurid. de pandectis, cf.* COD. Iust. 1, 17, 2, 1 nomenque libris imposuimus -orum seu pandectarum, quia omnes disputationes et decisiones in se habent legitimas et quod undique fuit collectum, hoc in sinus suos receperunt. 1, 17, 1, 12 nostram ... consummationem ... -orum vel pandectarum nomen habere sancimus. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357^{A} *δεγέστων. φανερῶν διατυπωμάτων.* VLP. dig. 2, 4, 10, 1. 2, 8, 7. 2, 14, 7, 16. 3, 3, 35, 3 *al.* PAVL. dig. 3, 5, 21 (21) INST. Iust. praef. 4. 3, 12, 1. 4, 6, 5. *persaepe in titulis vel subscriptionibus librorum Ictorum velut Iuliani, Alfeni* (GELL. 7, 5, 1), *Marcelli*.

2 *latiore quodam sensu i. q. liber quilibet*: TERT. bapt. 1 non erit otiosum -um istud (*de ipsius libro*). apol. 47 in sanctis -is. nat. 2, 1. adv. Marc. 4, 3 p. 428 inde sunt nostra -a. 4, 5 p. 431 Lucae -um (*i. euangelium*) Paulo ascribere solent. *cf.* VEG. mulom. tit. -orum artis mulomedicinae libri. **3** *i. q. res collecta et ordinata*: AVIEN. Arat. 25 parens rerum fluitantia fixit, hic dispersa locis statuit primordia iustis, hic -orum speciem dedit (*sc. primordiis*). **4** *i. q. per compendium, breviter*: SEDVL. op. pasch. 1, 28 per -a quaedam veteris testamenti miracula rettulimus (carm. pasch. 1, 291. 294).

deriv.: digeries, digestatio, digestibilis, digestilis, digestim, digestio, digestor(ius), 2. digestus

dīgestātio, -ōnis *f. a* *digestare, *cf.* digerere, digestus. PLIN. VAL. 1, 18 post -em (*i. dissolutionem medicamenti oculis prius impositi*) lac mulieris quae puerum nutrit superinfundes.

***dīgestibilis**, -e *a* digerere, digestus. *compar. l. 83.* **1** *sensu activo i. q. concoctionem adiuvans*: PHILVM. med. 2 p. 40 alica enim plus nutrit ab omni frumento et omnibus -ior est. APIC. 1, 35 oxygarum. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 88 sucum parvum ..., -em. ORIBAS.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eup. 2,1 A 19 -ior autem est amomus. 23 *anethus* diaforeticus et -is. 35 *astafis* -is est mediocriter. B 7 butyrus -is est virtute. *saepe.*
2 *sensu passivo i. quod facile concoqui potest*: PHILVM. med. 3 p. 64 cibi . . . styptici et bene satis sunt -es et euanadoti (4 p. 72 -os . . . enchymos et -es et substypticos. THEOD. PRISC. eup. faen. 95 log. 98. 109. CAEL. AVR. acut. 1, 10, 73 simplicem, -em. 3, 17, 152. chron. 1, 4, 159 levis, parvus, -is. 3, 4, 64. 3, 5, 70. 3, 6, 84. 4, 3, 38. 70 *saepe*). THEOD. PRISC. log. 48 ciborum humanior ordinatio, simplex attamen et -is ordinanda erit. CASS. FEL. 55 piscibus. ORIBAS. syn. 4, 16 omne genus avium bipedum a quadrupedum -iora sunt.

dīgestilis, -e *a* digerere. CASSIOD. hist. 6, 32 fimum non per meatus -es (*i. per quos digestio fieri solet*) emittebat.

dīgestim *adv. a* digerere. *i. q. ordinate, disposite*: PRVD. perist. 2, 129 dum tota -m mihi Christi supellex scribitur.

✱**dīgestio,** -ōnis *f. a* digerere. *legitur inde a* CIC.

I *i. q. actus* ***separandi,*** *dissolvendi, dividendi*: **A** ***proprie:*** *t. t. medicorum, cf.* MACR. sat. 7, 4, 12 ita fit, ut -um sequentium ordo turbetur. 7, 4, 13 neque enim cibi quem sumimus una -o est, sed ut corpus nutriat, quattuor patitur -es *eqs.* ORIBAS. syn. 5, 15 tres sunt digesciones (*sic*) in corpore: prima in ventre, secunda in epate, tertia vero per omnes venas discurrens singula nutriuntur membra. 1 *i. q. distributio ciborum per corpus*: CELS. 1 pr. p. 7, 6 sive concoctio sit illa, sive tantum -o. 2, 14 impletur non ipsa frictione, sed eo cibo qui postea usque ad cutem -e quadam relaxatam penetrat (= ORIBAS. syn. 1, 4). ORIBAS. syn. 1, 5 per absconsos . . . meatos potest fieri aliqua -o corporis. 1, 16. 25. 2 *i. q. concoctio*: QVINT. inst. 11, 3, 19 facilis ciborum -o (HIER. epist. 65, 5, 1. AVG. c. Faust. 6, 8 per attritiones et -es ciborum fugere inde vitam. THEOD. PRISC. log. 105. MACR. sat. 7, 4, 13 cibi quattuor patiuntur -es. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14 p. 366 -es escarum. ORIBAS. syn. 1, 2 *al.*). TERT. anim. 43 sudor -is aestuantis est index. SER. SAMM. 300 tit. SOL. 27, 13 si -o non est insecuta. CAPITOL. Ver. 4, 10 -is facillimae *fuit*. OPTAT. 1, 12 p. 14, 12 (*in imag.*) corruptela malae -is . . . vomuerunt. PALLAD. 11, 14, 1 -i accomodatum. CHIRON 208. VEG. mulom. 2, 108, 2 -o et sanitas consequetur. PS. AMBR. act. Seb. 4, 13 (*in imag.*) ista refectio non potest in -em prorumpere. RVFIN. hist. 3, 6, 8 naturales . . . -um meatus. AVG. c. Iul. 5, 8, 33 in nostro corpore loca -is. SORAN. p. 33, 4 -em perferre. p. 33, 11 quae difficillimae -is sunt. PS. SORAN. quaest. med. 60 quid est pepsis? -o (CASS. FEL. 55). MARCELL. med. 20, 87 ad -em parandam (20, 90). 20, 126 -em . . . praestat (MART. CAP. 5, 541 -em facilem praestat). 22, 22 *saepe*. VINDIC. med. 4. 42 *-em* fervore fieri. THEOD. PRISC. eup. faen. 84 quae *loca* solemni -e sunt impedita. log. 12. 95 *saepe*. CAEL. AVR. acut. 2, 18, 106 corruptae -is causa. 2, 19, 120. chron. 3, 8, 148 ob -em faciendam (ANTHIM. pr. p. 7, 10 bonam -em corporis faciunt *cibi*). *saepe*. DRAC. laud. dei 1, 485 qua *parte corporis* ventris erat -o, turpis habetur. EVSTATH. Bas. hex. 3, 10 p. 902^{A} (*in imag.*) post -em salubrem. CASSIOD. in psalm. 118, 171 -o quaedam stomachi nostri claustra dirumpens. ORIBAS. syn. 4, 1 quae gravant -em. 3 *i. q. dissolutio, purgatio, solutio alvi*: AVG. serm. ed. Mai 74, 1 (*in imag.*) *mendicitas* vorago est omnium criminum vel -o vitiorum. THEOD. PRISC. eup. faen. 24 quibus per saniem -em volumus procurari (*i. de tumore parotidis solvendo*). *saepe sim. apud eundem, ex. gr.*: 67. 68. 90 log. 18. 21. 27. 38. 49. ARNOB. in psalm. 77 p. 457^{A} (*in imag.*) quidquid aeternitatem in potando et in manducando praestat, angelicum est, non habens putentes atque stercoreas -es. RVFIN. Orig. in gen. 2, 1 p. 163^{A} -um constitui loca (*sc. ad alvum exonerandam*) *in arca* (GREG. TVR. Mart. 3, 59 secreta -um loca puer expetit). ZACCH. 1, 24 p. 1029^{D} quaelibet ergo exesis corporibus piscium bestiarum alitumque -o aut aquis misceatur aut terris. CASSIOD. var. 8, 30, 1 cloacarum opportuna -o (*i. defluvium*). anim. 9 p. 1295^{C} uni gutturi duae serviunt -es. ORIBAS. syn. 6, 1 -o aegritudinis non fit (6, 10). 6, 11 signo -is. *saepe. huc traxerim in imag.*: THEOD. MOPS. in I Coloss. 2, 22 quorum finis, inquit, corruptela est et -o.

B *translate: t. t. rhetoricorum i. q.* μερισμός: CIC. de orat. 3, 205 -o, interpellatio, contentio, reticentia, commendatio (= QVINT. inst. 9, 1, 31). QVINT. inst. 9, 2, 2 -o, distributio. *fort. huc pertinet* GLOSS. -o διατύπωσις.

II *i. q. actus* ***ordinandi,*** *dispositio, ordinatio, distributio: nonnisi translate*: VELL. 2, 53, 4 facilis . . . annorum -o (*i. computatio*). PLIN. nat. 1, 6, 39 -o terrarum in parallelos et umbras pares. 1, 9, 14 -o aquatilium per species. 1, 9, 36 -o piscium in figuras corporis. 1, 10, 13. 1, 17, 30 *al.* 3, 46 interiore exin parte -em in litteras . . . secuturos. 18, 216 circulorum. RVF. FEST. 12, 1 consequenti locorum servata -e. AMBR. spir. sanct. 2 prol. 12 totius lectionis -o reservanda est. HIER. adv. Rufin. 1, 11 Eusebium laudavi in -e temporum (*i. Chronicon*). epist. 106, 2 in opere Psalterii iuxta -em schedulae vestrae. AVG. gen. ad litt. imperf. p. 463 dierum -o secundum consuetudinem humanae fragilitatis ordinata est. p. 464 -o et ordinatio singularum quarumque rerum formatarum . . . mundus vocetur. PALLAD. hist. mon. 1 pr. p. 249 grata -o sensuum atque verborum. COD. Iust. de cod. confirm. 2 *cum* moderataque -e (*i. selectione*).

dīgestor, -ōris *m. a* digerere. *i. q. ordinator*: CHALC. comm. 295 exornatam silvam (*i.* ὕλην) . . . a -e deo esse generatam.

✱**dīgestōrius,** -a, -um *a* digerere. 1 *i. q.* ***ad digestionem pertinens***: VINDIC. med. 27 -as vias corporis (32 rationabiles vias *corporis* id est -as *per quas nutrimentum in corpus transit*). 2 *quod concoctionem adiuvat, plerumque subst. neutr. vice*: MARCELL. med. 20, 72 -um mirum experieris. 20, 74 embamma -um optimum (PLIN. VAL. 2, 8). 30, 51 -um mirificum est. ORIBAS. eup. 2, 1 M 7 *melilotum* habet in se aliquid -um. P 6 proiectivam virtutem et -am et diaphoreticam habit. *al.*

dīgestum, -ī *n. v. sub* digero.

1. dīgestus, -a, -um *v. sub* digero.

2. dīgestus, -ūs *m. a* digerere. *i. q. dispensatio*: STAT. silv. 3, 3, 87 creditur uni sanctarum -us opum. *i. q. concoctio*: TERT. anim. 10 visu sine oculis et esu sine denticulis et -u sine alveis. CARM. de Iona 103 inter semesas classes resolutaque putri corpora -u, sua iam iam funera discens. *Gudeman.*

digita, -ae *f.? v.* digitus *infra l. 70.* [NOT. Tir. 100, 52 -a, *Schmitz corr.* diaeta.]

digitābulum, -ī *n.* [*a* digitus. *Th.*]. GLOSS. digitum. *cf. l. 30. i. q. digitale*: VARRO rust. 1, 55, 1 quae *olea* manu stricta, melior ea quae digitis nudis [laudabilior *l*], quam illa quae cum -is.

digitālis, -e *a* digitus. *i. q. spatium digiti habens*: VITR. 7, 1, 7 excisos canaliculos -es (PALLAD. 6, 11, 2). 10, 5 foramen semidigitale, -e, sesquidigitale. PLIN. nat. 9, 128 lingua purpurae longitudine -i. 14, 40 dactylides -i gracilitate. 20, 13 cucurbita . . . -i crassitudine (22, 47. 48. 24, 91 herba . . . crassitudine -is. 25, 170. 26, 62. 27, 105. EPIST. Alex. p. 192, 21 laminarum -ium crassitudine). 24, 29 cauliculo -i. 25, 158 siccantur . . . -bus frustis. 27, 139 -i latitudine et longitudine. CET. FAV. 29 p. 310, 25 -i rotunditate. ISID. orig. 17, 9, 52 radice robore -i et longa. *subst. n.* **digitāle,** -is. GLOSS. -e δακτυλήθρα ἢ βάσανος. -e *et* digitabulum δακτυλήθρα. -ium musculorum, fingirdoccana (*anglosax.*). NOT. Tir. 78, 58. [*it.* ditale, *francog.* dé, *hisp.* dedal. *M.-L.*]

digitātus, -a, -um [*a* digitus. *Th.*]. *i. q. digitis praeditus*: PLIN. nat. 11, 256 avium aliae -ae, aliae palmipedes, aliae inter utrumque divisis digitis adiecta latitudine. *cf.* digito.

digitellus, -ī *m.,* **digitellum,** -ī *n.* [*a* digitus *ductum esse videtur. Th.*]. *scribitur etiam* -ill-. *nomen herbae*: COLVM. 12, 7, 1 -i *cauliculum*. 12, 7, 5 -um compluribus diebus sub tecto siccari. PLIN. nat. 1, 25, 102 -us. 18, 159 herbae, quae appellatur aizoum . . . , latine vero sedum aut -illum. 25, 160. 26, 163. *cf.* DIOSC. 4, 88 W.

δακτυλοδειχτῶ **digito** GLOSS. *i. q. digito demonstro, a* digitus. *cf.* digitatus.

digitulus, -ī *m. a* digitus *deminutive.* [*dub. v. l. 73.*] 1 *manus*: VARRO Men. 371 laculla in mento impressa Amoris -o. SEN. epist. 66, 53 optem . . . ut muliercula . . . -os meos ducat. IVL. VICT. rhet. 26 p. 447, 23 *vinum* -o diducere in lineas (*cf. p. 1124, 34*). DON. Ter. Phorm. 315 aurem minimo inscalpens -o. HIER. epist. 14, 5, 3 duobus -is tura comprehensa. 125, 18 duobus -is concrepat (*cf. p. 1124, 23*) hoc signo ad audiendum discipulos provocans. RVFIN. hist. mon. 29 p. 454^{B} *v. p. 1128, 11. proverbialiter* (*cf. Otto, Sprichwörter p. 115*): PLAVT. Poen. 566 vix . . . ita pauxilla est, *rem* -is primoribus *tenetis* (HIER. c. Ioh. 26. *cf.* PLAVT. Bacch. 675 -is duobus sumebas primoribus). Rud. 720 tange utramvis -o minimo modo (HIER. epist. 82, 10. *cf.* AMBR. vid. 11, 70 cum ipsi ea *onera castitatis* attingere -is non queant). TER. Eun. 284 uno -o fores aperis (CIC. Scaur. 10 collum -is duobus oblideret. HIER. c. Lucif. 13 uno ut aiunt -o repellam. in Is. 40, 12 p. 487 quasi tribus -is [VVLG. digitis] et staterae parvo momento). 2 *pedum*: TVRPIL. com. 31 sandalio innixa -is (*Bothe*, digitis *vel* dicigitis *trad.*) primoribus (*v. p. 1129, 25 sqq.*). *avis*: APVL. flor. 12 p. 44 *psittaci* in pedibus ut hominis quini -i numerantur.

digitum, -ī *n. v. l. 18 et 71 sq.*

✱**digitus,** -ī *m.* [*formatione parum perspicua. fortasse mutatum est pro* *dic-idus, *cf. c.* dic-is, dicere (*q. v.*). *sunt qui conferant c. theod.* zēha *anglosax.* tā '*digitus pedis*', *alii c. got.* taikns '*signum*', taiknjan *anglosax.* tǣcan '*ostendere*', *alii c. gr.* δάκτυλος. *Th.*]. ISID. orig. 11, 1, 70 -i nuncupati vel quod decem sunt, vel quia decenter iuncti existunt. *gen. plur.* -um: VARRO frg. Char. gramm. I 126, 25 VITR. 7, 1, 6. *contracta forma* dictus *traditur* VARRO Men. 408. [*sic etiam* CATVLL. 66, 73 dictis *interpretabatur L. Müller ad Lucil. p. 240.*] ? digita *f.*: ITIN. Anton. Plac. rec. A 35 per -as (*G*, -os *RBr*). *cf.* 22 *nom. plur.* -as (*G*, -i *RBr*). *neutr. acc. plur.*: ITIN. Anton. Plac. rec. A 23 -a longa (*Geyer*, -i longi *R*, -as longa *G*). *dat. plur.* ? -ibus: VARRO Men. 42 (*pleriq. codd. Noni p. 427*, -i(s) *HPE*, digitulis *Oehler*). dicitus (*improbatur a* PROB: app. gramm. IV 198, 10): TAB. devot. Audollent 135 A 2 (135 B 5. 190, 10) -os. CORP. X 4483, 4 -i. *cf.* TAB. devot. Audollent 190, 13 ticidos. *notatur*: digit(os): CATO agr. 18, 1 CORP. XIV 3676, 12. GLOSS. δάκτυλος. -i δάκτυλοι (MART. CAP. 9, 984. EXPLAN. in Don. gramm. IV 523, 7 a -i positione dictus est dactylus. *cf.* PLIN. nat. 33, 10 Graeci *anulum* [*sc.* δακτύλιον] a -is appellavere). *legitur passim per totam latinitatem. singularis collectivus paucis locis ut* NAEV. com. 79. *manuum pedumve* -i *aperte nominantur*: -i manuales: CASSIOD. var. 1, 10, 4. in manibus: PLIN. nat. 11, 244. utriusque manus: AMM. 29, 2, 28. sinistrae manus: VAL. MAX. 6, 3, 3 CELS. 7, 26, 2 p. 309 *al.* PETRON. 32. dextrae manus: CELS.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

7,20 PLIN. nat. 28,57 SVET. Aug. 80 VVLG. lev. 14,27 (*adde*: 14,16 dextrum). manuum et pedum: VITR. 3,1,3 PLIN. nat. 28,229 PHYSIOGN. 60 (unguibus ac -is). 92. in manibus et pedibus: CELS. 3,25 PLIN. nat. 26,7 (PLIN. med. 1,19) VLP. dig. 21,1,10,2 VVLG. II reg. 21,20 *saepe*. pedum: *v. p. 1129,10. 12. 40. 64 al.* in pedibus: *v. p. 1129,69.* in plantis: *v. p. 1129,20.* [*loci dubii vel corrupti* (*v. p. 1122,73*): LVCIL. 991 euplocamo -is, discerniculumque capillo. CELS. 5,18,28 TERT. adv. Marc. 4,27 p. 513,21.] *v. etiam supra p. 3,35 et nom. propr.* Digitus. [*val.* deget, *it.* dito, *francog.* doigt, *hisp.* dedo. *M.-L.*]

I *proprie animantium:* **A** *manuum:* **1** *generatim*: VITR. 1,2,4 uti in hominis corpore e cubito pede palmo -o ceterisque particulis symmetros est eurythmiae qualitas, sic est in operum perfectionibus. CELS. 8,1 p. 327 quinque ossa ad -os tendentia palmam explent. a quibus ipsi -i oriuntur; qui ex ossibus ternis constant *eqs.* PLIN. nat. 11,244 hominis -i ternos articulos habent, pollex binos, [et *om. M*] -is adversus universis flectitur. QVINT. inst. 7,10,7 pars hominis est manus, eius -i, illorum quoque articuli. LACT. opif. 10,22 *manus* artifex, ut si quid tenendum sit apte possit insidere, in -os terminavit. in quibus difficile est expedire utrumne species an utilitas maior sit *eqs.* PLAVT. Most. 1118 *reliquisti filium* cum pedibus, manibus, cum -is, auribus, oculis, labris. PROP. 2,12,23 caput et -os et lumina...canat. OV. met. 1,500 laudat -osque manusque bracchiaque et . . . lacertos. 4,559 duratos subito -os in crine videres. 5,432 liquescunt . . . crines -ique et crura pedesque. 10,494 in magnos bracchia ramos *mutantur*, in parvos -i. 10,699 -i curvantur in ungues (APVL. met. 3,24 in . . . ungulas). 11,79 ubi sint -i. Pont. 4,13,34 venit et ad -os ultima charta meos (*sc. in volumine explicando*). PAVL. FEST. p. 7 allus pollex scandens proximum -um. CELS. 2,3 p. 32 si *praecordia* . . . -is cedunt (4,2 p. 123). PLIN. nat. 20,172 -is tactu eius (*sc. cunilae*) cohaerescentibus (*sc. glutinatis*). 27,4 hinc illa atrox peroratio eius (*M. Caelii oratoris*) in -um. MART. 6,23,2 non est mentula, quod -us. SVET. Dom. 19 sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla -orum innocue evaderent (OPTAT. 2,5 p. 42,14 *-os* intervallis . . . esse distinctos. *cf.* PS. AVR. VICT. epit. 11,5 inter patentes -os). APVL. met. 10,29 privatus humana manu, privatus -is. LACT. opif. 10,23 forma unguium . . . -orum fastigia comprehendens atque firmans (*cf. p. 1127,47 sqq. et* VVLG. Luc. 12,24 extremum -i [*ἄκρον δακτύλου*]. CAEL. AVR. chron. 2,14,198 summitates [*cf. p. 1126,66*]. CASS. FEL. 40 -orum capita robusta efficiuntur cum obuncatione unguium). TERT. idol. 9 non potest regna caelorum sperare cuius -us aut radius abutitur caelo. ITALA Is. 59,3 (Cypr. testim. 2,4) -i vestri in peccatis (VVLG. iniquitate *polluti sunt*). OPTAT. 5,1 p. 120,1 *non* de -o voluit aliquid tolli *deus*. VVLG. cant. 5,5 -i mei pleni myrrha. prov. 31,19 -i eius apprehenderunt fusum. AVG. civ. 11,10 quia -us minor est quam tota manus *eqs.* 22,30 *non* vult oculus esse qui est -us. in psalm. 143,3 in -is agnoscimus divisionem operationis et tamen radicem unitatis. MACR. sat. 7,13,8 -i nervis. MART. CAP. 9,968 ex -is venarum exploramus indicia. SIDON. epist. 1,2,5 chordae laqueum vagantis -o superlabente prosequitur *venator*. CORP. X 4483,4 (*Capuae*) diciti adiuvabunt prurigin⟨em⟩. TAB. devot. Audollent 135 A 2 oculos manus dicitos...defico in as tabelas (190,10 [*cf.* TAB. devot. Fox Americ. journ. of phil. 33,1 (1912) suppl. p. 28 *al.*]). *de numero -orum abundante*: CIC. nat. deor. 1,99 quam molestum est uno -o plus habere! quid ita? quia nec specie[m] nec usu[m] alium quinque desiderant. tuus autem deus non -o uno redundat, sed capite collo cervicibus. VLP. dig. 21,1,10,2 si quis plures -os habeat sive in manibus sive in pedibus *eqs.* PLIN. nat. 11,244 -i quibusdam in manibus seni (VVLG. II reg. 21,20. I par. 20,6 senos habens -os). 11,272 membra...inutilia sunt sicut sextus homini semper -us. AVG. civ. 16,8 pluribus quam quinis -is in manibus et pedibus nasci homines novimus . . . desipiat, ut existimet in numero humanorum -orum errasse creatorem. *in signis, statuis sim.*: SEN. nat. 1 16,2 specula . . . imagines longe maiores reddentia, in quibus -us bracchii mensuram et crassitudinem excederet. PLIN. nat. 34,33 -is ita figuratis. 34,41 maiores sunt -i quam pleraeque statuae. 34,83. 88. 35,92 -i eminere videntur. 36,24 symplegma nobile -is corpori verius quam marmori impressis. APVL. flor. 15 p. 53 laeva distantibus -is nervos molitur. ITIN. Anton. Plac. rec. A 22 manus ambas *domini* apparent et -i et palmae in ipsa petra (*sc. columna flagellationis*). 23 manum formosam -a longa imago designat. CORP. II 3386 *Isidis statuae.* *nota*: PLIN. nat. 11,246 in manibus *simiarum* ungues, -os longioremque medium.

2 *speciatim:* **a** *opera quae digitis fiunt* (*cf.* SERV. ecl. 6,3 -i Minervae *consecrati sunt*): *simulacra formantium*: PLIN. epist. 7,9,11 v. 2 *cera* sequatur si doctos -os. LACT. inst. 2,1,19 homines . . . timent opera -orum suorum (2,2,21 mortalium -orum figmenta). 5,13,21. VVLG. Is. 2,8 opus manuum . . ., quod fecerunt -i eorum. 17,8. RVFIN. hist. mon. 31 p. 457^{C} -is...corporis (*opp.* cognitione mentis). *cithara, tibiis ludentium* (*cf.* CIC. nat. deor. 2,150 ad nervorum eliciendos sonos ac tibiarum apta manus est admotione -orum): COM. pall. inc. 62 viden ut cinaedus orbem -o tympanizat? CATVLL. 63,10 quatiensque terga taurei teneris cava -is. VERG. Aen. 6,647 *citharam* pulsat (*opp.* pectine eburno. *cf.* LAVS Pis. 166). LYGD. 4,41 postquam fuerant -i cum voce locuti (SEN. dial. 10,12,4 sonant). OV. epist. 3,118 increpuisse lyram (= am. 2,11,32). met. 5,117 (*v. p. 1126,23*). STAT. Theb. 10,310. silv. 5,3,15 nil dulce sonantes nec -is nec voce deae. 5,5,32 -is errantibus amens scindo chelyn. Ach. 1,574. CLAVD. 17,317 *al.* LVCR. 4,585 (= 5,1385) tibia...-is pulsata. OV. fast. 6,705 modo dimittit -is, modo concipit auras. BOETH. arithm. 2,50 p. 160,11 alios operientes, alios -os concludentes. *stamina ducentium*: CATVLL. 64,313 fila supinis formabat -is. OV. epist. 14,66. 18,197 stamina de -is cecidere...remissis (*cf.* met. 4,229). met. 6,20. 57. 14,265. APVL. mund. 38 quod torquetur in -is ... quod nondum ex colo tractum est subactumque cura -orum. CLAVD. 8,593. *scribentium*: CIC. Q. Rosc. 1 egone ... -os meos impellere potui, ut falsum perscriberent nomen? OV. am. 1,11,23 -os . . . graphio lassare. epist. 1,62 -is charta notata meis. 20,27 fatigat *littera -os.* trist. 3,3,2 epistula . . . alterius -is scripta. Pont. 4,2,24. VVLG. Dan. 5,5 -i quasi manus hominis scribentis (SVLP. SEV. chron. 2,6,3). Ioh. 8,6. EXPLAN. in Don. gramm. IV 519,16 articulis, id est -is qui scribunt. CASSIOD. inst. 30 p. 1144^{D} -is linguas aperire (*sc. scribendo*). p. 1145^{A} tribus -is.

b *de gestibus digitis expressis* (*cf.* AVG. civ. 14,24 movemus ad nutum...manus et pedes et -os): *de notis digitorum* (ISID. orig. 1,25,1 *cf. Sittl, Gebärden p. 211 sqq.*): NAEV. com. 79 signat -o litteras (PROP. 3,8,26 scripta silenda notas. OV. am. 2,5,18 nec in -is littera nulla fuit. epist. 16,81 -is...notavi signa. fast. 5,433). PLAVT. Mil. 206 concrepuit -is (*Otto, Sprichwörter p. 89.* CIC. off. 3,75. PETRON. 27 -os concrepuit. MART. 3,82,15 -i crepantis signa [*cf.* 14,119,1 crepitu -orum]. HIER. epist. 57,3,3 adducto supercilio et concrepantibus -is. *cf.* CIC. off. 3,75 -orum percussione heres posset scriptus esse [AMBR. off. 3,11,70]. 3,78. TIB. 1,2,32 vocet ad -i me taciturna sonum. VEL. gramm. VII 47,17). CIC. de orat. 2,188 tanta vis animi . . . voltu, gestu, -o denique isto tuo significari solet (SEN. contr. 7,5,14 -um multa significantem). ac. 2,145 cum *Zeno* extensis -is adversam manum ostenderat, 'visum', inquiebat, 'huius modi est'; dein cum paulum -os contraxerat, 'assensus huius modi'. tum cum plane compresserat, pugnumque fecerat, comprensionem illam esse dicebat *eqs.* TIB. 1,6,19 -oque liquorem ne trahat. OV. am. 1,4,20 verba leges -is. ars 1,137 -is, per quos arcana loquaris (trist. 2,453 -is saepe est nutuque locutus. VVLG. prov. 6,13). PLIN. epist. 7,27,9 innuebatque -o similis vocanti. TERT. adv. Hermog. 27 p. 155,7 capitis nutu -i (*sc. nutui*) accommodato. *praesertim silentium iubentium*: VARRO ling. 5,57 Harpocrates -o significat, ut taceam. OV. met. 9,692. IVV. 1,160 -o compesce labellum (HIER. epist. 27,2,1 os . . . comprimere. AVG. civ. 18,5 CORIPP. Iust. 1,122). APVL. met. 1,8 -um a pollice proximum ori suo admovens (MACR. sat. 3,9,4. MART. CAP. 1,90 -o salutari). VVLG. iud. 18,19 pone -um super os tuum (Iob 21,5. 29,9. CORIPP. Ioh. 4,338 linguis imposuere). GREG. M. moral. 15,43 quia -is quaeque discernimus, ... per -um discretio designatur. *digito demonstrantur homines (al.) honoris et exprobrationis causa*: PLAVT. Pseud. 1144 in hunc intende -um: hic leno est (CIC. de orat. 1,203 ad fontes [*in imag.*]. AVG. fid. et symb. 10,23 in eam *significationem* velut -us intenditur. *cf.* OV. ars 2,629 *puellas* -is ostendere possis. met. 8,575 *locum.* PAVL. dig. 12,1,6 proprio nomine res appelletur an -o ostendatur an vocabulis quibusdam demonstretur. AVG. c. Faust. 11,3 OROS. hist. 7,43,17. *nota*: apol. 1,2 lupos ostentare ad -um cogor). CIC. de orat. 2,266 demonstravi -o pictum Gallum (rep. 6,26 figura, quae -o demonstrari potest. LVCR. 5,1032 ut -o quae sint praesentia monstre⟨n⟩t. NEP. Dat. 11,5 *locum.* HOR. sat. 2,8,26 *cibos* indice monstraret -o. carm. 4,3,22 monstror -o praetereuntium [*honoris causa. cf.* PERS. 1,28 pulchrum est -o monstrari]. MART. 9,97,4 in turba. TAC. dial. 7. SVET. Aug. 45 spectatorem. APVL. met. 2,30. 8,21. 9,7 HIER. epist. 22,27,3. BOETH. in Porph. comm. sec. 3,10 p. 234,7 -o tactuve. *in imag.*: ORAT. imp. Claud. [Corp. XIII 1668] 2,27. SEN. epist. 71,4 summum bonum...-o ut ita dicam demonstrandum est. MACR. somn. 1,7,8 Italiam). OV. am. 3,1,19 saepe aliquis vatem designat euntem (3,6,77). SEN. contr. 7,5 procuratorem -o denotavit (contr. exc. 7,5 monstravit. APVL. met. 2,30 directis -is et detortis nutibus praesentium denotor. *cf.* SEN. Tro. 1052 longe -o notabit. MART. 6,82,3 cum vultu -oque subnotasset *me.* HIER. epist. 27,2,2 cunctorum -is notor. *sim.* APVL. met. 11,16 -is hominum nutibusque notabilis). *adde de tangendo*: HIL. trin. 6,23 hunc . . . tamquam -o indice . . . contingo. BOETH. in Porph. comm. sec. 2,6 p. 191,11. 16. *digito medio flagitii causa*: PRIAP. 56,2 impudicum ostendis -um mihi (MART. 6,70,5). MART. 2,28,2 -um porrigito medium. *usus obscaenus*: OV. ars 2,707 invenient -i, quod agant. MART. 1,92,2 queritur...Cestos . . . tangi se -o. *al.* IVV. 6,197 -os habet *de digitis oratorum* (*fusius*: QVINT. inst. 11,3,92 *sqq*): CIC. de orat. 3,220 -is subsequens verba non exprimens. orat. 59 nullae argutiae -orum, non ad numerum articulus cadens. *cf.* PETRON. 127 -is gubernantibus vocem. QVINT. inst. 11,3,80 nares . . . -o inquietare. 11,3,84 explicantibus se . . . -is. 11,3,95 contractioribus ultimis -is (*cf.* 11,3,98. APVL. met. 2,21 ad instar oratorum conformat articulum duobusque infimis conclusis -is ceteros eminus porrigit). SVET. Iul. 33 in alloquendo exhortandoque saepius -um laevae manus ostentans. Tib. 68. *praesertim in partitione*: CIC. div. in Caec. 45 in -is suis singulas partes causae constituere. part. 26 -is peccata dimetientem sua. QVINT. inst. 4,5,24 Hortensius cuius tamen divisionem in -os diductam nonnumquam Cicero

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

leviter eludit (11, 1, 53 argumenta. 11, 3, 154 digerimus. HIER. epist. 50, 2, 2 partiri). *cf.* PS. QVINT. decl. 12, 12 *non* impetus irae meae in -os descendit. *de digitis ictum pulsantium*: HOR. ars 274 legitimumque sonum -is callemus et aure (PORPH. *ad l.* metra -is ob aures ferimus probantes an consonent). QVINT. inst. 9, 4, 51 tempora etiam animo metiuntur et pedum et -orum ictu. 9, 4, 55 oratio non descendet ad crepitum -orum. *in adoratione* (LACT. inst. 4, 3, 9 ritus ... in manu et in -is est. 5, 19, 29): PLIN. nat. 11, 251 post aurem ... dexteram ... referimus tactum ore proximum a minimo -um, veniam sermonis a diis ibi recondentes. APVL. met. 4, 28 admoventes oribus suis dexteram primore -o in erectum pollicem residente.

c *in computatione* (*Sittl, l. c. p. 252sqq.*): PLAVT. Mil. 204 dextera -is computat (PLIN. nat. 34, 88). Stich. 706 vide quot cyathos bibimus. :: tot quot -i tibi sunt in manu. CIC. Att. 5, 21, 13 si tuos -os (*i. artem computandi*) novi. OV. fast. 3, 123 -i per quos numerare solemus (SVET. Claud. 21 voce -isque). SEN. epist. 88, 10 numerare docet me ⟨arithmetica⟩ et avaritiae commodat -os. PLIN. nat. 2, 87 mundi ... mensura veniat ad -os (*cf.* PACIAN. epist. 3, 25 calculare greges et duc in -os ... examina. MACR. sat. 1, 1, 6 annos ... mitti in -os [somn. 2, 11, 17]. MART. CAP. 2, 102 in -um calculumque distribuit). QVINT. inst. 1, 10, 35 si -orum ... gestu a computatione dissentit (APVL. apol. 89 errasse). PLIN. epist. 2, 20, 3 agitat -os, computat (*cf.* FIRM. math. 1, 4, 13). TERT. apol. 19 AMBR. Tob. 7, 25. HIER. adv. Iovin. 1, 46 divitias magis in uxoribus eligi quam pudicitiam et multos non oculis, sed -is uxores ducere. AVG. serm. ed. Mai 158, 14 in -is ... est computatio et distributio. serm. 270, 7 portans in -is CLIII (*cf.* 248, 5. *Bechtel, Class. Philol. 1909 p. 28*). civ. 18, 53 calculantium -os. MART. CAP. 7, 729 -i ... *Arithmeticae* recursantes et quadam incomprehensae mobilitatis scaturrigine vermiculati *eqs.* 7, 746 numerus ... qui -is coercetur (*opp.* bracchiorum ... saltatio). SIDON. epist. 9, 9, 14 quod per gymnasia pingantur ... Chrysippus -is propter numerorum indicia constrictis, Euclides propter mensurarum spatia laxatis, Cleanthes propter utrumque corrosis. BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 2 p. 138, 19 quidquid in -is ... evenerit. *de modo figurarum singulos numeros exprimentium*: HIER. adv. Iovin. 1, 3 triginta referuntur ad nuptias; nam et ipsa -orum coniunctio et quasi osculo se complexans et foederans ... sexaginta vero ad viduas ... superiori -o deprimuntur ... centesimus numerus ... isdem quidem -is, sed non eadem manu. MACR. sat. 7, 13, 10 complicatus senarium numerum -us iste (*sc. anularis*) demonstrat (*unde fortasse explicandum obscurum illud* IREN. 5, 30, 1 numerus enim qui -us sex). CASSIAN. conl. 24, 26, 7 numerus centenarius (CASSIOD. in psalm. 100 concl. -orum dexterae manus inflexione). CASSIOD. in psalm. 60 concl. *sexagenarium numerum* -orum ipsorum mutua designat infixio.

d *ornamenti locus*: PLAVT. Mil. 1017 non multae de -o donum mittant. 1048 -os despoliat suos et tuos -os decorat. Cas. 709 soleas tibi dabo, et anulum in -um (-o *P, A del.*) aureum (*cf.* OV. epist. 20, 89 dedit gemmas -is. met. 10, 264. IVV. 6, 27 pignus. tradere: CIC. S. Rosc. 144 de -o. CVRT. 10, 5, 4 -o Perdiccae. IVST. 12, 15, 12). Epid. 640 afferre ... anellum aureolum in -um. Poen. 980 *Poeni* ut opinor -os in manibus non habent ... quia incedunt cum anulatis auribus. TER. Hec. 574 in -o quem habuit ... anulum (830 LVCR. 1, 312 PLIN. nat. 33, 40 CELS. dig. 27, 2, 68. *cf.* HADR. Vlp. dig. 48, 20, 6 siquis -o gemmam habuerit). Haut. 650 de -o anulum detraho (CIC. Verr. 5, 58 HYG. astr. 2, 5. *cf.* CIC. Verr. 5, 57 [Quint. inst. 9, 2, 61] de -is anulos abstulisse. HOR. carm. 1, 9, 24 pignusque dereptum lacertis aut -o male pertinaci). CIC. off. 3, 38 vidit ... anulumque aureum in -o (MART. 5, 11, 3 invenies). PROP. 4, 7, 9 solitum -o beryllon. OV. am. 1, 4, 26 versetur -is anulus. 2, 15, 1 anule ... -um vincture puellae (HYG. astr. 2, 15 lapide et ferro). 2, 15, 6 -um ... teras. 2, 15, 13 elabar -o (MART. 14, 123, 1. *cf.* SPART. Hadr. 26, 7 de -o delapsus est). ars 3, 446 anulus in -is ... erit (PLIN. nat. 33, 11 IVV. 6, 157. 11, 129. *cf.* OV. fast. 4, 658 nec -is anulus ullus inest). SEN. Phaedr. 319 passus aptari -is zmaragdos (SVET. Tib. 73. *cf.* HIL. epist. ad fil. 6 margarita ... collo aut -o coaptanda). PLIN. nat. 2, 21 -is deos gestant (2, 158. *cf.* 33, 41 portare. MART. 5, 12, 6). 9, 117 fulgentibus ... -is (*cf.* HIER. epist. 22, 28, 3 [Rufin. apol. adv. Hier. 2, 5] -i de anulis radiant). 33, 8 induit -is *aurum. al.* STAT. silv. 1, 3, 49 dignas -is ... gemmas (3, 4, 52). 2, 1, 134 -os incendere gemmis. MART. 5, 61, 5 per ... -os currit ... anulus omnes. 11, 50, 4. 14, 109, 2 quot -os exuit iste calix! (*cf.* IVV. 5, 44 gemmas ad pocula transfert a -is). IVV. 1, 28 ventilet ... -is sudantibus aurum. 7, 89 semenstri -os vatum circumligat auro (*i. anulo tribunorum*). 11, 43 -o mendicat Pollio nudo. SPART. Did. 4, 6. *in quibus -is anuli gerantur*: AT. CAP. Macr. sat. 7, 13, 12 *anulus* gestabatur ... quolibet -o. postea ... electus in ipsa laeva manu -us minimo proximus. PETRON. 32 (*v. II p. 195, 54 sqq.*). PLIN. nat. 33, 24 singulis primo -is geri mos fuerat, qui sunt minimis proximi *eqs.* 33, 25 in minimo -o (MACR. sat. 7, 13, 6 de brevissimo dexterae manus -o). MART. 11, 59, 1 omnibus ... -is (*v. l. 69*). GELL. 10, 10 tit. 1 sq. in -o ... sinistrae manus qui minimo est proximus *eqs.* (MACR. sat. 7, 13, 8 *sq.*). *in digitis statuae Isidis*: CORP. II 3386.

e *modulus a facultate digitis capiendi repetitus*: CELS. 4, 17 anisi quod tribus -is sumi potest (5, 25, 11. 6, 6, 1. PLIN. nat. 19, 143 capiatur [22, 133 *al.*]. 20, 193 *al.* PELAGON. 205 sustuleris). COLVM. 11, 3, 33 quantum ... possint tres -i comprehendere (11, 3, 43 *cf.* PLIN. nat. 20, 10. 162. 22, 64 decerpsere. *al.*). PLIN. nat. 20, 151 farinam tribus -is apprehensam (24, 81 ternis -is flore capto. 28, 204 GARG. MART. med. 14). 20, 194 ternis -is seminis anesi ... usus est. 24, 79 III -orum captu. VVLG. Is. 40, 12 quis appendit tribus -is (δραχί; *cf. p. 1122, 57*) molem terrae? *adde*: PRAEDEST. 1, 46 p. 603B cum de musto nec -um intinctum assumant (*cf.* VVLG. Luc. 16, 24).

f *de laesuris, morbis -orum, de -is resectis* (*cf. etiam p. 1125, 33*): PLAVT. Merc. 310 seca -um. VARRO Men. 408 praecidi. OV. Pont. 4, 14, 19 incidere. PAVL. FEST. p. 149 membrum abscidi mortuo dicebatur, cum -us eius decidebatur, ad quod servatum iusta fierent. VAL. MAX. 6, 3, 3 sinistrae manus -os ne bello Italico militaret absciderat (*cf.* COD. Theod. 7, 22, 1 [*a. 319*] resectis -is. 7, 13, 4 [*a. 367*]. 7, 13, 10 [*a. 381*]). VLP. dig. 21, 1, 10 Ofilius ait si homini -us sit abscisus ... non videri sanum esse. Catonem quoque scribere lego cui -us de manu aut de pede praecisus sit eum morbosum esse (COD. Theod. 7, 13, 5 [*a. 368?*] truncatione -orum damnum corporis expedisse). LAMPR. Alex. 28, 3 incisis -orum nervis (AMM. 25, 3, 7). *de -is laceratis*: CIC. Flacc. 73 -os quos confregit ... restituere non potest. SEN. nat. 4, 6, 3 -um suum bene acuto graphio pungebat. STAT. Theb. 10, 310 APVL. met. 9, 27. *de -is luxatis*: CELS. 8, 19. *de -is morientium*: VERG. Aen. 10, 395 semianimesque micant -i. OV. met. 5, 117 -is morientibus ille retemptat fila lyrae. CELS. 2, 6 p. 36, 32 mortis indicia sunt ungues, -ique pallidi. *de -is morbosis*: CELS. 2, 7 p. 44, 9 -i ... calent *signum suppurationis.* 3, 25 -i in manibus pedibusque sub tumore conduntur (PLIN. nat. 26, 7 intumescentibus -is. PLIN. med. 1, 19). CELS. 5, 26, 3 malum vulnus est, quodcumque ... inter -os est. 5, 26, 27 si in articulis, -is *vulnus est. al.* 7, 32 p. 321, 20 si -i ... cohaeserunt (VLP. dig. 21, 1, 14, 6 si quis -is coniunctis nascatur). SEN. epist. 95, 16 retorridi -i. PLIN. nat. 23, 24 illinitur eadem (*radix vitis albae*) cum fico et pterygiis -orum (26, 26 -orum vitiis omnibus et privatim pterygiis quinquefolium medetur. 27, 26. 28, 192. 30, 111. 34, 178). PLIN. nat. 24, 182 dactylon ... -is medeatur. 28, 229 puerorum urina illinunt -os pedum manumque. 34, 153 utuntur *robigine ferri* ... ad scabiem, paronychia -orum et pterygia. SVET. Aug. 80. APVL. met. 5, 10 detortos et duratos in lapidem -os. FRONTO p. 149, 3 N. a labore gravi -is consului, qui sunt iam in suspicione. p. 222, 12. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 73 -os complicant.

g *in superstitione inter apparatus magarum et medicorum*: OV. fast. 2, 573 -is tria tura tribus sub limine ponit (*cf.* LACT. inst. 5, 18, 12 in focum iacere). PERS. 2, 33 frontemque atque uda labella infami -o ... expiat (PETRON. 131 turbatum sputo pulverem medio sustulit -o frontemque ... signavit. PLIN. nat. 30, 108 muscae impari numero infricatae -o medio [*Schuch*, medico *codd.* minimo PLIN. med. 3, 7]. *de eodem -o*: 28, 57 anulum e sinistra in longissimum dextrae -um transferre *suadent plerique contra sternumenta*). PLIN. nat. 23, 110 si quis unum ex his (*malis Punicis*) decerpserit II -is pollice et quarto sinistrae manus atque ita lustratis levi tactu oculis (MARCELL. med. 15, 101 *et saepe.* GARG. MART. cur. boum 14. ANON. med. ed. Piechotta 170 ter novies circumducis *vulnus*). 26, 118 e carbone in conspectu restincto favilla -o sublata et illita. 28, 25 saliva post aurem -o relata (*cf. l. 42*). 28, 28 ungues resecari ... a -o indice ... religiosum est. 28, 42 in manu dextera II medii (*sc. -i*) lino leviter colligati destillationes atque lippitudines arcent. 28, 59 assidere gravidis ... -is pectinatim inter se implexis veneficium est *eqs.* 28, 86 -orum resigmina unguium ad cavernas formicarum abici iubent. 30, 46 destillationes sedat et canina cutis cuilibet -o circumdata. APVL. met. 3, 17 hic nares et -i, illic carnosi clavi pendentium. CHIRON 331 cartilaginem narum *caduci* -o †mulieris (molliter ⟨immisso⟩ *Büch., om.* VEG. mulom. 2, 97, 1) subtemperabis. MARCELL. med. 8, 190 -is tribus oculum circumtenebis. *et saepe.*

h *in proverbiis et usu cotidiano*: PLAVT. Persa 187 si scis tute quot hodie habeas -os in manu. 793 ne sis me uno -o attigeris (TER. Eun. 740. PORC. LIC. carm. frg. 5 si -o attigero incendam silvam. CIC. Tusc. 5, 55. *cf.* Cael. 28 qui ... genus hoc vitae ... extremis ut dicitur -is attigissent. SEDVL. op. pasch. 1, 2 extrema -orum summitate). Rud. 810 si hercle illic illas hodie -o tetigerit invitas (CIC. dom. 50 cuius quam quisque partem tetigit, -o, voce *eqs.* PHAEDR. app. 15, 4 *feminam.* PLIN. nat. 32, 9. VVLG. Luc. 11, 46 sarcinas [*cf.* Matth. 23, 4 -o autem suo nolunt ea movere]. INST. Iust. 4, 18, 12 summo -o et quasi per indicem ea [*publica iudicia*] tetigisse). CATO or. frg. 68, 2 te ... -o non auderet contingere (APVL. met. 4, 21 bestiam. 9, 17 si ... vel in transitu -o tenus eam contigisset). CIC. Att. 2, 1, 7 -o se caelum putent attingere (POMPON. dig. 28, 3, 16 GAIVS inst. 3, 98 VEN. FORT. vita Hil. 2, 3). SYMM. epist. 1, 52 ne ego -o, ut aiunt, supera convexa tetigissem. PLAVT. Pseud. 884 ipsus sibi faciam ut -os praerodat suos (AMM. 28, 4, 34). Rud. 902 in -is hodie percoquam quod ceperit. CIC. Caecin. 71 qua denique -um proferat, non habet (*cf.* PALLAD. hist. mon. II 9 p. 354C liber locus in quo quis -um figeret). fin. 3, 57 ne -um quidem eius (*bonae famae*) causa porrigendum esse (*cf.* PERS. 5, 119 -um exere, peccas). CALV. carm. frg. 18 -o caput uno *scalpit* (IVV. 9, 199 AMM. 17, 11, 4. *cf.* SEN. epist. 52, 12 impudicum et incessus ostendit ... et relatus ad caput -us). PROP. 4, 11, 14 sum quod -is quinque levatur onus. IVV. 7, 232 auctores noverit omnes tam-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quam ungues -osque suos. PORPH. Hor, sat. 1, 4, 13 solemus nempe dicere: 'minimo me -o provocat', cum volumus quem intellegi tantum valere minimo -o quantum alium totis viribus (*cf.* VVLG. III reg. 12, 10 minimus -us meus grossior est dorso patris. II par. 10, 10). *in certamine*: MART. epigr. 29, 5 lex erat ad -um . . . concurrere (SCHOL. Pers. 5, 119 *gladiatores*, victi ostensione -i veniam a populo postulant). 5, 62, 4 iam -um sustulit. QVINT. inst. 8, 5, 20 ad -um pugnavi. SIDON. carm. 23, 130 levato . . . -o. *in licitatione*: CIC. Verr. 2, 141 -um tollit Iunius patruus (AMBR. epist. 37, 17 SIDON. epist. 5, 7, 3). 4, 27 qui -o sit licitus (SCHOL. Hor. sat. 2, 8, 25 -o publicani licitationem vectigalium faciebant *eqs.*). *huc spectat*: MANIL. 5, 318 non . . . -os quaesiverit hasta. *in ludo*: CALP. ecl. 2, 27 decernunt -is *micantes* (*Marquardt-Mau, Privatleben p. 836*). CORP. VI 1770 sub exagio potius pecora vendere quam -is conludentibus tradere.

iuncturae selectae: **1** *adiectiva: de nominibus* (*v. p. 1130, 30 sqq. et Th. Echtermeyer, Über Namen u. symbol. Bedeut. d. Finger b. d. Griech. u. Röm. Halle 1835*): PORPH. Hor. sat. 2, 8, 26 certis nominibus singuli -i appellantur. et sunt haec nomina: pollex, index, famosus, medicus, minimus. PROB. Verg. georg. 1, 233 p. 362 *sq.* pollici proximus -us . . . medius . . . quartus . . . minimus. PS. SORAN. quaest. med. 52 -i quorum unus vocatur pollex, alius sequens salutaris, deinde medius, post eum honestus, post honestum ultimus. ISID. orig. 11, 1, 70 pollex . . . salutaris seu demonstratorius . . . impudicus . . . anularis idem et medicinalis . . . auricularis. *cf.* diff. 2, 63. -us pollex: OV. fast. 5, 433 CELS. 7, 20. 8, 12. index: HOR. sat. 2, 8, 26 CELS. 7, 19. 22 *al.* PLIN. nat. 28, 28 HIL. trin. 6, 23. pollici proximus: PLIN. nat. 33, 24 QVINT. inst. 11, 101 (*cf.* AT. CAP. Macr. sat. 7, 13, 15 pollici . . . vicinus. APVL. met. 1, 8. MART. CAP. 9, 946 primus a pollice). salutaris (*v. l. 22*): SVET. Aug. 80 TREB. trig. tyr. 8, 5 MART. CAP. 1, 90. demonstrativus (*cf. l. 24*): CAEL. AVR. chron. 5, 1, 21 quem Graeci lichanon sive dicticon appellant (*cf.* BOETH. mus. 1, 20 lichanos -us dicitur, quem nos indicem vocamus. *hinc soni* λιχανοειδεῖς MART. CAP. 9, 946). gustator: HIER. in Is. 40, 12 p. 487 (*gr.* λιχάς). medius (*cf. l. 21. p. 1124, 70 sq. al.*): VITR. 3, 1, 2 CELS. 2, 10. 7, 19 *al.* PLIN. nat. 11, 244 (33, 24). QVINT. inst. 11, 3, 92. medianus: VEG. mulom. 2, 40, 3. longissimus: PLIN. nat. 7, 77. 28, 57. summus: CORP. II 3386. impudicus, infamis, famosus *v. l. 19. p. 1124, 70. 1126, 41.* quartus: PLIN. nat. 23, 110. minimum sequens: PETRON. 32 CORP. II 3386. proximus a minimo: PLIN. nat. 11, 251 (*cf.* 33, 24. MACR. sat. 7, 13, 7 minimo vicinus. 7, 13, 8 minimo proximum). medius minor: CASS. FEL. 43 p. 106 (παράμεσον *Galen. XI 296*). anularis, honestus, medicus *v. l. 20.* medicinalis (*cf. l. 25*): GARG. MART. cur. boum 14 ANON. med. ed. Piechotta 170. minimus: CELS. 8, 17 PETRON. 32 VVLG. III reg. 12, 10 II par. 10, 10 *saepe*. brevissimus: MACR. sat. 7, 13, 6. minor: PELAGON. 144 (δάκτυλος μικρός). HIER. epist. 23, 3, 1. duo medii: PLIN. nat. 28, 42. duo infimi: APVL. met. 2, 21 (*cf.* QVINT. inst. 11, 3, 98). *de -orum summitatibus* (*v. p. 1123, 36 sqq. cf. etiam p. 1129, 25 sqq.*): primus: CATVLL. 2, 3 DON. Ter. Ad. 9. priores: SEN. Phaedr. 812. primores: FRONTO p. 128, 18 N. APVL. met. 4, 28. extremus: CIC. Cael. 28 VITR. 3, 1, 2 APVL. met. 9, 27. 37 HIER. in Is. 40, 12 p. 487. summus: CELS. 2, 7 LACT. inst. 1, 20, 26 INST. Iust. 4, 18, 12. eminulus: PRVD. perist. 3, 122. *de -orum qualitate*: articulatus: ARNOB. nat. 3, 13. brevis: PHYSIOGN. 59 tergiversatorem indicant (60 coniuncti . . . immundum hominem). cruentus: OV. met. 3, 721. docilis: VAL. CEM. hom. 6, 5. doctus: PLIN. epist. 7, 9, 11. durus: OV. epist. 9, 79. eburnus: PROP. 2, 1, 9. fortis: TREB. Claud. 13, 5. humilis: PHYSIOGN. 71 stultum hominem significant. infestus: SVET. Cal. 25. laxior: ENNOD. dict. 25, 5 p. 501, 16 cur non laxioribus -is (*sc. deae Achillem in aquam Stygiam immergentis*) lympha se miscuit? (*sed cf. p. 1131, 30*). longus: CATVLL. 43, 3. longior: VEG. mil. 6. praelongus: PLIN. nat. 11, 274 vitae brevis signa. mobilis: LVCR. 2, 413. mundus (*opp.* melle mixtus): SCRIB. LARG. 72. nudus *v. p. 1125, 73.* VARRO rust. 1, 55, 1. pertinax *v. p. 1125, 57.* pinguis: OV. ars 3, 276. prolixus (*v. l. 67*): DARES 12. roseus: LYDIA 11 (*cf.* SERV. Aen. 7, 26 ῥοδοδάκτυλον id est rosei coloris -os habentem). sanus: AVG. psalm. 130, 8. separatus: PHYSIOGN. 92 ingeniosus . . . habens . . . -os simplices, moderate prolixos, a se separatos. solutus: STAT. Theb. 8, 584. tener: CATVLL. 63, 10 OV. am. 2, 15, 22. teres: OV. ars 1, 622. uncus: COLVM. 7, 11, 2. unctus: MART. 14, 123, 1.

PLIN. paneg. 62, 6 *al.*). *persaepe.* Att. 1, 5, 8 te et sororem tuam et matrem maxime -it (1, 8, 1). 1, 13, 4 *nos* admodum -it, amplectitur, amat (*saepe iuxta ponuntur, ex. gr.*: 4, 5, 2. 12, 28, 3 amo illum mortuum ... totam domum -o. 16, 17ª, 5 ut mihi nunc denique amare videar, antea -isse [= epist. 9, 14, 5]. *cf.* 16, 3, 3 etsi per se est amabilis a meque -itur. epist. 1, 7, 11. 9, 16, 2. 15, 7. 16, 7 PVBLIL. Q 57 VAL. MAX. 4, 1 ext. 2 PLIN. epist. 9, 5, 1. FRONTO p. 26, 3 N. 59, 23 amo omnes, qui te -unt. p. 186, 9 AVR. Fronto p. 95, 21 N. APVL. Plat. 2, 13. HIL. in Matth. 4, 27 amantes amare . . . -ere -entis. PASS. Theclae B 10 *al.* amans et -ens illam. 29. *cf. etiam p. 1177, 61*). CIC. Att. 5, 9, 3 Dionysium semper...-xi, sed cotidie pluris facio. 6, 1, 21 quem plane -o. 6, 2, 10 *quem plus* plusque in dies -o (ad Q. fr. 3, 1, 10 *al.*). 6, 3, 9 *quem* multum -o. 11, 12, 2 quominus . . . minusve te . . . -rem. 12, 29, 2 *me* valde -i (epist. 2, 13, 1. 3, 1, 3 *al.* AVR. Fronto p. 94, 11 N. *al.*). 13, 1, 3 Peducaeum ... vehementer -o (epist. 13, 4, 1. 13, 22, 1. 15, 9, 1). epist. 1, 7, 1 ut te plurimum -am (13, 16, 1). 2, 14 mirificeque eum -o (13, 15, 1 CASS. Cic. epist. 12, 12, 4). *al.* 13, 17, 1 *Atticum observat* ac -it (13, 21, 1. 13, 29, 1. 13, 78, 2 *me* et colit et observat et -it). 13, 78, 2 ut eum complectare, -as, in tuis habeas. ad Q. fr. 1, 1, 27 *eos* -as et . . . tueare. PLANC. Cic. epist. 10, 4, 4 meque mutuo -as (10, 7, 2. 10, 11, 3. 10, 15, 4. 10, 17, 3). 10, 24, 5. MAT. Cic. epist. 11, 28, 8 lubenter (TREBON. Cic. epist. 12, 16, 1). *persaepe in subscriptionibus epistularum, ex. gr.*: CIC. Att. 3, 12, 2 epist. 5, 12, 9. 9, 22, 5. 13, 21, 2. 15, 3, 2 (*14ies*) PLANC. Cic. epist. 10, 4, 4 (*9ies*) MAT. Cic. epist. 11, 28, 8 CATO Cic. epist. 15, 5, 3 CAES. Gall. 6, 19, 4 civ. 1, 61, 3 NEP. Att. 5, 4 CAPITOL. Alb. 4, 7 AVSON. 405, 3. HOR. epist. 2, 1, 260 stulte quem -it *sedulitas* (*res personata*). MAECEN. carm. frg. 2 ni te visceribus meis, Horati, plus iam -o. OV. trist. 1, 3, 65 sodales (4, 5, 1). SEN. contr. 1, 8, 5. VAL. MAX. 1, 8 ext. 18 capreas. 6, 5, 5. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 12 quem familiarissime -o (PLIN. epist. 1, 13, 3. 2, 13, 5 *hunc* arte familiariterque -xi. 7, 8, 2. 7, 16, 1. 7, 24, 2. 9, 19, 5 familiariter ab eo -ctus probatusque. 10, 87, 1 SCHOL. Cic. Bob. p. 156, 36. 178, 9. 13 St.). PHAEDR. app. 30, 8 SEN. benef. 4, 24, 1 dial. 6, 19, 1. 10, 8, 4 quos valdissime -unt. epist. 11, 8. 63, 15 *saepe.* CVRT. 3, 6, 1 ut alumnum eximia caritate -bat. 5, 5, 12 *opp.* fastidire. LVCAN. 7, 36 PLIN. nat. 7, 122. VAL. FL. 4, 364 -ctae pecudi ... pascua ... legam. STAT. silv. 1, 5, 9 -cto ... lascivire sodali. 2, 4, 32. 3, 1, 89 -ctaque Polli corda (*metonymice*). 4 praef. Theb. 9, 905 canes. MART. 4, 45, 5 sic te, *Apollo*, tua -at arbor. 7, 43, 1 *al.* QVINT. inst. 7, 9, 12. IVV 3, 49 quis nunc -itur, nisi conscius et cui fervens aestuat . . . animus. TAC. dial. 8 cum quadam reverentia -untur (PLIN. epist. 7, 11, 3 cum summa reverentia). PLIN. epist. 1, 14, 1 (*seq.* foverit). 1, 14, 10 -o ... adulescentem ardentissime (6, 4, 3 paneg. 85). 1, 22, 1 quem singulariter et miror et -o. 2, 1, 7. 2, 9, 6 -eris, coleris, frequentaris. 3, 11, 5 *C. Musonium* cum admiratione -xi et Artemidorum ipsum ... arta familiaritate complexus sum. 3, 15, 2 poeticen ipsam religiosissime veneror et te validissime -o (4, 4, 1). 4, 17, 4 ex admiratione -ere. 4, 21, 3 patrem illarum ... perseverantissime -o. 6, 8, 1 *hunc* artissime -o (AMM. 25, 4, 12). 7, 30, 1 cumque omnes, quos probas, effusissime -as (paneg. 84). paneg. 87 ipsum ... mediocriter -at (*seq.* leges amandi). *saepe.* SVET. Iul. 67 milites. Aug. 57 pro quibus meritus ... -ctus (AVR. Fronto p. 41, 11 N.). AMPEL. 2, 9 quem (*sc. Sagittarium*) Musae semper -erant. PAPIN. dig. 7, 7, 6, 3 si -xerit eum dominum aut in deliciis habuerit. 34, 9, 16, 1 Rufinam ingenuam honore pleno. PAVL dig. 26, 3, 4. TERT. scorp. 4 quem *deum* et iubeor timere ... et de omni substantia (*i. toto pectore*) -ere (*saepe*). adv. Marc. 2, 13 p. 353 patrem -endum pie. 4, 16 p. 471 extraneos. ITALA *ex. gr.*: prov. 15, 12 (Cypr. epist. 4, 4) non -it . . . me (*ἀγαπήσει*). Os. 2, 23 (Hil. myst. p. 22, 29) -am non -ctam (*ἀγαπήσω τὴν οὐκ ἠγαπημένην*, VVLG. miserebor eius, quae fuit absque misericordia). Is. 29, 13 (Tert. adv. Marc. 3, 6 p. 384) labiis -entes deum (*τιμῶσι με*, VVLG. glorificat me). Matth. 5, 43 (Rufin. Adamant. 1, 12) -es -entem te (*ἀγαπήσεις τὸν πλησίον*, ITALA codd. a b c d g¹ *et* VVLG. -es proximum). 10, 37 (codd. d g¹ q Cypr. Fort. 6 *al.*) -it patrem et matrem (*φιλῶν*). 15, 8 (codd. d e Tert. adv. Marc. 4, 17 p. 477) labiis me -it (*τιμᾷ*, ITALA codd. g¹ q *et* VVLG. me honorat). Eph. 5, 28 (Tert. adv. Marc. 5, 18 p. 640) carnem suam -it, qui uxorem suam -it (*ἀγαπᾶν . . . ἀγαπῶν*, VVLG. -ere uxores suas ut corpora sua). *admodum frequenter* ITALA *praebet* -ere, *ubi* VVLG. *habet* amare. PANEG. 11 (3), 24, 1 neque enim ullum . . . tanto generis humani ardore -ctum. SPART. Hadr. 22, 4. 23, 4 Sept. Sev. 4, 1 Pesc. 12, 1 *al.* QVEROL. p. 12, 8 *opp.* despicit. SCHOL. Cic. Bob. p. 169, 26 St. familiaritate praecipua Milonem -bat. VEG. mil. 2, 5 fideliter. HIER. epist. 8, 1. 9, 1 te -it amore. *saepe.* VVLG. *ex. gr.*: exod. 21, 5 -o dominum meum. lev. 19, 18 amicum. deut. 6, 5 dominum deum (*admodum saepe*). Luc. 6, 27 inimicos tuos. CLAVD. 22, 148. AVG. civ. 8, 4 Socratem singulariter -bat. 21, 26 carnaliter -endo Christo. FERRAND. epist. 11 me veraciter. CORP. IX 2641 ordinem populumque...favore -erit, foverit, iuverit. INSCR. christ. Leblant 458 fuet amatus pa⟨uperibus⟩, delectus ab o⟨mnibus⟩.

b *de favore deorum in homines*: PLAVT. Bacch. 816 quem di -unt (*Menander φιλοῦσιν*), adulescens moritur (TER. Andr. 973 solus est, quem di -unt. PVBLIL. S 40 stultitia est insectari, quem di -unt). TER. Phorm. 854 ab dis solus -ere. CIC. fin. 3, 66 ut dis immortalibus cari simus et ab iis -amur. nat. deor. 1, 121 neminem ab eo *deo* amari, neminem -i vultis. 2, 165 earum *partium* partes *di* -unt, ut Romam, Athenas . . . Curium, Fabricium, Coruncanium. div. 1, 82 *saepe.* CALP. ecl. 4, 108 omnis eum (*Caesarem*) tellus, gens omnis adorat, -iturque deis (*dat.*) quem sic . . . verentur arbuta. PS. APVL. Ascl. 6 (*seq.* colit). *deinde persaepe apud* ECCL., *ex. gr.*: HIL. in Matth. 12, 10 -ctum a deo. VVLG. deut. 7, 8 -xit vos dominus (II reg. 12, 24 II par. 2, 11. 9, 8 prov. 3, 12 sap. 8, 3 Os. 3, 1 Malac. 1, 2 II Cor. 9, 7 hebr. 12, 6 I Ioh. 4, 11). prov. 8, 17 -entes me -o. *al.*

c *de bestiis*: PLIN. nat. 9, 25 *puerum* miro amore -xit delphinus (*potest ad I A referri*). 9, 172 murenam -xit *Hortensius* (*i. in deliciis habuit*). SOL. 15, 8 dominos aequaliter omnes canes -unt. 45, 7 quos *rectores* -bant *equi.*

part. perf. pass. cum dativo: VERG. georg. 1, 399 -ctae Thetidi alcyones. Aen. 5, 569 pueroque puer -ctus Iulo. HOR. epist. 2, 1, 247 -cti tibi Vergilius Variusque. OV. Pont. 1, 8, 1 tibi -cto Nasone. CARM. epigr. 1053 (*Roma, saec. I*) grata fui domino, gemino -cta parenti. SIL. 4, 106 -ctas Veneri . . . aves. STAT. silv. 1, 2, 163 mihi *Veneri* . . . -cta puella (CLAVD. 14, 2). Theb. 10, 348 -cti regibus ambo. MART. 10, 20, 3 PLIN. paneg. 88, 3. APVL. flor. 15 p. 54 tyranno -ctus Anacreon. AVSON. 219, 3. VVLG. Sirach 45, 1 -ctus *deo* (CLAVD. 7, 96 AVG. civ. 5, 26 *al.*). CLAVD. 26, 183 virginibus -ctus. PAVL. NOL. carm. 6, 43 caelesti domino -cte (6, 141 CORP. IX 1880. CARM. epigr. 100, 1 domino -ctus [*fort. serioris aetatis*]). CORP. VII 209 ⟨imperato⟩rum ... Iovi -ct(orum) (*sic videtur leg.*). *nota cum verbo finito*: CALP. ecl. 4, 108 *v. supra l. 4.* MART. 8, 54, 3 -eris populo.

3 *rem corpoream aut incorpoream* (*vel passive*): RHET. Her. 4, 20, 28 -ere formam, neglegere famam (*in lusu verborum* CASSIOD. in psalm. 118, 47 neglegere enim numquam potest homo, quae -it). 4, 21, 29 tantum tamen curiam -it, quantum Curiam (*in lusu verborum*). 4, 35, 47 qui vestrum, iudices, nomen senatus -it, hunc oderit necesse est (CIC. Verr. 3, 163 nomen ... Romanum. SIL. 12, 216 Euganeis -ctum nomen in oris. CAPITOL. Opil. 6, 7 *al.*). CIC. inv. 1, 24 ad id, quod -it. Quinct. 59 officii rationem. Verr. 5, 107 *insulam.* 5, 139. 6, 8 imperium . . . populi Romani. Cluent. 200 pudorem, veritatem. Manil. 42 mansuetudinem. Mur. 67 publicam magnificentiam. Flacc. 52 civitatem. Sest. 123 *poetarum* ingenia. 145 patriam. prov. 25 consilia. Balb. 63 officia observantiamque *hominis.* Phil. 9, 13 continentiam. 11, 36 quin eos tam oderim, quam rem publicam -o (PLIN. epist. 5, 7, 3). *al.* leg. 1, 32 *quae* ... natio non comitatem ... non gratum animum ... -it? 1, 48 nec est viri boni errare et -ere, quod per se non sit -endum. fin. 2, 46 omnia vera. 2, 83 ut aequitatem, modestiam, virtutes omnes ... gratis -ant. 3, 16 *al.* Att. 12, 34, 2 benevolentiam, diligentiam, prudentiam mirifice -o. VERG. Aen. 8, 590 quem (*Luciferum*) Venus ante alios astrorum -it ignes (*v.* SERV. *ad l.*). HOR. carm. 1, 30, 2 sperne -ctam Cypron. 2, 10, 6 mediocritatem -it (*paulo latiore sensu, fere i. q. sequitur*). epist. 1, 1, 72 quae -it ipse vel odit. OV. met. 7, 467 aurum (MANIL. 2, 145 HIER. epist. 52, 5, 4 *al.*). Pont. 4, 14, 35 quis patriam sollerte magis -xit Vlixe? (PLIN. epist. 4, 28, 3 patriam ... veneraris et -is). MANIL. 2, 480 *ut* quaedam -rent alia. 2, 482 ut se -rent semper sibique ipsa placerent. SEN. suas. 2, 10. VELL. 2, 98, 3 otium validius -at (STAT. Theb. 6, 110 locorum otia). VAL. MAX. 7, 8, 7 amavit enim sordes suas et -xit pericula (*v. p. 1177, 61sqq.*). 9, 13, 3 vitam -ere, mortem non timere. SEN. Herc. f. 894 -cta tege pōpulo. benef. 7, 31, 1. dial. 2, 5, 7. 6, 11, 2 quae -is et quae despicis. epist. 69, 3 admonitio -cti corporis (*seq.* amor. *potest metonymice accipi, ut* VAL. FL. 4, 401 ceu Styga -ctum fugiens caput). 90, 3 colere divina, humana -ere. *saepe.* LVCAN. 9, 354 -cta ... dixit ab unda. PETRON. 93 animus ... iniurias -it. LAVS Pis. 113 *quod* -is ex aequo. VAL. FL. 8, 229 -cta Cythera. SIL. 16, 67 -cto ... telo. STAT. silv. 5, 1, 40 -is umbram et colis exequias. Theb. 3, 703 tua iussa verenda tuosque -xi monitus. 6, 917 urbes. *al.* MART. 11, 44, 4 mortem. QVINT. inst. 9, 3, 82 odit . . . luxuriam . . . magnificentiam -it (VVLG. psalm. 44, 8 -isti iustitiam et odisti iniquitatem. *sic saepe opponuntur. v. etiam p. 1178, 28*). decl. 279 p. 138, 4 gravitatem huius pueri. IVV. 14, 240 Thebas. TAC. ann. 4, 71 dissimulationem. PLIN. epist. 2, 17, 29 incolere, inhabitare, -ere secessum. 4, 19, 5 non enim aetatem meam aut corpus ..., sed gloriam -it. SVET. Cal. 8 Antium. Vesp. 2 aviae memoriam. FRONTO p. 102, 24 N. qui indolem ingenii tui in germine ... -xerim, nunc frugem ipsam ... nonne multo ... amplius -am? VLP. dig. 23, 11, 9 *praedia* pro tua diligentia -as (IREN. 2, 4, 1 cum summa diligentia -ere [*ἀσπάζεσθαι*] et apprehendere veritatis traditionem). APVL. apol. 12 *al.* PS. APVL. Ascl. 25 contemnetur nec -atur totus hic mundus (COMM. instr. 2, 16, 12). TERT. anim. 33 *animae* honorandae et -endae et curandae et appetendae. idol. 14 feriae a deo aliquando -ctae. nat. 2, 17 Punicam urbem. *al.* ITALA eccles. 5, 9 (Cypr. testim. 3, 61) -it argentum (*ἀγαπῶν*, VVLG. *aliter*). Is. 1, 18 (Tert. adv. Marc. 2, 19) -ere quaestiones (*fort. pro graeco διελεγχθῶμεν*, VVLG. *aliter*). Matth. 23, 6 (cod. e Cypr. testim. 3, 5) locum (*φιλοῦσιν*, ITALA codd. d g¹ q *al. et* VVLG. amant). Eph. 5, 29 (Tert. adv. Marc. 5, 18) ecclesiam (*θάλπει*, VVLG. fovet). I Cor. 13, 7 (Cypr. unit. eccl. 14) omnia -it (*στέργει*, VVLG. suffert) *passim.* ANTH. 428, 5. COMM. apol. 438 luxurias. SOL. 15, 14 neque mirantur aliena neque sua -unt. PRISCILL. tract. 3, 66 *opp.* respuere. AVSON. 298, 39 Burdigalam -o, Romam colo

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(AMM. 22, 9, 2 -bat eam [*Constantinopolim*] et colebat. HIER. epist. 22, 10, 2 *al. cf. p. 1178, 68*). SYMM. epist. 4, 4 (7), 3 beneficia. AMM. 27, 6, 9 rem publicam ut domum paternam. VEG. mil. 2, 5 *maiestas imperatoris* generi humano -enda est et colenda. VVLG. *ex. gr.*: I par. 29, 17 quod probes corda et simplicitatem -as. psalm. 4, 3 vanitatem. 118, 119 *al.* AVG. civ. 5, 12 *gloriam ardentissime* -erunt (19, 20 epist. 93, 16). 6, 7 -cta insula Samo. *persaepe*. FERRAND. epist. 11 gratiam dei . . . -it et veneratur.

part. perf. pass. cum dativo: VERG. Aen. 9, 84 silva mihi -cta. GERM. 270 lyra Mercurio -cta. LVCAN. 3, 184 -cta Iovi Creta. PLIN. nat. 33, 27 *Polycrati* anulus. VAL. FL. 6, 598 Phryxo rura. SIL. 1, 167 domino ensem. 3, 259. 8, 474. 11, 451. 14, 205 STAT. silv. 2, 2, 4. 4, 5, 22. 4, 8, 7 (*seq.* cara deo). Ach. 1, 450 MART. 1, 12, 3. 9, 61, 19. 11, 47, 1 TAC. hist. 2, 80 AVIEN. orb. terr. 701.

B *subi. aliquid (res quasi personata)*: **1** *aliquam rem*: MANIL. 2, 497 Leo ... Capricorni -it astrum. PLIN. nat. 13, 38 salsum ab his palmis -i. 16, 74 montes et valles -it abies. 19, 65 *cucumeres* oleum odere mire nec minus aquas -unt. AVG. civ. 19, 3 ipsa bona . . . -it virtus. **2** *aliquem*: ITALA cant. 1, 3 (Aug. civ. 17, 20) aequitas -xit te (*νεάνιδες ἠγάπησάν σε*, VVLG. recti -unt te). **3** in *aliqua re* = *aliquid*: VVLG. Sirach 31, 30 (*cf. Thielmann, Archiv VIII 557*) -es in vino (*deest gr. et* VVLG.).

III *i. q.* ***gaudere, amare, cum infinit.***: PALLAD. 3, 25, 1 nasci tamen tali solo maxime -unt *poma* (*res personata*). MAR. VICTORIN. ad Iust. 16 ut -as aeterna ... perspicere. VVLG. Sirach 6, 34 si -xeris audire, sapiens eris. Ier. 14, 10 Os. 4, 18. AVG. civ. 11, 26 id esse ac nosse -imus (11, 28). 19, 19. serm. ed. Mai 6, 2 mundus -it amare viles (*in re personata*). *inf. pass.*: AVG. serm. 89, 3 ut foliis obumbrari -res.

IV ***singularia:*** *i. q. diligenter nutrire*: CHIRON 384 *cibo* maxime -endus (VEG. mulom. 2, 117 sustentandus) est, ut habeat nutrimentum. *i. q. intellegere*: VIRG. gramm. epist. 3 p. 152 quae (lēgo *et* lĕgo) nisi sono discreta fuerint, confusibiliter -entur. *allegorica interpretatio*: OP. imperf. in Matth. 42 p. 874 dei filium -ere, id est cognoscere.

part. praes. pro adi. ✖**dīligēns,** -entis. VARRO ling. 6, 66 ab legendo legio et -s. CIC. nat. deor. 2, 72 ex diligendo -es. *de ablat.*: PLIN. dub. serm. Char. gramm. I 126, 9 -e: Verrius Flaccus eorum nominum quae 'ns' finiuntur casu nominativo ablativus in 'e' dirigendus est. *quae regula nonnisi de participio unico loco excepto* (PAVL. dig. 9, 2, 31) *valet. genet. plur. adi. in* 'um' *desinit apud* ENNOD. dict. 9, 6 p. 544, 18 epist. 7, 15 p. 184, 18. *comp. et superl. leguntur inde a* VARRONE *et* CIC. GLOSS. *ἐπιμελής. ἀγαπῶν. legitur inde a* PLAVTO, *deest propter metrum repugnans hexametris nec legitur apud* CATVLL. SALL. HOR. ARNOB. *singulis habent locis*: CELS. CVRT. MART. SVET. AVIEN. VVLG. *binis*: PLAVT. CAES. PHAEDR. PETRON. AVSON. *ternis*: NEP. LIV. TAC. APVL. *prae* CIC. (*118ies*); *frequens apud neminem, saepissime apud* SEN. phil. (*31ies*) COLVM. (*24ies*) PLIN. nat. (*42ies*) ICTI (*36ies*). *in usu adverbii agmen ducit* CIC. (*406ies*), *sequuntur* SEN. phil. (*48ies*) COLVM. (*120ies*) PLIN. nat. (*43ies*) QVINT. inst. decl. (*61ies*) ICTI (*40ies*) VVLG. (*52ies*) AVG. civ. (*69ies*) *deest poetis praeter* ACC. CATVLL. STAT. *singulos locos*, PLAVT. PHAEDR. *binos*, MART. *tres.* TER. *5ies*

1 *vi verbali praevalente i. q.* ***amans, studiosus***: CIC. or. frg. A VIII 13 -es libertatis. NEP. Epam. 3, 1 veritatis. VELL. 1, 6, 3 cuius *disciplinae* quamdiu Sparta -s fuit. SEN. nat. 6, 12, 1 antiquitatis. PLIN. nat. 25, 5 *Mithridates* omnium ante se genitorum -issimus vitae. FRONTO p. 216, 8 N. texendi araneas. p. 226, 8 perambulandi. VLP. dig. 37, 14, 17 iuris civilis praeter veterem et bene fundatam peritiam anxie -s. PANEG. 12 (2), 17, 2 amicorum fuisse quam sui -iores. SYMM. epist. 1, 78 mei (1, 96).

✖**2** ***i. q. accuratus, subtilis, attentus, sedulus, cautus, prudens*** (*opp.* neglegens *sim.*): **a** *absolute (hic illic substantivi vice necnon pro adverbio)*: PLAVT. Amph. 630 memor sum et -s. VARRO rust. 2, 11, 8 -iores (*i. diligentius*) ... oves tondere solent. CIC. de orat. 2, 272 non amo ... nimium -es. Quinct. 13. Att. 1, 5, 5 -iorem ... neque neglegentiorem esse. 6, 7, 2 nihil enim illo adulescente castius, nihil -ius. ad Q. fr. 1, 1, 17 cautus ... ac -s (1, 1, 18 percautus et -s. CAES. Cic. epist. frg. IV QVINT. inst. 4, 1, 70). *saepe*. Q. CIC. pet. 24 sunt ... gratiosi, sunt -es et copiosi. CAES. civ. 2, 29, 4. PRIAP. 72, 1 -s Priape, facito. 77, 16 VITR. 10, 16, 1. SEN. contr. 2, 2, 11 -es facti sumus (QVINT. inst. 1, 1, 1 -ior ... fiet). 4, 5. 7, 1 (16), 6 SEN. dial. 5, 4, 5 *al.* PLIN. nat. 2, 109 exquisivere -iores. 3, 128 -iores tradunt (4, 83. 10, 181 *al.*). 5, 40. 30, 8 *saepe*. QVINT. inst. 1, 4, 24. 1, 11, 14 -s aliquis ac peritus. 8, 3, 55 ut a -i curiosus ... distat. 9, 3, 65 *cum* pro illiberali -em *appelles. al.* PS. QVINT. decl. 18, 8 (*opp.* neglegens. OPTAT. 6, 6 p. 154, 24). PLIN. epist. 2, 4, 2. 10, 85, 1 industrium et -em. GAIVS dig. 19, 2, 25, 7. PAVL. dig. 9, 2, 31 a -e provideri potest. *al.* PELAGON. 25 VEG. mil. 2, 9 RVFIN. Basil. hom. 1, 2. AVG. civ. 10, 17 qui *deus* solus -s et dilectus beatos facit. SIDON. epist. 7, 9, 10. SCHOL. Ter. p. 158, 29 -s, studiosus in alteris causis. BOETH. mus. 1, 31.

b *cum nomine personali*: PLAVT. Amph. 973 -em ut uxorem decet (RVT. LVP. 1, 21 excipiet te . . . -s atque amans uxor). VARRO ling. 8, 78 virum et mulierem . . . -em . . . -iorem . . . -issimum. rust. 2, 1, 21 pastor (COLVM. 6 praef. 5 prudentem -emque. *al.*). CIC. de orat. 2, 140 -es et memores et sobrii oratores (Brut. 105 industrium etiam et -em). 2, 186 medico (PLIN. epist. 8, 1, 3). Brut. 238 patronus (top. 65). Verr. 2, 92 homo certus et -s (Cluent. 91 homo sanctus et -s. ac. 2, 98 homo et acutus ... et valde studiosus ac -s. fin. 2, 44. ALF. dig. 18, 6, 12 (11) homines frugi et -es [FRONTO p. 87, 5 N. homo frugi et sobrius et acer et -s]. *al.*). 3, 1 -s et firmus accusator. 4, 53 arator (Deiot. 27 agricola. *persaepe*). 4, 143 iudices. Catil. 2, 14 consulem (Att. 1, 14, 6). prov. 39. Balb. 43 defensorem. Flacc. 8 ducem. *persaepe*. Brut. 60 -issimus investigator antiquitatis. Tim. 1 acer investigator et -s (off. 1, 146 acres ac -es ... animadversores). *al.* Att. 13, 45, 3 nec -iorem nec officiosiorem facile delegissem Vestorio. epist. 1, 8, 1 hominis amantissimi prudentissimi -issimi. ad Brut. 1, 18 (9, 26), 1 prudentissima et -issima femina. Q. CIC. pet. 21 quod genus hominum multo etiam est -ius atque officiosius. NEP. Con. 1, 2 prudens rei militaris et -s imperator. Att. 1, 2. LIV. 5, 50, 1 -issimus religionis cultor. VITR. 5, 9, 1. SEN. contr. 2, 4, 8 sermonis observator -issimus. 2, 6 (14), 13. suas. 2, 19 VELL. 2, 98, 1. VAL. MAX. 1, 1, 6 custos (1, 7 ext. 2 PHAEDR. app. 13, 25 SEN. dial. 6, 4, 3 COLVM. 12, 3, 10. QVINT. inst. 8, 5, 19 leges, -issimae pudoris custodes. *al.*). 7, 8, 9 CELS. 1 pr. SEN. nat. 3, 7, 1. 5, 16, 3 *al.* COLVM. 1, 1, 3 pater familiae (1, 2, 2 *saepe*). 1, 8, 18 *saepe*. PLIN. nat. 2, 245 auctores (6, 141. 11, 153. 36, 109 *al.*). 36, 44 luxuriae interpres. *saepe*. EPIST. imp. Dom. (Corp. IX 5420) 22 -issimi et indulgentissimi ... principis epistula (FRONTIN. aq. 64. 87. EVTR. 9, 26 -issimus et sollertissimus princeps). QVINT. inst. 8 pr. 3 artium scriptores. FRONTIN. aq. 1 -iore an amantiore rei publicae imperatore. TAC. Agr. 5 -i ac moderato duci. PLIN. epist. 2, 12, 6 *al.* FRONTO p. 215, 3 N. adversus -es vero et circumspectos. VENVL. dig. 45, 1, 137, 3 PAPIN. dig. 46, 3, 97 *al.* APVL. apol. 58. TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 459. 5, 17 p. 632 explorator. nat. 1, 3 *al.* PRISCILL. tract. 3, 58. AMM. 21, 16, 4 doctrinarum -s affectator. 31, 10, 22 dux cautus et -s. PELAGON. 24. 267 SCHOL. Cic. Bob. p. 102 St. HIER. epist. 28, 2, 2 explicator. 57, 11, 2 lectore (MACR. sat. 3, 5, 10. 6, 6, 20 BOETH. mus. 2, 5. 2, 8). EPIPHAN. Hier. epist. 51, 1, 1. VVLG. prov. 12, 4 mulier -s corona est viro suo. EVSTATH. Bas. hex. 8, 3 p. 949[A] pavo. 9, 3 p. 959[B] *formica*. BOETH. mus. 2, 8 CASSIOD. inst. div. 5.

c *cum nomine rem quasi personatam significante*: VARRO rust. 1, 54, 2 in vindemia -i. frg. Non. p. 66, 25 agrorum cultus (CIC. inv. 2, 161). RHET. Her. 1, 2, 3 ratione (CIC. top. 6 APVL. Plat. 1, 3 AMM. 17, 8, 2 *al.*). 3, 11, 19 memoria. 3, 20, 34 notatione. CIC. inv. 2, 17 ratiocinatio . . . -s et considerata. 2, 135 scriptura (de orat. 1, 150 assidua ac -s scriptura). de orat. 1, 60 sine -issima pervestigatione. Brut. 143 latine loquendi accurata et ... -s elegantia. orat. 78 quaedam etiam neglegentia est -s. div. in Caec. 73 severam -emque accusationem. Verr. 4, 216 praeturam. Pis. 14 relatio. Phil. 7, 3 cautio. nat. deor. 1, 50 magna ac -i contemplatione. 2, 140 providentiam ... -em tamque sollertem. off. 1, 127. epist. 2, 19, 2 commendatio (13, 51). ad Q. fr. 1, 1, 12 integritatem ... cautiorem ... -iorem (1, 1, 23 officium -entis et moderati imperii. *al.* RVT. LVP. 1, 13 -s studium virtutis. LIV. 41, 27, 13 moribus quoque regendis -s et severa censura fuit. VITR. 1, 3, 2 electio. 5, 8, 2 animadversio. 10 pr. 3. SEN. contr. 7, 5 (20), 11 nihil est autem amabilius quam -s stultitia (*i. cum diligentia coniuncta*). VELL. 1, 4, 2. 2, 116, 2 VAL. MAX. 2, 9 pr. PHAEDR. 2 prol. 4 industria. SEN. benef. 5, 5, 2. 6, 24, 1. 6, 29, 2 aures (MART. 6, 1, 3). dial. 4, 21, 2. 7, 3, 3 *saepe* CVRT. 4, 1, 4 COLVM. 1, 9, 1. 3, 9, 5. 7, 4, 3 cura (9, 9, 1 *saepe*). PETRON. 24 sciscitatione. frg. 5[b]. PLIN. nat. 3, 46 subtilitate. 6, 84 notitia. 14, 146 -i scito legum. *saepe*. QVINT. inst. 1, 8, 18 enarratio historiarum. 5, 10, 61. 10, 3, 5 stilus (TAC. dial. 39). decl. 348 p. 370, 1. FRONTIN. aq. 128 lege. TAC. Agr. 6. PLIN. epist. 5, 5, 3 *libros* absolverat subtiles et -es. *al.* CALL. dig. 49, 14, 5 GAIVS inst. 2, 109. 3, 54 VLP. dig. 11, 4, 1, 7. 16, 10, 7, 3 *al.* LACT. inst. 1, 17, 16 -s, tam sollicita curatio (HIL. syn. 36 sollicita ... multum -ique cautela). ira 10, 22 FIRM. err. 24 HIL. op. hist. frg. 1, 7. AVIEN. ora 710 labos (VEG. mil. 1 pr. labor -s ac fidelis). AMM. 14, 10, 5 navata est opera -s (15, 5, 19. 16, 10, 19. 29, 5, 2. 30, 4, 1. 31, 4, 5). 18, 2, 7. 24, 4, 3. 27, 2, 4 AVG. civ. 3, 18 substitutione. 8, 14. 12, 20. 15, 23 *al.* PS. VICT. VIT. pass. 15. BOETH. arithm. 1, 30 acumen. INST. Iust. 1, 1, 2 -issima atque exactissima interpretatione. 2, 20, 23 tractatu. 4, 18, 12. CORP. III 567 exploratio.

d *seq. genet. obiect.*: CIC. fin. 4, 32 omnis . . . est natura -s sui. Q. CIC. pet. 22 ut spectatorem te officiorum esse intellegant -em. LIV. 7, 3, 7 -s talium monumentorum auctor Cincius. PLIN. nat. 13, 31 -issimi naturae tradunt. 32, 26 medicinae. 34, 81 artis (QVINT. inst. 1, 7, 34). QVINT. inst. 9, 4, 77 Plato, -issimus compositionis. decl. 262 p. 72, 19 in hac civitate -issima iuris. PLIN. paneg. 79, 5 temperamenti. SVET. gramm. 23 rei familiaris. GELL. 2, 26, 11 poeta verborum -issimus (13, 25, 4). 4, 11, 4 vir litterarum veterum -issimus. PS. APVL. Ascl. 3 rerum. TERT. resurr. 32 credendi -ior quam contendendi ... religiosus. SCHOL. Cic. Bob. p. 163 St. curiosus et -s eruendae vetustatis. SYMM. epist. 1, 38 *fortuna* praesentium -s. PS. RVFIN. in Os. 10, 11/12.

e *seq. dativ.*: CIC. rep. 2, 36 Corinthios video publicis equis assignandis et alendis orborum ... tributis fuisse quondam -es. TERT. nat. 2, 9 agros stercoribus iuvando -s fuit.

f *cum praeposit.*: in *c. abl.* (*plerumque gerundii vel gerundivi*): CIC. Brut. 246 prudens, acutus, minime incautus patronus in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

causis cognoscendis, componendisque -s. Verr. 1, 29 in quaerendo. 2, 126 in re ... hereditaria. 4, 107. 6, 49. 157 in supplicio. Catil. 3, 17 in perditis rebus. Manil. 58 in uno Gabinio. Cluent. 133. 191 in eo. Balb. 45 Rab. perd. 27. 32. Phil. 2, 110 in Caesaris memoria. rep. 2, 27 div. 1, 94 off. 1, 7 *al.* Att. 4, 1, 1 in custodia salutis meae. 6, 1, 18 homo in historia -s. 12, 33, 2. 13, 6, 4 in tuis multo minus -s quam in meis. *saepe.* Sen. dial. 5, 25, 2 in officio. Plin. nat. 34, 58 in symmetria. Qvint. inst. 1, 8, 9 oeconomia ... in iis -ior. 3, 1, 18 in tradendo. 10, 1, 79 in compositione. *al.* Plin. paneg. 51, 1 in tuendo. Tert. orat. 27 in orando. Porph. Hor. epist. 2, 1, 23 in pictoribus et plastis -issimus (*i. fastidiosus*). Capitol. Alb. 3, 6 in legendis magistratibus -s. in *c. acc.*: Evtr. 10, 16 in amicos liberalis, sed minus -s quam tantum principem decuit. ad: Cic. div. in Caec. 70 ad legum defensionem. Verr. 5, 6 ad reportandum. 6, 80 ad classem ornandam. Catil. 1, 19 ad custodiendum. Phil. 10, 17. epist. 3, 12, 4 -ior ad declarandum. Pavl. Fest. p. 249 ad suffragia ... ferenda. Qvint. inst. 1, 1, 7 ad cetera. Ps. Qvint. decl. 2, 2 ad facinus. Fronto p. 216, 6 N. Ps. Avr. Vict. epit. 20, 5. 48, 11. de: Cic. Att. 5, 4, 4 de omnibus rebus. circa: Plin. nat. 20, 263 circa carduos -issimus videtur. 31, 56 circa haec. Evtr. 8, 7 circa aerarium. Op. imperf. in Matth. 54 p. 946 circa verbum dei. adversus: Plin. med. 3, 34 adversus omnes morborum incursus ... -issimus.

3 *i. q.* ***parcus, frugi, tenax*** (*opp.* prodigus, profusus): **a** *cum nomine personali vel substantivi vice*: Rhet. Her. 4, 34, 46 si quis hominem prodigum et luxuriosum illudens parcum et -em appellet. Cic. Verr. 5, 39 homo frugi ac -s. Sen. epist. 1, 4 quod apud luxuriosum sed -em evenit. rem. fort. 16, 2 quam multas *coniuges* ... videmus ex -issimis solutissimas, ex liberalissimis rapacissimas. Plin. epist. 2, 6, 1 *apud* quendam ut sibi videbatur lautum et -em, ut mihi sordidum simul et sumptuosum. Corp. VIII 23908 filius frugalissimus adq. -issimus. **b** *seq. genet.*: Rvt. Lvp. 1, 4 pro illiberali -em rei familiaris. Sen. epist. 58, 30 -s sui tutela (*praecedit* parsimonia). 101, 3 non minus patrimonii quam corporis -s. Plin. epist. 6, 8, 5 est alieni abstinentissimus, sui -s. *fortasse huc pertinet in imag.* Pavl. Nol. epist. 13 negligens ... ventris, quia -s animae. **c** *seq.* de: Plin. epist. 4, 13, 8 qui fortasse de alieno neglegentes, certo de suo -es erunt (*nisi ad p. 1183, 18 referre mavis*).

inde adv. ✖**dīligenter** (*de usu v. p. 1181, 49*) *unico loco excepto* (Schol. Germ. Bas. p. 82, 5 quod in deos religiosa, in hominibus officiosa -r fuerit) *cum verbis coniunctum legimus, praecipue faciendi et agendi, rarius cognoscendi cogitandive. ex ingenti exemplorum copia pauca admodum attuli, sed fere omnia iuxta posita enotavi.*
comp. et superl. leguntur inde a Varrone *et* Cic. Hier. quaest. hebr. in gen. p. 54, 4 in Graecis legitur *ἀσφαλῶς*, id est -r. Gloss. *ἐπιμελῶς*. impense. enixe. -ius *ἐπιμελέστερον*.

1 *i. q.* ***accurate, cum cura, attente,*** *ἀκριβῶς*, (*opp.* neglegenter): Plavt. Capt. 226 accurate agatur, docte et -r (Cic. nat. deor. 1, 15 epist. 3, 10, 11 Apvl. flor. 9 p. 31). Ter. Eun. 207 -r facias (500 Varro rust. 3, 16, 21. Colvm. 12, 38, 8 mundi et -r. Apvl. apol. 13 libenter et -r. *persaepe*). 339 ut -r nunties. 505 curate ... -r virginem (Hec. 257 Cato agr. 143 Acc. trag. 598 Cic. Att. 1, 9, 2. 4, 4^{b}, 5 -r [cures *vel* cura *omisso.* 5, 18, 4. leg. 3, 46 Graeci hoc -ius]. 5, 20, 8 *persaepe*). Men. 968 rem heri -r tutetur. Cato agr. 32, 2 -r caveto (67, 2 *persaepe*). *al.* Varro ling. 6, 10. 78 hic magis promiscue quam -r consuetudo est usa. 10, 7 -r videndum (rust. 1, 40, 1 Cic. inv. 1, 45 de orat. 2, 237 perquam -r videndum. *persaepe*). 10, 75 haec -ius quam apertius dicta. *saepe.* Rhet. Her. 1, 6, 9 consideranda sunt (2, 24, 38. 2, 31, 50. 3, 13, 23 Cic. inv. 1, 57. 2, 28. 38. 39. 41 de orat. 2, 114 *saepe*). 2, 8, 12. 2, 9, 13 perscriptum (3, 11, 19 scripsit. Cic. inv. 1, 77 perquisitius et -ius conscripsisse. leg. 3, 49 perite et -r scripsit. Att. 1, 20, 1 -r, officiose. *persaepe cum verbo scribendi*). 2, 27, 43 observaverimus (4, 48, 61 Cic. inv. 1, 82. 89 *persaepe*). 2, 30, 49 exputamus acriter et criminose et -r. 4, 2, 3 eligere (Cic. inv. 1, 8 ingeniose et -r. Sen. benef. 4, 9, 2 Colvm. 7, 9, 1 Plin. nat. 17, 40 *persaepe*).
Cic. *ex. gr.*: inv. 1, 19 -r erunt artificio reperta, cura et cogitatione pertractata. 1, 20 cognoscere (2, 99 *causas* -r penitusque cognoscat. 2, 110 de orat. 2, 362 Q. Rosc. 31 Verr. 3, 135 Cael. 55. Gaivs inst. 1, 93 -ius ... exactiusque causam cognoscat. *al.*). 1, 30 sua -r et enodate narrando. 2, 44 attendamus (Quinct. 22 Verr. 3, 82 *persaepe* Vitr. 5, 4, 1 Sen. epist. 10, 1 *al.*). 2, 135 -issime legi obtemperare (Verr. 6, 28 *al.*). 2, 146 quae -issime sancta est (leg. agr. 1, 13 Pis. 90). de orat. 1, 45 audierat (2, 122 Sull. 14 Phil. 1, 38 epist. 3, 5, 1 Herm. Pal. mand. 3, 7 [*ἀκριβῶς*]. *al.*). 1, 118 quam -r et quam prope fastidiose iudicamus. 1, 156 habenda est ratio -r. 2, 92 persequatur. Brut. 227 rem videbat acute, componebat -r (223 *al.*). S. Rosc. 72 -ius paratiusque venisses (*praecedit* bonorum emptores). rep. 1, 35 non possum ... dicere me in ulla cogitatione acrius aut -ius solere versari. ac. 2, 36 *cum* -issimeque circumspexerit (ad Q. fr. 1, 1, 10 Sen. epist. 70, 5). fin. 4, 79 *quos* tibi studiose et -r tractandos (*alibi haec iunctura cum verbo curandi, coniungitur, ex. gr.*: Att. 16, 16, 7 epist. 6, 4, 5. 10, 3, 14. 13, 6, 4. 13, 69, 2). off. 2, 54 de re familiari impertiendum, sed -r atque moderate. Att. 1, 6, 2 fac nos quam -issime certiores (1, 14, 7 epist. 4, 14, 4 *saepe*). Att. 2, 4, 1 *hoc* amanter ... -rque conficias. 3, 23, 5 exponis prudenter et -r. 8, 6, 3 fortiter et -r (Val. Max. 8, 3, 1 -r ... fortiter executa. Plin. epist. 2, 11, 19). 14, 22, 1 odorari -ius quid futurum sit. epist. 5, 6, 3 *Antonium* gravissime ac -issime defendi (7, 17, 2 ut gravissime -issimeque potui *commendavi* [*saepe cum hoc verbo*]). 5, 17, 3 officiis amicitiae -r a me sancteque servatis (Sen. epist. 48, 3 societas -r et sancte observata). 6, 5, 1 legitur a me -r et custoditur -issime. 14, 16 -ius facere et cautius (Cael. Cic. epist. 8, 10, 2 Caes. Gall. 5, 49, 3 Hil. in Matth. 10, 9 Evgraph. Ter. Hec. 218 *al.*). ad Q. fr. 1, 1, 20 ius dici aequabiliter et -r. 1, 2, 9 varie -rque monuisse. 2, 1, 3 considerate -rque naviges (Avg. serm. ed. Mai 63, 2 considerate et -r respicite). 3, 1, 21 humanissime -issimeque locutus. Q. Cic. pet. 43 valde ac -r rogatum. 50 assidue, -r petere. Caes. Gall. 7, 60, 1 -r industrieque administrarent (Svet. Dom. 8). *al.* Sall. Iug. 95, 2 optume et -issime omnium. Act. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 7 bene atque -r ... petere (Sen. benef. 7, 1, 4). Liv. 45, 37, 9 acerbius et -ius circumitae sunt. Val. Max. 5, 8, 3 plenissime ... -issimeque auditis testibus. Cels. 6, 18, 3 aduri -r et timide debet. Sen. benef. 2, 32, 1 scite ac -r excipere. 7, 32, 1 nec ideo pigrius dabo, sed -ius. dial. 9, 11, 2 omnia tam -r faciet, tam circumspecte. 10, 18, 3 orbis terrarum rationes administras tam abstinenter quam alienas, tam -r quam tuas, tam religiose quam publicas. epist. 104, 2 ut me -ius amem. *saepe.* Colvm. 7, 5, 17 saepius ac -r ovium terga perspicere (7, 10, 7 arb. 6, 2. Apvl. apol. 16 inspexerat saepe ac -r). 12, 52, 10 -r emundatum. arb. 9, 1 *virgas* -r et aequaliter compositas. *persaepe.* Plin. nat. 21, 178 minime -r demonstrando. *saepe.* Mart. 7, 31, 7 o quam, Regule, -r erras (*ironice i. valde, penitus*). Qvint. inst. 6, 2, 23 haec -ius (*sc. tractabimus*) cum de amplificatione dicemus. *persaepe.* Plin. epist. 7, 17, 8 tanto -ius quanto sollicitius intendo (Vvlg. deut. 13, 14 quaere sollicite et -r). *saepe.* Svet. Iul. 48 domesticam disciplinam ... -r adeo severeque rexit. Cal. 36 -r ac lente ... considerabat. Claud. 4 qui vellem -ius et minus *μετεώρως* deligeret sibi aliquem. gramm. 4 -r aliquid et acute scienterque ... dicere aut scribere. vita Lucani p. 52 confici vero ac proponi *poemate* venalia non tantum operose et -r, sed et inepte quoque. Fronto p. 47, 8 N. *τέχνην* alias -ius et subtilius persequemur. *al.* (Avg. civ. 19, 1 -r et subtiliter scrutatus). *persaepe apud* Ictos, *ex. gr.*: Spart. Hadr. 6, 5 ambitiose ac -r expositis. Capitol. Gord. 24, 1 eius saeculum emendatius ac -ius ... perfectum. Svlp. Vict. rhet. 6 p. 316 -ius aliquid et cultius et lectius ... proferendum. Veg. mil. 2, 3 *opp.* neglegenter. Hyg. astr. 2, 2 p. 33, 7 verius et -ius navigare (p. 33, 14). Vvlg. III Esdr. 8, 27 -r (*ἐπιμελῶς, notione severitatis praevalente*). Avg. civ. 1, 3 -r copioseque tractanda sunt (8, 14. 9, 5). 5, 16 -r et sobrie illa intueantur exempla. 6, 2 quis consideravit attentius ... quis -ius pleniusque (planius *nonnulli codd.*) conscripsit *Varrone*? 7, 19 Caelum enim esse Iovem innumerabiliter et -r affirmant. 8, 22 attentius et -ius intuentibus. 16, 2 haec -r et intellegenter advertens. 20, 21 -ius et distinctius ... intueri. 20, 23 erudite -rque conscriptum. *saepe.* Boeth. mus. 2, 15 p. 246, 10 perquam -issime in arithmeticis diximus. Cassiod. inst. 6 (*praecedit* attente). 9 plura praestantius et -ius aperuit ... minute ac -r.

2 *fere i. q. emendate, pure*: Cic. Brut. 109 latine -r locutum (140. 166).

3 *fere i. q.* ***considerate*** (*cf.* diligentia *II A*): Qvint. decl. 318 p. 251, 29 hoc legato patroni vestri necesse est utrique vestrum -ius vivere (*Gronov.*, videre *trad.; seq.* frugaliter vixerit).

4 *fere i. q.* ***amanter*** *sensu Christiano* (*v. supra sub* diligo *p. 1180, 6*): Ps. Apvl. Ascl. 12 haec est enim merces pie sub deo, -r cum mundo viventibus.

5 *i. q.* ***consilio, consulto, cogitate***: Tert. nat. 2, 6 melius est *errare* simpliciter, quam ut physici -r. Serv. auct. Aen. 4, 555 -r virum strenuum non ante facit requiescere, quam rite omnia paravisset.

6 *i. q.* ***festinanter***: Itala exod. 12, 11 (Lib. iubil. 49, 13) comedetis illud -r (*μετὰ σπουδῆς*, Vvlg. festinanter).

7 *i. q.* ***commode***: Chiron 136 ut -r iaceant.

8 *i. q.* ***secure,*** *ἀσφαλῶς* (*v. p. 1176, 21. 1183, 44*): Itin. [Silv.] 6, 2 -ius et securius iam in eo loco ... ambulant nocte.

9 *i. q.* ***recte***: Boeth. in Porph. comm. pr. 1, 12 p. 32, 13 divisionem generis -r agnosces.

part. perf. pass. pro adi. ✖**dīlēctus, -a, -um.** Pavl. Fest. p. 73 -us militum, et is qui significatur amatus, a legendo dicti sunt. Diff. Suet. p. 278 Reiff. (delectus ... certus) militum numerus ... -os maxime diligimus, ut filios, parentes, fratres (= Gramm. suppl. 288, 1). Hier. in Philem. 1. Gloss. -us *ἀγαπητός*. carus -a *ἠγαπωμένη*. electa. -um carum. -issimus *ἠγαπημένος*. *persaepe vis substantiva praevalet.* -um habere *v. p. 1178, 52.* *compar. legitur*: Clavd. rapt. Pros. 3, 74. *superl. inde a* Stat.

i. q. ***carus, amatus, gratus***: **1** *generatim*: **a** *de personis*: Ov. met. 9, 308 una ministrarum ... faciendis strenua iussis, officiis -a suis (*i. propter o.*). Plin. nat. 35, 119 ob id (*sc. amorem in feminas flagrantem*) deas pingens, sed -arum imagine. Homer. 101 Achivos. Svet. Aug. 98 ex -is unum. Itala gen. 22, 2 (Aug. loc. hept. 1, 69 p. 518, 9 *al.*) filium tuum -um (*τὸν ἀγαπητόν, ὃν ἠγάπησας*, Vvlg. tuum unigenitum quem diligis). Phil. 4, 1 (Mar. Victorin. in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Phil. p. 1227B) fratres -issimi (*ἀγαπητοί*, VVLG. carissimi). *sic admodum frequenter cum* filius *sim. coniungitur, sed* VVLG. *nisi aliud, ut supra, praebet,* -us *vel* carissimus *praetulit,* ITALA *et* ECCL., *praecipue* HIER., *elativum, at cf.* epist. 57, 12, 2 *ἀγαπητός* -us est, non -issimus. PRISCILL. tract. 4, 76 -issimi in deo. AMM. 19, 1, 10 iuvenis nobilitate commendabilis et -us. SERV. ecl. 2, 1 hunc . . . -um fuisse Pollionis. AMBR. paenit. 2, 10, 96 veteri occurrisse -ae. HIER. in Matth. 4, 26 canticum -o canit (epist. 65, 4, 3 canticum . . . canitur carissimo atque -o. *saepe*). epist. 65, 8, 1 ad amantissimum et -um regem (65, 13, 2). VVLG. deut. 32, 15 incrassatus est -us. psalm. 28, 6. 59, 6 -i tui (*sic cum pronomine* psalm. 126, 2 cant. 1, 12 [*23ies*]. Is. 5, 1 Ier. 11, 5 Bar. 3, 37 Dan. 3, 35). cant. 2, 7 neque evigilare faciatis -am (= 3, 5. 8, 4). Col. 3, 12 electi dei et sancti et -i. I Tim. 6, 2 fideles sunt et -i. Rom. 1, 7 -is dei. 16, 8 Ampliatum -issimum. *al.* AVG. civ. 8, 12 discipulus (fid. et symb. 4, 9). SIDON. epist. 9, 6, 1 pro -issimo nostro (PASS. Matth. 260, 29 *saepe sim.*). CORP. III 9597 uxori -issimae. *saepe. seq. dat.*: STAT. Theb. 8, 99 augur Apollineis modo -issimus aris. APVL. met. 10, 23 artissimo multumque sibi -o contubernali. LVCIF. non parc. 4 p. 217, 2 deo (Athan. 2, 16 p. 176). PRISCILL. tract. 5, 89 -issimi mihi (HIER. epist. 60, 13, 3 *al.*). **b** *de rebus quasi personatis*: VAL. FL. 3, 343 galeam -aque cingula. STAT. Theb. 3, 578 conubia. ITALA psalm. 83, 2 (Cypr. mort. 23) -issimae habitationes (*ἀγαπητά*, VVLG. -a tabernacula). HIER. epist. 60, 2, 3 animam. VVLG. Is. 21, 4 Babylon -a mea. apoc. 20, 9 civitatem -am. CLAVD. rapt. Pros. 3, 74 luco -ior omni laurus. IGNAT. ad Ephes. 1, 1 multum -um tuum nomen (*πολυαγαπητόν*). 2 *speciatim in allocutione, praecipue epistularum et sermonum Christianorum, ubi semper elativus legitur*: HOR. carm. 2, 20, 7 -e Maecenas. HIL. c. Aux. tit. -issimis fratribus (*admodum frequenter, ex. gr.*: op. hist. frg. 2, 1. 3 PRISCILL. tract. 5, 84 VVLG. Iac. 1, 16. 19. 2, 5 EPIPHAN. Hier. epist. 51, 1 PS. ORIG. tract. 1 p. 3, 10 *saepe* AVRELIVS p. 1009B *al.* BACHIAR. repar. laps. 23 FAVST. REI. serm. 1 p. 223, 4 EPIST. pontif. 784 Alc. Avit. epist. 42 *passim. notatur* f. d. *in* FRG. liturg. 2 p. 265). DAMAS. Hier. epist. 19 -issimo filio. *al.* EPIPHAN. Hier. epist. 51, 1 -issime. *persaepe.* VVLG. prov. 31, 2 -e mi, quid -e uteri mei, quid -e votorum meorum. cant. 1, 15 -e mi (2, 17. 7, 11. 13. 8, 14). Hebr. 6, 9 -issimi (SACR. Leon. p. 423 SIDON. epist. 7, 9, 5 *al.*).

iuxta posita et synonyma (*ad* diligo): admirari, aestuare, amare, amplecti, appetere, carum, gratum esse, carum habere, cognoscere, colere, complecti, cupere, curare, eligere, favere, frequentare, in deliciis habere, honorare, intellegere, mirari, diligenter nutrire, observare, probare, tueri, venerari, vereri. *opposita*: avertere, contemnere, despicere, fastidire, insectari, invidere, metuere, neglegere, odisse, respuere, timere.

deriv.: dilectio, 2. dilecto, dilector (-trix), 3. dilectus, diligentia, diligibilis.

dīliquēsco, dīliquium *v.* del-.

[**dilis**] cotidianis GLOSS. V 496, 66. *videtur pertinere ad* dius.

dīlītēsco, dīlītigo *v.* del-.

dilogia, -ae *f.*, *διλογία*. *i. q. ambiguitas*: PS. ASCON. Verr. p. 214, 28 St. -a dicitur figura, cum ambiguum dictum duas res significat. DON. Ter. Eun. 1089 figura -a: ad utrumque enim pertinet et ad laudem et ad vituperationem.

dilogōs *adv.*, *διλόγως*. *i. q. ambigue*: PORPH. Hor. epod. 17, 6 -os nunc dicitur. sat. 1, 10, 36 hoc -os (*bis*).

dilophos, -on *δίλοφος*. *i. q. duplicem cristam habens*: MART. CAP. 2, 177 -on alitem . . . in certaminis temptamenta pulsabat.

dīlōrīco, -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* lorica *vel* loricare. *Th.*]. NON. p. 101 -are dictum est scindere. GLOSS. -are scindere. delori-catum laceratum.

i. q. vestem scindere, dilacerare: CIC. de orat. 2, 124 -are tunicam et iudicibus cicatrices . . . ostendere. APVL. met. 6, 10 involat eam vestemque plurifariam -at (AMBR. exc. Sat. 2, 12 -ata veste secreti pudoris nuda prostituant). 7, 8 -atis statim pannulis. HEGES. 1, 25, 2 -ato amictu. *latiore sensu aliquem lorica exuere et necare*: HEGES. 1, 6, 2 qui Antigonum -rent. 4, 25, 2 quemcumque reppererant, -bant (*τὸν προστυχόντα διήλαυνον, seq.* interficere).

dilōris, -e [*a* di- *et* lorum, *cf.* monoloris. *Th.*]. *i. q. duo lora habens*: VOPISC. Aurelian. 76, 6 paragaudas vestes ipse primus militibus dedit . . . et quidem aliis monolores, aliis -es, trilores aliis et usque ad pentelores. quatt. tyr. 15, 8 interulas -es duas *dabis Bonoso. graece*: PAPYR. Wessely, Wien. Stud. 24 (1902) p. 126 *ἠριθμήθη ὑπὲρ τιμῆς στιχαρίων διλώρων* (*i. vestium -ium*) *ἑκάστου*.

dīlūceo, -ēre [*a* dis- *et* lucere, *cf.* dilucescere. *Th.*]. GLOSS. dilucit *διαφαύει*. *i. q. apparet, manifestum est*: VARRO ling. 6, 63 ne sit confusus atque ut -eat dicitur disputare. LIV. 3, 16, 1 -ere res magis patribus. 8, 27, 11 -ere deinde brevi fraus coepit. 25, 29, 10 quae acta cum Romanis essent -ere . . . coepit. FRONTO p. 62, 10 N. in verbis vero eligendis ilico -et. p. 63, 12. GELL. 16, 8, 16 emolumentum eius *dialecticae* in animo tuo -bit. *seq. coniunct. vel* ut: VERVS Fronto p. 132, 8 N. necessarium puto -ere, ut quantum nos egerimus appareat (PANEG. 6[7], 12, 8 necesse est tamen ad tuos nutus -eat et sileat). *seq. acc. c. inf.*: GELL. 6, 10, 3 per quod satis -et hanc 'capionem' posse dici. APVL. apol. 67 cuivis clare et *eqs.* TERT. anim. 15.

dīlūcēsco, -xī, -ere [*a* dis- *et* lucescere (luciscere), *cf.* dilucere. *Th.*]. GLOSS. -it *διαφαύει* (*v. p. 1185, 75*). *cf. p. 1185, 74 sqq. legitur inde a* CIC. *et* LVCR.

1 *proprie i. q. dies oritur, lux incipit*: HOR. epist. 1, 4, 13 omnem crede diem tibi -isse supremum. GELL. 3, 2, 3 qui *dies* post eam noctem -xerit (= MACR. sat. 1, 3, 3). *in imag.*: LVCR. 5, 176 an, credo, in tenebris vita . . . iacebat, donec -xit rerum genitalis origo. CIC. Phil. 12, 5 discussa est illa caligo . . .; -xit, patet, videmus omnia. *impersonaliter*: CIC. Catil. 3, 6 cum iam -ret (LIV. 36, 24, 6). SEN. benef. 3, 27, 1 ut primum -xit. VVLG. I reg. 29, 10 *cum* coeperit -ere. II reg. 17, 22 donec -ret. IV reg. 10, 9 cumque -isset. 2 *translate i. q. apparere, manifestum fieri*: FAV. EVL. p. 4, 7 ab hoc iustitia . . . librata partium aequalitate -xit. AVG. civ. 18, 30 ut quae pertinent ad Christum et ecclesiam -ant. 18, 43 ut . . . idem tamen sensus bene intellegentibus -ret. 20, 33. retract. 2, 54 multa in scripturis sanctis obscura, cognito locutionis genere -unt. epist. 194, 20 c. Faust. 11, 6. c. Petil. 3, 1, 2 quam *veritatem* -ere atque innotescere formidatis (*praecedit* obscuraretur).

dīlūcidātio, -ōnis *f. a* dilucidare. *i. q. illustratio*: CASSIOD. anim. 12 p. 1306B ad animae -em. compl in I Cor. 3, 16 actus omnium manifesta -e cognoscitur.

dīlūcidē *adv. v. s.* dilucidus.

dīlūciditās, -ātis *f. a* dilucidus. *i. q. dilucidatio*: BOETH. top. Arist. 8, 2 p. 996C ad -em exempla et similitudines afferendum.

dīlūcido, -āvī, -ātum, -āre [*a* dilucidus. *Th.*]. GLOSS. -are adaperire. *legitur inde a* TERT.

i. q. lucide declarare, plane facere, illustrare sim.: TERT. adv. Iud. 1 *quod* minus plene potuit -ari. 13 -ato pectore per Christi veritatem. adv. Marc. 3, 23 p. 417 -ata per Christum veritate (ALC. AVIT. epist. 30 p. 61, 34). ZENO 7, 3, 1 quod *signum* . . . -vit *deus* his verbis. FAVSTIN. trin. 6, 4 p. 75C *obscurum* exemplo (TYCON. 1 p. 1, 7 AMBROSIAST. in Col. 2, 14. HIER. in Ion. prol. p. 387/8 *obscura* breviter aperteque -et. AVG. serm. 99, 4 ad totam eius obscuritatem removendam et -andam. CASSIAN. conl. 19, 16, 1). TYCON. 4 p. 32, 2 *donec* transitus -etur. FVLG. Virg. cont. p. 94, 12 ut ordo se evidenti manifestatione -et. AMBROSIAST. in Rom. 7, 19 saepe repetit, ut -et sensum (II Cor. 10, 2). I Cor. 14, 29 disputatione planiore. HIER. hom. Orig. in Ezech. 1 p. 891. AVG. epist. 977, 42 -ata cordis instructio. c. Faust. 12, 42 prophetantis personam esse -atam. dialect. 6. MAR. MERC. Cyr. epist. cler. 13 res. CASSIAN. conl. 17, 12, 1 haec exemplis. c. Nest. 5, 9, 1. 6, 15, 1. AVELL. p. 233, 11 sanctum mathema explanaverunt et de deitate sancti spiritus -erunt. EPIST. pontif. 612 Thiel Gelas. 3, 16. FAVST. REI. epist. 6 p. 196, 3 fidem. grat. 2, 5 p. 69, 28 apertiore sensu et -ata ratione. POMER. 1 prol. 3 BOETH. categ. 1 p. 159A. ENNOD. epist. 1, 9 p. 18, 12 (*in imag.*) se exercita litterarum gymnasiis palaestra -ant. 3, 25 p. 90, 17. CASSIOD. inst. div. praef. p. 1107c scripturas. 2 p. 1113d canticum. 8 p. 1120c. 26 RVSTIC. c. aceph. p. 1194.

dīlūcidus, -a, -um [*cf. c.* lucidus *et c.* dilucere. *Th.*]. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 13, 6 *διαφανές*, hoc est -um. GLOSS. -um limpidum, perlucidum. -a aperta, manifesta. *legitur inde a* RHET. Her. (*adv. inde a* TER.). *compar. inde a* RHET. Her., *superl. deest.*

1 *proprie i. q. perlucidus, limpidus*: PLIN. nat. 37, 70 -i quidem ac liquidi *smaragdi*. DAMIG. lapid. 15 lapis est rubicundus et -us.

2 *translate*: **a** *i. q. perspicuus, planus, apertus, clarus sim.*: RHET. Her. 1, 9, 14 narratio (1, 9, 15 CIC. orat. 124 part. 29. QVINT. inst. 4, 2, 36 narratio aperta ac -a). 2, 2, 13 expositionem (4, 39, 51 perspicuam et -am . . . expositionem). 3, 4, 8 rei (3, 23, 39). 3, 21, 34 brevitas. 4, 12, 17 apertam et -am orationem (4, 49, 62 apertiorem . . . magis -am. CIC. part. 20. 25 -am orationem et illustrem. fin. 3, 3 QVINT. inst. 1, 5, 1). 4, 28, 39 genus exornationis. CIC. inv. 1, 16 argumentandi ratio. 1, 29 verbis (QVINT. inst. 8 pr. 26 AVG. c. Faust. 11, 2). de orat. 3, 38 puri -ique sermonis (Tusc. 1, 46 multo puriora et -iora. QVINT. inst. 5, 14, 13 sermone puro et -o et distincto. 1, 11, 53). orat. 20 -iora, non ampliora facientes. part. 12 obscura -is . . . inteximus. 19. 20. SEN. epist. 121, 13 sensus est non satis -us nec expressus. QVINT. inst. 7, 3, 2 finitio. 8, 2, 23 erunt -a et neglegenter quoque audientibus aperta. 9, 2, 44 locorum quoque -a . . . descriptio. 11, 3, 30. VLP. dig. 40, 9, 14, 5 probationibus. AVG. civ. 16, 28 promissione. MACR. sat. 1, 7, 6 nullum secretum quod non vulgo fieri -um posset. BOETH. herm. sec. 4, 10 p. 251, 12 -iorem seriem . . . faciamus. COD. Theod. 11, 36, 1 (*a. 314*) confessio propria vel -a. EPIST. pontif. Migne 50, 609C -a et perspicua maiorum credulitas. COD. Iust. 1, 2, 19 certo et -o iure taxamus. 1, 17, 1, 1 constitutiones emendare et viae -ae tradere. **b** *de voce i. q. clarus*: QVINT. inst. 11, 3, 33 -a vero erit pronuntiatio primum si verba tota exierint *eqs.* FORTVN. rhet. 3, 19 p. 132 velut elocutio emendata esse debet, -a . . . ita et pronuntiatio . . . quid -a? ut sonus vocis medius sit, nec gravissimus nec acutissimus. **c** *fere i. q. celebratus*: IORD. Get. 7 insulas licet non ab aliquo scriptore -as. **d** *de intervallis insaniae*: COD. Iust. 6, 22, 9, 1 si vero voluerit *furiosus* in -is intervallis aliquod condere testamentum *eqs.*

inde adv. ✖**dīlūcidē:** GLOSS. *διανγῶς* (*Bücheler, δηλανγῶς trad.*). aperte. diserte, scholastico, latino, plano sermone. *legitur inde a*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TER., *comparat. inde a* RHET. Her., *superl.*: AVG. c. Faust. 11, 7 c. Cresc. 2, 1, 1 epist. 167, 4.

1 *proprie i. q. clare, perlucide, limpide*: PLIN. nat. 37, 48 ramenta *sucini*... flagrant -ius. **2** *translate, i. q. manifeste, perspicue, aperte sim.*: TER. Phorm. 399 expedivi. POMPON. Atell. 161 verrem (*?*) sume dapsile ac -e. VARRO rust. 1, 18, 3 neuter satis -e modulos reliquit. RHET. Her. 1, 9, 15 narrabimus. 1, 17, 27 breviter et -e ... diceremus (2, 9, 13 scriptum illud esse -e, breviter. 4, 25, 35 -e proponit et explicat [*om. plerique codd.*] breviter. 4, 49, 62 CIC. Cluent. 8 QVINT. inst. 4, 1, 34. 4, 2, 32 FRONTO p. 150, 12 N. AVR. Fronto p. 49, 13 N. AVG. civ. 19, 1. 21). RHET. Her. 2, 1, 1. 2, 20, 31 intellegere. 3, 11, 19. 4, 12, 17. CIC. inv. 1, 30 -e et ornate exponitur (PORPH. Hor. epist. 1, 7, 46). 1, 49 demonstratus est (1, 55). de orat. 1, 94 satis acute atque -e ... dicere. 1, 144 plane et -e *loquamur* (orat. 79. Tim. 8 -e et plane exornata oratio. GELL. 1, 10, 1 LACT. inst. 4, 8, 3 MACR. sat. 1, 5, 1). 1, 229 pure et -e *dixit.* orat. 124 narrationes ... explicatae -e (div. 1, 117 ratio ... explicata. phil. frg. F V 99 ambigua ... explicare -e). part. 19. 31 -e probabiliterque narremus. 32. 45 *argumentatio* distinguenda -e. Verr. 3, 191 crimina diluere. Sest. 133 *lex* -e vetat (Vatin. 37). ac. 2, 44 -e perspicere. 2, 56 docetur (LIV. 39, 47, 3). fin. 3, 19. 4, 1 exposuisti ..., ut tam obscure, -e. Tusc. 1, 41. 4, 33 satis illa -e dixerimus pro rerum obscuritate (nat. deor. 1, 58. VITR. 10, 8, 6 ut obscura res ... -e pronuntiaretur). Att. 16, 11, 4 de Myrtilo -e (*sc. exposuisti*). NEP. Pel. 1, 1 *ut* minus -e appareat (SCHOL. Cic. Bob. p. 144, 5 St.). VELL. 2, 16, 3 rettulit. CELS. 2, 14 -ius ... praeceperit. PLIN. nat. 18, 274 quas ... miscebo ... quam potero -e atque perspicue. QVINT. inst. 8, 6, 52. FRONTO p. 63, 25 N. parum -e ... collocetur. p. 208, 17 patet. PRISC. gramm. II praef. 4 *ut gloria mea* -ius crescat. GELL. 11, 16, 1 -e tamque apte demonstrari. *al.* APVL. apol. 28 palam et -e ostendero. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 22 satis aperte -eque declarat (OPTAT. 4, 1 p. 102, 3 CASSIAN. conl. 19, 13, 1 COD. Iust. 1, 14, 12, 1). gen. div. verb. 16 manifeste et -e significant. SCHOL. Cic. Bob. p. 77, 22 St. HIER. hom. Orig. in Ier. 2 p. 763 RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 96^{C} Orig. princ. 2, 1, 4 Adamant. 4, 10. AVG. c. Faust. 11, 7 -issime dicit. c. Cresc. 2, 1, 1 -issime docui. epist. 166, 6 *liber* hoc insigniter -eque declarat. 167, 4 -issime convicisti. quaest. hept. 5, 13 MACR. sat. 1, 4, 7 CASSIAN. conl. 10, 12. CLAVD. MAM. stat. anim. 1, 12 -e vivificatum corpus. COMPVT. Carth. 2, 17. BOETH. in Porph. comm. sec. p. 269, 12 plenius -eque declaravit. COD. Iust. 4, 30, 13 VEN FORT. vita Albin. 3, 5 NICET. symb. 11 p. 50, 2.

dīlūculāscit dilucescere incipit GLOSS. V 190, 11. *cf.* 190, 12 diluculesceret dilucesceret. *cf.* diluculat.

dīlūculat *impers.* [*a* diluculum. *Th.*]. *i. q. dilucescit*: GELL. 2, 29, 7 die crastini, ubi primum -bit. 6, 1, 6 *Scipionem* solitavisse noctis extremo, priusquam -ret, in Capitolium ventitare.

✱**dīlūculum,** -ī *n.* [*a* dilucescere. *Th.*]. *tribus locis exceptis* (VVLG. Iob 41, 9 Ion. 4, 7 Ps. RVFIN. in Os. 11, 1), *ubi genet. legitur, nonnisi nom. acc. abl. erant in usu; ablat. pro adverbio v. p. 1188, 2. pluralis et quidem poeticus*: FRONTO p. 103, 17 N. *in libris identidem* deluculum *scribitur.* SVET. frg. p. 160, 5 *ultima septimarum partium noctis*: -um quasi iam incipiens parva diei lux. haec est aurora, quae solem praecedit. CENS. 24, 2 -um cum sole nondum orto iam lucet. Ps. RVFIN. in psalm. 45, 6 -um est, quando primo oritur dies. AVG. quaest. hept. 7, 46 -um, quod graece dicitur ὄρθρος, tempus ante solem significat, quod iam usitatissime dicitur, cum albescere coeperit *et fusius in sequentibus.* MACR. sat. 1, 3, 12 *diei civilis pars* ... -um, cum incipit dinosci dies. GREG. M. moral. 8, 48 -um dicitur, cum iam nocturna tempora in claritatem lucis mutantur. BEDA gramm. VII 270, 23 -um, non deluculum, quia modicam diei lucem ostendit. *adde*: HYMN. Ambros. I 7, 26 -um ... meridies ... crepusculum. GLOSS. λυκοφῶς. ὄρθρος. διαύγασμα. διάφαυμα. ἡ πρὸ ἡλίου ὥρα. ante mane. -o ante mane. albiscente caelo. diluculus ὄρθρος (*quae forma caret exemplis*). *legitur inde a* PLAVTO, *sed praeter hunc (bis) et* AFRAN. *deest poetis; ante Augusti tempora nonnisi 5*^{ies} *obvia; frequentat* VVLG. (*39*^{ies}).

i. q. prima lux diei: PLAVT. Amph. 737 primulo -o abiisti (CIC. S. Rosc. 19 primo -o. SVET. Vit. 15 APVL. met. 3, 25. EPIST. Alex. p. 207 primo aurorae -o. VVLG. exod. 14, 27 Dan. 6, 19. 14, 15 SVLP. ALEX. Greg. Tur. Franc. 2, 9 PASS. Andr. brev. 3). PLAVT. Amph. 743 abii ... cum -o. FRONTO p. 103, 17 N. (*in imag.*) iubes matutina -a lucere meridie. AVR. Fronto p. 31, 17 N. -um usque ad solis ortum (APVL. met. 4, 21. ITALA act. 20, 11 [Aug. epist. 36, 28] usque ad -um [ἄχρι αὐγῆς, ITALA codd. dg usque ad lucem, VVLG. usque in lucem]). ITALA exod. 32, 6 (Lugd.) vigilans in crastino -o (ὀρθρίσας τῇ ἐπαύριον, VVLG. mane). AMBR. in psalm. 36, 66 ut -um praeveniret. Hel. 15, 55. obit. Valent. 64 -um mihi est. HIER. in Ioel 2 p. 185^{B} (*in imag.*) mane et -um subito tenebras fugat et cunctos montes aurora collustrat. epist. 22, 37, 1. VVLG. Iob 41, 9 splendor ignis et oculi eius, ut palpebrae -i. Os. 6, 3 quasi -um praeparatus est egressus eius. Ion. 4, 7 paravit deus vermem ascensu -i in crastinum. Ps. RVFIN. in Os. 11, 1 -i ... tempus. AVG. civ. 22, 8 ante -um. quaest. hept. 7, 46 albescit -um. SVLP. SEV. dial. 1, 1, 3 tenebras -o rumpente. GREG. M. moral. 8, 61 (*in imag.*) -um veritatis. EVGIPP. Sev. 16, 1 iam clarescente -o. ISID. fid. cath. 1, 54, 1 circa -um resurgens. *abl. sing. adverbii loco, fere ubique cum verbis movendi*: AFRAN. com. 70 CIC. Att. 16, 13^{a}, 1 FRONTO p. 6, 17 N. 118, 5 MIN. FEL. 2, 4 TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 558. ITALA iud. 6, 28 (Lugd.) cum surrexissent -o (ὄρθρισαν, VVLG. mane. *sic al., ubi* VVLG. mane). AMBR. obit. Valent. 64 off. 2, 8, 40. 2, 22, 114 HIER. epist. 34, 2, 2 VVLG. (*33*^{ies}, *plerumque cum verbo surgendi*) *ex. gr.*: exod. 8, 20 psalm. 45, 6 adiuvabit eam deus mane -o (Is. 28, 19). I Macc. 5, 30 factum est -o. Luc. 24, 1 valde -o (PASS. Paul. 15). AVG. civ. 102, 36 quaest. 6, 2 *al.* MIRAC. Steph. 2, 3 PLIN. VAL. 2, 30 MART. CAP. 1, 97 PETR. CHRYS. serm. 39 p. 311^{A} SIDON. epist. 2, 2, 14. 4, 8, 2. 8, 11, 11 VITAE patr. 3, 124 GREG. TVR. Mart. 4. GREG. M. moral. 8, 48 (*allegorice*) -o ergo nos dominus visitat, quia erroris nostri tenebras luce suae cognitionis illustrat. LIB. iubil. 32, 2 MIRAC. Theclae 1 PASS. Theclae 15.

dīlūdium, -ī *n.* [*a* dis- *et* ludus *vel* ludere. *Th.*]. *i. q. intermissio, dilatio* (*cf.* SCHOL. Hor. epist. 1, 19, 47 -a dicuntur tempora quae gladiatoribus conceduntur inter dies munerum quibus pugnant): HOR. epist. 1, 19, 47 (*in imag.*) clamo et -a posco, ludus enim genuit trepidum certamen et iram (PORPH. *ad l.* cur -a postulet).

dīlūdo, dīlumbo *v.* del-. *Gudeman.*

✱**dīluo,** -uī, -ūtum, -ere [*a* dis- *et* lavere. *ad significationem amplificandam verbum gr.* διαλύειν *nonnihil contulit. Th.*]. PAVL. FEST. p. 120 lues est -ens usque ad nihil, tractum a Graeco λύειν. *in codd. confunditur cum* deluo, deleo, diruo, (SOL. 8, 6 *pars codd.*) *q. v.* GLOSS. κατακλύζω. -it ἀνίησιν, διαλύει. purgat, defendit. abluit, lavat vel purgat. delavit. crevit (*?*) vel relaxat vel diligit (*contam.?*). -e ἀπόπλυνε. -ere purgare. *legitur inde a* PLAVTO CATONE VARRONE, *nusquam frequenter, nisi apud medicos et rhetores.* [*loc. corrupt.*: SEN. contr. 7, 5 (20), 13.]

I *i. q. in partes dissolvere*: **A** *proprie*: **1** *generatim*: **a** *res solidas emollire, diffluentes reddere*: CATO agr. 157 si turundam non recipiet *fistula*, -ito. CAES. civ. 2, 10, 6 lateres. VITR. 1, 4, 6 principia. SEN. dial. 1, 3, 13 nivem (4, 25, 4 nat. 4, 2, 19 GELL. 19, 5, 3). nat. 1, 2, 5 *formae* -untur et desinunt. PLIN. nat. 33, 76 mons (APVL. met. 1, 8). 35, 46. SIL. 5, 57 -erat nebulas Titan. MART. 8, 33, 4 nebula *pegmati illita.* GELL. 12, 1, 21 (*in imag.*) vinculum ... amoris. *nota sine obi.*: PLIN. nat. 17, 15 umor ... ingurgitans -ensque (*i. inundans*). *reflexive*: PLIN. nat. 20, 203 *opium* sudat et se -it. *c. ablat.*: FVR. ANT. carm. frg. 1 sanguine -itur tellus (*cf. p. 1189, 5*). VERG. georg. 1, 326 pluvia ingenti sata ... boumque labores. PROP. 4, 5, 12 stantia ... aquā. SEN. nat. 4, 13, 8 glaciem ... aquis. epist. 78, 23 vino nivem. CVRT. 8, 10, 25 terra humore -uta (COLVM. arb. 3, 6). SCRIB. LARG. 25 ulcus ... ovi albo. PETRON. 136 vulnus cruris ... aceto. PLIN. nat. 36, 81. GELL. 17, 15, 4 nigro *elleboro* alvum. SOL. 8, 6 AVIAN. fab. 41, 12. **b** *res liquidas infusis liquoribus attenuare*: OV. Pont. 1, 9, 53 lacrimis ... unguenta. PERS. 3, 14 guttas. *transfertur ad colorem*: OV. Pont. 4, 10, 62. PLIN. nat. 31, 91. 37, 84 *opalus* qui -itur *colore* aquae. *c. dat.*: PLIN. nat. 37, 125 ille emicans in amethysto fulgor violaceus -itur hyacintho (*i. ut h. fiat*). *ad saporem*: PLIN. nat. 31, 52 mutant saporem *amnium* et influentes rivi ... victique -untur. **2** *technice apud coquos, medicos i. q. herbas, medicamenta sim. dissolvere, liquore miscere, temperare* (*cf.* FRONTO p. 64, 19 N. AGROEC. gramm. VII 115, 11 *p. 474, 3*): CATO agr. 69, 2 cummim (deluito *codd.*). LVCR. 6, 929 -utaque ... misceri absinthia. LIV. 40, 4, 13 venenum. CELS. 6, 7, 6 myrrham. CVRT. 3, 6, 8 medicamentum (*cf.* 3, 6, 12 quod -eras, bibi. SCRIB. LARG. 26. 87). SCRIB. LARG. 15. 21. 158 faba ... cum melle -uto. PERS. 5, 100 elleborum. PLIN. nat. 14, 149 meros ... hauriunt tales sucos nec -endo ... mitigant. 18, 103 fermentum (*sc. ut fiat f.*). 18, 160 cinere mustelae vel felis -uto. 19, 179 aquam -uto latere crudo inimicam *formicis.* 22, 101 *laser.* 23, 3. 25, 143 pastillos. 31, 95 garum ad colorem mulsi ... -utum. 34, 123 *al.* PORPH. Hor. epist. 1, 19, 18 cumin[i]um. SER. SAMM. 397. 908. 990. *obi. omiss.*: QVINT. decl. 377 p. 420, 8 excusandum est, quod ne -rem (*sc. venenum*), mori volueram. *c. ablat.*: PLAVT. Pseud. 816 eo *laserpici* libram pondo -uont (CATO agr. 116 aceto). VERG. georg. 1, 344 quoi (*Cereri*) tu lacte favos et miti -e Baccho (HOR. sat. 2, 2, 15 mella Falerno ... -uta). HOR. sat. 2, 3, 241 aceto -it insignem bacam. CELS. 5, 17, 2. 5, 20, 1 *pastillum* aceto. 5, 25, 3. 6, 18, 7 tetrapharmacum ... rosa. *et saepe.* COLVM. 2, 9, 10 cucumeris anguini ... radicem -unt aqua. 5, 10, 15 exiguum ... laseris vino (= arb. 23, 1). 6, 34, 1 *al.* SCRIB. LARG. 5 pastilli aceto. 38 oleo. *et persaepe.* PLIN. nat. 17, 258 *fimum* suillum ... si riguis -atur. 19, 153 aceto melle -uto (22, 160). 20, 233. 23, 126. 25, 164 rosaceo. 29, 134 murium fel aceto -utum. *al.* APVL. met. 10, 4. 34 vino crocus -uta. SER. SAMM. 118 *fel ursinum* tepefacta -e lympha. 331 *al.* SOL. 30, 32. AVSON. 20, 11 vinum non -is undis. 344, 7 hinc (*de farre*) cibus, hinc potus, cum -retur aqua puls. PLAC. med. 4, 10 fel capreae aqua -utum et mixtum. CASSIAN. inst. 4, 20 aqua, qua -batur *lenticula.* GREG. TVR. glor. mart. 70 folium -utum aqua. *c. praepos.*: in: VARRO rust. 3, 16, 14 thynum ... -unt in aqua tepida (PELAGON. 214). CELS. 3, 16. 5, 23, 2 in potione vini. 5, 25, 5 in tribus cyathis aquae. PLIN. nat. 18, 102 pastillos in pane faciendo -utos. 20, 190. 22, 105 in spongea. 30, 47 in Attico melle. 32, 93 ternis obolis -utis in vini sextariis II per dies XV. *al.* CHIRON 558. ex: CELS. 5, 21, 1 ex lacte muliebri. 5, 26, 30 lycium

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ex passo aut lacte -utum. 6, 7, 2 ex vino (6, 8, 1. 6, 18, 2). SCRIB. LARG. 224 ex aceto (CHIRON 943). 247 ex eadem *aqua* (PLIN. nat. 29, 123).
cum: COLVM. 6, 4, 2 sabinam herbam rutamque cum mero -unt. 12, 5, 1. 12, 12, 2 SCRIB. LARG. 198 PLIN. nat. 30, 87. *in re rustica i. q. humum rigando emollire* (*cf. p. 1188, 72*): COLVM. 5, 10, 10 rubricam amurca -ere (= arb. 21, 2 PLIN. nat. 17, 256). PLIN. nat. 18, 110 nec -ui aut madere voluit *terra Campana*. *adde*: PLIN. nat. 18, 162 cura ... rigandi, ut praepinguis et densa ubertas -atur.

B *translate et in imagine*: **1** *i. q. explicare*: PLAVT. Rud. 1108 mihi quod rogavi -e. AMBR. Abr. 1, 4, 30 locus facilis ad -endum est. HIER. adv. Iovin. 1, 6 singula.

2 *i. q. dissolutione infirmare, extenuare, minuere*: **a** *affectus, statum animi vel corporis* (*de tempore v. l. 22*): CIC. de orat. 1, 120 amicitias ... sensim -ere quam repente praecidere. Tusc. 3, 34 cogitatio ... molestias omnes extenuat et -it. VAL. MAX. 9, 2, 1 memoria tam praeclarae rei. SEN. epist. 29, 3 auctoritas. 84, 2 altera res (*sc. scribere*) contristabit vires et exhauriet, de stilo dico, altera (*sc. legere*) solvet ac -et (*i. q. relaxabit. cf.* QVINT. inst. 11, 1, 52 non ... omnes -et vires et miserationem securitate laxabit?). MACR. sat. 2, 8, 9 *tristitiam*. *c. abl.*: ELEG. in Maecen. 1, 22 quod discinctus eras nimio, ... -is (diluvii *codd.*) hoc nimia simplicitate. OV. ars 1, 238 cura fugit multo -iturque mero. epist. 18, 14 -itur ... hora mero. SVET. Vesp. 23 ut invidiam aliqua cavillatione -ret transferretque ad sales. APVL. met. 1, 26 viae vexationem non cibo, sed somno -endam. 5, 3 somno et mox lavacro fatigationem (AVSON. 450, 2). TERT. test. anim. 4 lucratione gravioris partis metum -is (-it *A B*). anim. 48 quod ... autumnus ... valetudinem sucis pomorum vinosissimis -at. SYMM. epist. 7, 100 amaritudo ... purgationibus. OROS. hist. 2, 7, 4 dolorem sanguine hostium.
b *apud rhetores: argumenta, obiecta* (*cf.* GLOSS. V 661, 28 -it crimen et refutavit *sine interpr.*): RHET. Her. 2, 24, 38 ex duplici conclusione alterutra pars -itur. 4, 18, 26. 4, 35, 47 accusatoris officium est inferre crimina, defensoris -ere et propulsare (CIC. S. Rosc. 36. 78 Verr. 1, 33. 3, 191. 5, 43. 6, 77 Cluent. 8. 166 Mil. 72 Brut. 278 LIV. 4, 14, 3. 33, 16, 9 CVRT. 3, 6, 11. 7, 1, 31. QVINT. inst. 9, 2, 48. 53 aut -ere aut negare. decl. 355 p. 18. PS. QVINT. decl. 12, 12 [*opp.* differentes]. TAC. ann. 3, 14. 11, 34. 16, 24. PLIN. epist. 2, 11, 9 [*syn.* defendi]. 4, 9, 7 augentis ... non -entis. 6, 22, 4 APVL. apol. 101 AMM. 30, 8, 5 CLAVD. 26, 593. AVG. epist. 153, 10 -endis vel obtegendis criminibus. ZACCH. 1, 33). CIC. inv. 1, 22 suspiciones iniectas. 1, 78 adversariorum confirmatio aut -itur [aut infirmatur *om. M*] aut elevatur. *ibid.* ea quae contra dicentur (2, 127). 1, 99. 2, 143. S. Rosc. 42 res ... infirmem ac -am. 82 quae obiecit (*cf.* LIV. 45, 10, 13. QVINT. inst. 4, 2, 26 obiecta. 9, 2, 93 AMM. 14, 9, 3. 15, 2, 8). Cluent. 6 una quaque de re dicam et -am. Cael. 35. Scaur. 14 dedisti mihi ... quod -rem (*cf.* OV. am. 2, 2, 37 obicies, quae tuto -at). de orat. 2, 236 res ... quas argumentis -i non facile est, ioco risuque dissolvit. orat. 49 occultabit quae -i non poterunt. part. 15 firmamenta ... aut per se -enda aut obscuranda aut digressionibus obruenda. 28 aut -endo aut extenuando. 120. 122. nat. deor. 2, 120 orationis flumine ... convicia -untur. OV. rem. 695 nec peccata refer, ne -at. SEN. Thy. 512. LAVS Pis. 43 capitale nefas. QVINT. inst. 4, 2, 27 causae ... faciles ad -endum. 4, 2, 28. 78. 4, 5, 8 plura vel obicienda sunt vel -enda (7, 10, 12). 7, 1, 9. 11 ne id quod non statim -imus, timere videamur. 9, 2, 80 contrarium ... confirmare id ipsa defensione quod -endum est. decl. 371 p. 408, 26 iudicium. FRONTIN. strat. 1, 1, 10 existimationem. GELL. 2, 7, 14 conclusio ... refutarique ac -i sic potest. 3, 3, 15 delicta. 12, 12, 1 *opp.* infitiari. APVL. apol. 3 *opp.* obiectasse. TERT. adv. Marc. 2, 24 *malorum* infamiam. SPART. Carac. 8, 5 apud populum facinus -ret (CLAVD. 20, 23). DON. Ter. Hec. 743 coniectura -itur per *ἄτεχνον πίστιν*. SYMM. or. 4, 9 famam saeculi. AMM. 27, 1, 5 dedecus. 30, 1, 23 SCHOL. Cic. Bob. p. 77, 24. 84, 7 St. quaestionem (MART. CAP. 5, 473). LEO M. epist. 163 confirmavit magis quam -it.
obi. omiss.: LIV. 29, 18, 20 ipse coram audiat, ipse -at. APVL. met. 10, 7 quibus ... verbis accusator urserit, quibus rebus -erit reus.

II *attenuata vi praepositionis fere i. q.* ***lavere***: **A** *artiore sensu i. q. luere, madefacere*: CATVLL. 99, 7 multis -uta labella ... guttis. SEN. nat. 6, 26, 4 Cyprum ambit ... mare ..., Tyros ... -itur. VAL. FL. 3, 557 artus et concita pectora sudor -erat. AMBR. myst. 8, 48 *Iudaeos* ad horam satiavit aqua, te sanguis -it in aeternum. CYPR. GALL. Ios. 96 *cautes* unda ... -it.

B *latiore sensu i. q. abluere*: **1** *lavando tollere*: **a** *proprie*: PLIN. nat. 15, 64 in usu -entes cretam. TERT. pall. 2 si quid mare -it. VEG. mil. 1, 10 in quo *Tiberi* iuventus sudorem pulveremque -ret. **b** *in imagine* (*saepissime apud Christianos*): PROP. 3, 17, 6 tu vitium ex animo -e, Bacche, meo (*cf.* OPTAT. 7, 1 p. 168, 4 maculam a vobis). PS. APVL. Ascl 36 malignitatem omnem vel illuvione -ens vel igne consumens. MIN. FEL. 16, 1 ut conviciorum amarissimam labem verborum veracium flumine -amus. TERT. bapt. 2 lavacro -i mortem (anim. 50. HYMN. Ambros. I 3, 11 mortisque regnum). 5 delicta (15 orat. 29. ieiun. 7 ieiunio). pudic. 12 maculas carnis ... paenitentia -i posse (RVFIN. hist. mon. 1 p. 400[B] scelerum pollutiones. apol. adv. Hier. 2, 39 sordes nuptiarum. SIDON. epist. 7, 8, 1 totum *squalidum*. FAVST. REI. grat. 1, 11 p. 40, 3 maculata. *al.*). TERT. pudic. 22 eiusmodi crimina nonnisi propria martyrio -enda (PAVL. NOL. carm. 6, 272. *cf.* 6, 264 abluit). ITIN. Alex. 12 vitium morbi et calumniae. FVLG. aet. mund. p. 136, 15 pueris tinctura fontis -it facinus. PELAG. in I Cor. 6 p. 732[B] nisi ... peccata baptismi gratia -antur (PAVLA Hier. epist. 46, 3, 2. AVG. doctr. christ. 3, 21, 31 paenitendo. CASSIOD. in psalm. praef. lacrimis. *saepe*). HYMN. Ambros. I 1, 16 culpam (PRVD. Cath. 9, 93 [deluit *pars codd.*, delevit *o*]. GREG. M. moral. pr. 12 *al.*). GENNAD. dogm. 21 nec merito indulgeretur, quod non arbitrio -isset. RVFIN. apol. Orig. 8 p. 602[B] vitia animarum. ZACCH. 2, 8 p. 1441[C] quidquid ... polluerant. LEO M. epist. 124, 7 sanguine ... chirographum letale (*cf.* PETR. CHRYS. serm. 123 p. 539[A] CAPREOL. epist. 2, 10 p. 856[B]). ENNOD. epist. 2, 1 p. 40, 14. 3, 3 p. 99, 15 -is quod ego collegi ubertate culparum. *i. q. compensare, exaequare*: SEN. contr. 7, 3, 8 abdicationes ... suas veneno -it. GELL. 20, 1, 31 non omnino omnes ... iniurias aere isto pauco -erunt. COD. Theod. 4, 19, 1 (*a. 380*) tempus, quo debitum solutione -erint (PAVL. NOL. epist. 23, 36 amore magno magna debita -amus). **2** *lavando purgare*: **a** *proprie*: PALLAD. 6, 8, 2 aqua caelestis ... debebit pecorum tonsa et uncta membra -ere (*cf.* VEN. FORT. vita Radeg. 4, 12 virorum capita. 17, 40 cum sapone ... membra singula -bat). PELAGON. 56 *glandulas* nitro et aqua -ito, si nitrum non fuerit, lotio (VEG. mulom. 2, 24, 3 ex nitro et aqua calida). 281 poscā vulnera. CYPR. GALL. lev. 80 vasa (VEN. FORT. vita Radeg. 24, 59). **b** *translate et in imagine* (*plerumque i. q. baptizare apud Christianos*): TERT. bapt. 4 mari quis an stagno ... -atur. *ibid.* in aquis corporaliter -itur (ARATOR act. 1, 203). 15 aqua ... rursus quos -it, inquinat. pudic. 18 peccatoris ... -endi per Christi gratiam. AMBR. Iac. 2, 1, 3 uva ... expressa ... mundum -it. RVFIN. Orig. in gen. 2, 3 baptismate -antur omnes. AVG. c. Cresc. 2, 18, 22 sancta ... conscientia -it *baptisma* accipientis conscientiam. CASSIOD. in psalm. 77, 57 nos sanctae regenerationis lavacra -erunt. GREG. M. moral. 4 praef. 3 p. 635[B] quem salutis unda non -it. 9, 56. 28, 35 nos -at procella *temptationis* et non mergat.
omiss. obi.: VICTRIC. 24 apostoli ... medentur et -unt. *reflexive*: OP. imperf. in Matth. 1 p. 620 ecclesiam ... bonis operibus se -entem.
additur unde: AVG. c. Iul. 5, 6, 24 te lacrimis ab eadem nova peste (quant. anim. 33, 74 ab omni tabe anima libera maculisque -uta. LEO M. epist. 116, 1 GREG. M. in Ezech. 2, 8, 20). CASSIOD. in psalm. 150 concl. diluvio criminibus suis terra -uta est. *i. q. excusare aliquid*: SYMM. epist. 1, 20, 3 quibus verbis -am, quod adesse non possum. 8, 54 moram (8, 64). 9, 95 -ere litteris, quod commune est.

part. perf. pass. pro adi. ✱**dīlūtus**, -a, -um. *legitur comp. inde a* CELSO, *sup. v. l. 45*. GLOSS. -um gelidum (*leg.* liquidum? *κλύδων?*). **1** *proprie*: **a** *de liquoribus, i. q. admixta aqua attenuatus*: CATO agr. 157, 13 vinum lene -um (CELS. 1, 3 p. 20, 36 *opp.* meracius. 1, 4 *al.* MART. 1, 106, 3 -i ... Falerni). CELS. 1, 3 p. 16, 37 potione (p. 17, 9. 21, 19 quam -issima. 6, 7, 7. HIER. in Tit. 1, 7 p. 700 a -iori ... potione). CELS. 5, 26, 20 pus ... tenue -um. PLIN. nat. 11, 32 mel ut aqua -um (28, 73). 27, 17 *aloe*. 35, 44 -iore sanie. PAVL. NOL. carm. 23, 134 -ior unda. MACR. sat. 7, 11, 8 humor. *inde subst. n.* dīlūtum, -ī. PLIN. nat. 27, 46 bibitur et madefacti *absinthii* -um *eqs.* *in imag. i. q. infirmus*: GELL. 20, 1, 12 nimis esse -um, quod ... scriptum est. TERT. resurr. 7 -ior videatur auctoritas carnis. anim. 24 -ioris divinitatis et exilioris felicitatis. HIER. in Philem. 20 p. 759 aquatius et -ius nescio quid ... sonamus (*cum vel vertimus 'ita'*). **b** *de rebus solidis, i. q. aqua admixta mollitus*: PLIN. nat. 2, 237 *bitumen*. 11, 16 -ior cera (*opp.* crassior). 17, 63 fimo (17, 267. 18, 295). 17, 144 solo. *in imag. de hominibus ebriis*: TERT. test. anim. 4 a bustis -ior redis. AVSON. 335 paulo hilarior et -ior. **2** *transfertur ad colorem* (*fere i. q. clarus*): CELS. 2, 4 -a ... atque alba *urina* (2, 6 PLIN. nat. 28, 69). PLIN. nat. 9, 131 taeniense *genus bucini*. 9, 138 pallor. 22, 92 -o rubore (22, 96). 33, 114 minium ... esse -ius. 37, 66 in colore liquido nec -o (37, 67. 122 GELL. 2, 26, 14. SERV. georg. 3, 82 neque satis -i coloris neque nimium pressi). AMM. 20, 11, 28 *iridis* pars. *in imag. i. q. manifestus*: AMM. 20, 3, 4 -ior erit defectus *solis*. *ad odorem*: PLIN. nat. 15, 109 malis acutus est odor, Persicis -us. *ad saporem*: AVSON. 400, 5 -i salis, fellis ignavi. MACR. sat. 7, 6, 17 vinum ... vim suam perdit et fit -ius (12, 14). 8, 8 species ... acres ... fiunt -iores.

adv. **dīlūtē**: CIC. Font. frg. 9 Gallos post haec -ius esse poturos. CELS. 1, 3 p. 21, 14 -ius ... bibendum est.

syn. et iuxta posita: *ad I A 1*: dissolvere. *ad I A 2*: miscere (LVCR. 6, 929), mitigare (PLIN. nat. 14, 141), temperare. *ad I B 1*: explicare. *ad I B 2*: defendere (PLIN. epist. 2, 11, 9 APVL. apol. 3), dissolvere (CIC. de orat. 2, 236), (ex)purgare (CVRT. 7, 1, 31 TAC. ann. 16, 24), extenuare (CIC. Tusc. 3, 34), laxare (QVINT. inst. 11, 1, 52), infirmare (CIC. inv. 1, 78), infitiari (GELL. 12, 12, 1), lenire (AMM. 14, 9, 3), propulsare (RHET. Her. 4, 35, 47), refutare (GELL. 2, 7, 14), repellere (QVINT. inst. 4, 2, 26). *ad II B*: abluere (AVG. c. Cresc. 2, 18, 22 PAVL. NOL. carm. 6, 264. 267), defendere (SYMM. epist. 9, 95), exsolvere (GREG. M. moral. 9, 52), lavare (OP. imperf. in Matth. 1 p. 620 VEN. FORT. vita Radeg. 4, 12), luere (COD. Theod. 11, 30, 21 [340]), mundare (TERT. bapt. 4 MVTIAN. Chrysost. hom. 23 p. 383), perfundere (CYPR. GALL. Ios. 96), purgare (CHROMAT. in Matth. 1, 1).
opp.: *ad I B 2b*: differre (PS. QVINT. decl. 12, 12), (con)firmare

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(LAVS Pis. 42 QVINT. inst. 4, 2, 78), obscurare (CIC. part. 5, 15), obtegere (AVG. epist. 153, 10). *ad II B*: inquinare (TERT. bapt. 15), mergere (GREG. M. moral. 28, 35), polluere (ZACCH. 2, 18 p. 1141^{C}).

deriv.: dilutio, *?*dilutorium, diluvies, diluvium (-us).

dīlūtē *v. p. 1190, 69.*

dīlūtio, -ōnis *f. a* diluere. GLOSS. *κλύδων*. HIER. c. Ioh. 5 qui ... in -e (*i. q. refutatione*) criminum aliqua praetermittit, quicquid tacuerit, confitetur. *v. etiam* delutio.

dīlūtor, -is *m. v.* delutor.

***?*dīlūtōrium,** -ī *n.* CASSIOD. var. 10, 29, 4 utere ... aquis illis, primum potae -is (*Mommsen, sc. potionibus morbum diluentibus. trad.* delutoriis, delitoriis *sim.*).

dīlūtus, -a, -um *v. p. 1190, 40 sqq.*

dīluviālis, -e *a* diluvium. *i. quod diluvii est*: SOL. 9, 8 -is irruptio. MART. CAP. 8, 812 post -is consternationis excursum.

dīluviēs, -ēī *f.* [*a* diluere. *Th.*]. GLOSS. *κατακλυσμός*. *i. q. diluvium*: LVCR. 5, 255 pars ... glebarum ad -em revocatur imbribus (*i. diluitur. cf.* 6, 292). HOR. carm. 3, 29, 40 fera -es quietos irritat amnes (SCHOL. *ad l.* nove ⟨tempestatem *A*⟩ dixit, cum omnes auctores hoc -um posuissent). 4, 14, 27 Aufidus ... -em meditatur agris. PLIN. nat. 9, 8 physeter ... -em quandam eructans.

1. dīluvio, -ōnis *f.* [*cf. c.* diluvium, diluvies. *Th.*]. *i. q. diluvium*: CENS. 18, 11 cataclysmos, quam nostri -em vocant (*cf.* FIRM. math. 3, 1, 9). TERT. anim. 46 Mandanae ... vesicam in -em Asiae fluxisse.

2. dīluvio, -āre [*a* diluvies *vel* diluvium. *Th.*]. LVCR. 5, 387 amnes ... minantur omnia -are (*i. inundare*) ex alto gurgite ponti.

***dīluvium,** -ī *n.* [*a* diluere, *cf.* diluvies. *Th.*]. ISID. orig. 13, 22, 1 -um dictum, quod aquarum clade omnia quae inundaverit, deleat. *plural.* -a: MELA 1, 52 PLIN. epist. 8, 17, 1 APVL. apol. 41 TERT. nat. 2, 5 ARNOB. nat. 1, 4 PANEG. 2 (10), 7, 4 AMBR. Noe 15, 52. 19, 68 PAVL. NOL. epist. 23, 29 AVG. civ. 12, 10 GREG. TVR. Franc. 5, 33. *de genere*: NON. p. 203 -um generis habetur, ut saepius, neutri, feminini Lucretius (*cf.* PS. ASPER gramm. suppl. 41, 30). diluvius: CHRON. Alex. chron. I p. 116, 235 -us. PS. FVLG. RVSP. serm. 45 (= AVG. bapt. c. Don. [rev. Bénéd. 29, 158, 48] 148) -os. *de significatione*: HYG. fab. 153 p. 26, 17 cataclysmus, quod nos -um vel irrigationem dicimus. VIRG. gramm. epit. 5 p. 40, 13 *v. p. 474, 49.* GLOSS. *κατακλυσμός*. *κατομβρία*. eluvium. lavacrum. graece cataclismum, latine tempestas. inundatio. *legitur inde a* VARRONE (*? v. l. 63 sq. 71. 74*) *et* VERG. *frequentat* AVG. [*it.* diluvio, *francog.* déluge, *hisp.* diluvio. *M.-L.*]

i. q. inundatio aquarum: **1** *generatim*: **a** *proprie*: VERG. Aen. 12, 205 tellurem ... -o miscens. MELA 1, 52 ubi sedavit *Nilus* -a (AMM. 22, 15, 30. *sim.* IVV. 6, 411 arva teneri -o *Niphatis*. PANEG. 2 [10], 7, 4 -a *Rheni* creverunt. AVR. VICT. Caes. 32, 3 Tiberis ... -i facie inundavit). PLIN. epist. 8, 17, 1 hic ... crebra -a. TERT. nat. 2, 5 de ira *deorum* ... inc⟨idere⟩ soleant ... -a. PORPH. Hor. carm. 1, 2, 12 -i inundatione. CLAVD. DON. Aen. 7, 228 post -um ... nihil remanet. SCHOL. Lucan. 5, 626 -um fuisset nisi Iuppiter infundisset pluvias. AVG. civ. 12, 10 -is et conflagrationibus. SIDON. epist. 9, 14, 5 *rivulus* ... confragoso -o supergressus. ISID. orig. 13, 21, 35 in -o soluta mole terrarum. GREG. TVR. Franc. 5, 33 Arvernorum regionem -a magna presserunt. *c. genet.*: PS. ASCON. div. in Caec. 3 p. 187 St. a -o pluviae. VVLG. psalm. 31, 6 in -o aquarum. ALC. AVIT. carm. 5, 4 ad -um *Rubri maris refluentis* ... current periturae milia gentis.

b *in imagine et translate i. q. eversio, pernicies*: VERG. Aen. 7, 228 -o ex illo ... vecti. VAL. FL. 6, 394 -o tali paribusque Ariasmenus urguet excidiis. FLOR. epit. 4, 2, 3 quodam quasi -o et inflammatione. DECL. in Catil. 79 quanto -o facultatum urbanarum ruituram fuisse impietatem (NOVELL. Valent. 12 pr. fortunarum). PANEG. 12 (2), 3, 3 nationibus Romano nomini velut quodam -o superfusis.

2 *de diluviis mythicis* (*cf.* cataclysmus): **a** *sub Ogyge vel Deucalione*: AVG. civ. 18, 8 Varro ... nihil ... proponit antiquius quam Ogygi -um. 18, 10 quid Varro tradat ... de -o Deucalionis *eqs.* (*cf. vol. III p. 587, 41*). PS. SOL. add. p. 222, 3 secundum -um fuit in Achaia Iacob patriarche et Ogygy. LACT. inst. 2, 10, 23 sub Deucalione. SERV. ecl. 6, 41 fuit -um ... sub Ogyge ... secundum autem -um fuit sub Deucalione. HIER. chron. a. Abr. 260. 495. AVG. civ. 18, 8 -um magnum factum est, non illud maximum. OROS. hist. 1, 7, 3 (ISID. orig. 13, 22, 3). CHRON. Alex. chron. I p. 115, 235 post eos -us sub gregorum memoratur. SERV. Aen. 3, 578 Varro dicit in -o aliquos ad montes confugisse. OV. met. 1, 434 -o tellus lutulenta (*cf.* LACT. Phoen. 13 cum -um mersisset ... orbem. PS. AVR. VICT. orig. 4, 2). SEN. nat. 3, 27, 14 natari ... in -o et in illa rapina potest? APVL. apol. 41 in Gaetuliae ... montibus ... pisces per Deucalionis -a reperirentur (*cf.* PRISC. periheg. 438). ADNOT. Lucan. 1, 653. 5, 623. *terminus computandi*: ARNOB. nat. 5, 8 Varro ... edocet ab -i tempore. MELA 1, 64 ante -um. SOL. 11, 18 post primum -um. ADNOT. Lucan. 10, 263 HIER. chron. a. Abr. 211. **b** *sub Noe*: TERT. bapt. 8 post aquas -i, quibus iniquitas antiqua purgata est (LACT. inst. 2, 10, 9 -um ad perdendam ... malitiam. ALC. AVIT. carm. 4, 3 nefas ... piatum -o). ieiun. 4 iudicium ostenderat dominus per -um. monog. 4 -um iniquitates provocaverunt. VICTORIN. leg. dom. 35 -oque necans (*cf.* CARM. adv. Marc. 4, 44 in cataclysmo). IREN. 4, 36, 4 deus ... -um inducens (*cf.* VVLG. gen. 6, 17 adducam. II Petr. 2, 5). COMM. apol. 44 -o facto. 162 -o perierunt (HIER. epist. 15, 2, 2 AVG. civ. 13, 24. 15, 20 *al. cf.* LACT. inst. 2, 13, 1 humanum genus -o perdere [AVG. civ. 15, 24]. HIER. epist. 36, 5, 3 -o deletae [VVLG. gen. 9, 15 Sirach 44, 19 AVG. civ. 15, 8. DRAC. laud. dei 2, 811 -o ... gravi. *al.*]. CYPR. GALL. Sod. 2 -o vindice. AVG. civ. 15, 24 -o mortuus. SEDVL. carm. pasch. 1, 74 -i ... spumantis mole sepultum). OPTAT. 7, 1 p. 166, 1 in -o navigaret *Noe*. AMBR. Noe 14, 48. 16, 58. 19, 68. HEGES. 5, 41 l. 30 -i superstites. HIER. epist. 18^{A}, 7, 3. RVFIN. hist. 1, 2, 20 inundatione -i (AVG. civ. 16, 7. *cf.* ZACCH. 1, 15 -i infusio). VVLG. gen. 7, 6 -i aquae inundaverunt terram (7, 10). 7, 7. 10. 9, 11 neque erit deinceps -um. psalm. 28, 10 -um inhabitare facit. Luc. 17, 27 venit -um (*ὁ κατακλυσμός*). *al.* AVG. civ. 15, 11 exitium ... -i. 15, 14 coeptum esse -um. *ibid.* illud tam grande -um. *et saepissime.* SVLP. SEV. chron. 1, 3, 2 OROS. hist. 1, 3, 3. MAX. TAVR. serm. 20 non tam -um quam baptismum contigisse. ALC. AVIT. carm. 4, 166 -um ... vibrabat *deus*. DRAC. laud. dei 2, 400 -um nocens. 2, 417. GREG. M. epist. 11, 28 -o cessante. *c. genet.*: ITALA gen. 7, 4 (Aug. loc. hept. 1, 17 p. 510, 5) inducam -um aquae super terram (*ἐπάγω ὕετόν*, VVLG. pluam). ARNOB. nat. 1, 4 genus humanum aquarum -is interemptum. HIL. myst. p. 3, 13 Noe -o. *in computatione annorum*: TERT. ieiun. 4 post -um (anim. 38 LACT. inst. 6, 10, 19 HIER. epist. 36, 10, 3 VVLG. gen. 9, 28. 10, 32. 11, 10 AVG. civ. 15, 11. 16. 18, 22 post illud maximum atque universale -um. *al.*). FILASTR. 108, 1 ante -um (HIER. epist. 52, 2, 2. 60, 14, 3 VVLG. Matth. 24, 38 AVG. civ. 15, 8. 9 ante illud nobile diffamatumque -um. 18, 38 *al.*). 112, 1 ab Adam usque ad -um ... a -o usque ad confusionem linguarum. *saepissime.* PRVD. c. Symm. 2, 338 -i sub tempore. AVG. civ. 15, 11 Methusalae ... aetas quattuordecim annis -um videtur excedere. 16, 10 a transacto -o. LEO M. serm. 30, 7 saecula quae -um praevenerant. *de irrigationibus maximo diluvio similibus*: RVFIN. hist. 3, 6, 16 aut aquae -o aut Sodomitanis ignibus. PS. RVFIN. in Am. 5, 21 -i instar. AVG. gen. ad litt. 5, 9 p. 153, 3 non erat iam impertitio saginae, sed -i inundatio. LIB. pontif. p. 160, 4 aquae -i superinundaverunt. *in apocatastasi mundi*: SEN. nat. 3, 27, 1 cum fatalis dies -i venerit. 29, 1 conflagrationi et -o. 30, 4. ARNOB. nat. 1, 8 saeva illa -a et conflagrationes mundi (*cf. Plato Tim. 22^{D} ὕδασι ... κατακλύσωσι*). AVG. civ. 20, 18 unda -i. PS. PROSP. carm. de prov. 826 sunt quos -um mundi non obruat. *in imagine*: TERT. bapt. 8 male comparatur baptismus -o (OPTAT. 1, 8 p. 9, 19 Christi carnem ... Iordanis mersam -o ... esse mundatam. p. 10, 3. 12. *cf.* VICT. VIT. 2, 29 -o rebaptizationis. PS. FVLG. RVSP. serm. 45). AMBR. Noe 15, 52 gravium -a passionum subruebant. PS. RVFIN. in Os. 3, 12, 1 -o captivitatis. AVG. serm. ed. Mai 112, 7 -um figuram sanctae ecclesiae ostendebat (catech. rud. 19, 32). in psalm. 31, 2, 18 quid est -um aquarum? multiplicitas variarum doctrinarum. 103, 2, 7 in -o persecutionum (PROSP. in psalm. 103, 6 *cf.* 9). gen. c. Manich. 1, 23, 35 infantia nostra tamquam oblivionis -o deletur. civ. 15, 26 in hoc saeculo maligno tamquam in -o (*cf.* PS. PROSP. prom. 1, 7, 3 huius vitae. 1, 7, 4. PAVL. NOL. epist. 23, 29 huius mundi -a. ALC. AVIT. epist. 37 aestus ille -i, quem procellis temporalibus comparastis). 16, 12 in -o multarum superstitionum. quaest. hept. 1, 144 ebriosorum qui non satietate se replent, sed mergunt -o. RVSTIC. c. aceph. p. 1169^{A} nequitiae -um.

deriv.: diluvialis. *Rubenbauer.*

dimachae, -ārum *m.*, *διμάχαι*. *equitum genus apud Macedonas*: CVRT. 5, 13, 8 delectis equitum VI milibus CCC quos -as appellabant.

dimachaerus, -ī *m.*, *διμάχαιρος*. *gladiator qui duobus ensibus pugnat*: CORP. XIII 1997 Hylatis dymach:ro (*sic*) sive assidario (*i. essedario*). *fortasse idem verbum latet in libello gladiatorio* CORP. IV 2508, 10 di. *cf. de re Friedländer, Sittengesch. II^{8} p. 541.*

dīmadēsco, -uī, -ere *a* dis- *et* madescere. *i. q. liquefieri*: LVCAN. 6, 479 cum bruma rigeret, -uere nives.

dīmāno, -āvī, -āre *a* dis- *et* manare. *i. q. diffundi, translato sensu*: CIC. Cael. 6 meus hic forensis labor vitaeque ratio -vit ad existimationem hominum paulo latius. CONC. Aquil. a. 381 Migne 13, 589^{B} inde in omnes ... communionis iura -ant. *cf. etiam* demano.

dīmembro *v.* demembro.

***dīmēnsio,** -ōnis *f. a* dimetiri. *persaepe* dem- *scribitur.* GLOSS. *διαμέτρησις*. *διατύπωσις*. largitio. distributio. *legitur inde a* CIC.

i. q. actus dimetiendi, mensura: **1** *speciatim propria vi ubique subeunte*: **a** *t. t. geomet. vel astron.* (*cf.* CASSIOD. art. 6 p. 1213^{A} geometria latine dicitur terrae -o): CIC. Tusc. 1, 57 interrogat quaedam geometrica de -e quadrati. BALB. grom. p. 101, 14 quaecunque autem linea in -em medium secans circulum. p. 108, 2 ad circumferentem lineam ex signo -is duae lineae concurrerint. PS. APVL. Ascl. 13 terrae vero -es (HYG. astr. 1, 8 p. 27. EVSTATH. Bas. hex. 3, 5 p. 595^{C} pro terrae -e. MART. CAP. 6, 609 PS. BOETH. grom. p. 393, 4). PS. CENS. frg. 4, 2 cum mundi -es ... ratio geometrica impleverit. CHALC. comm. 100 a medietate totius corporis facta -e. AMM. 20, 3, 4 cum *sol et luna* ad -es venerint quas *ἀναβιβάζοντας ... συνδέσμους* dictitant. 23, 6, 11 omnis sinus -e litorea in numerum XXIV milium stadiorum finitur. 26, 1, 8. HYG. astr. 1, 3 -o totius ostenditur sphaerae cum ex utrisque partibus eius *centri* ad extremam circumductionem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rectae ut virgulae perducuntur. quae -o a compluribus axis est appellata (4,11 p.108). 1,6 p.24 certa -e finitur *circulus zodiacus*. 4,14 p. 116. MACR. somn. 1,5,9 omne corpus longitudinis, latitudinis et altitudinis -bus constat (1, 6, 36. 2, 2, 3 *saepe*). MART. CAP. 7, 781 in quo numero qui -em eius non habebunt. 8, 828 lineari -e a cardine mundi ... ducta. 8, 859 *lunae circulus et corpus* vera -e monstrantur. CHRON. Vict. Aq. 3, 532 p. 678, 25 lunaris ... -o (DIONYS. EXIG. epist. de pasch. 1 p. 485[A]). CLAVD. MAM. anim. 1, 6 compactis rate -bus (1,25. 2,5). BOETH. arithm. 2,4 p. 86,13 qui circa figuras geometricas et earum spatia -esque versantur. 2, 13 p. 97, 8 lateribus aequali -e dispositis. 2, 54 p. 169, 18 *saepe*. PRIMAS. in apoc. p. 925[D] (*in imag.*) civitas omni ex parte aequali dicitur -e locata. **b** *t. t. artis metricae, i. q. metrum*: QVINT. inst. 9, 4, 45 omnis structura ac -o et copulatio vocum constat aut numeris (numeros ῥυθμούς accipi volo) aut μέτρους, id est -e quadam. QVINT. inst. 9, 4, 48 alia -o est versuum. 9, 4, 52 aperta servari debet -o. 9, 4, 85 in -e pedum syllaba. DIOM. gramm. I 468, 2 rhythmi certa -e temporum terminantur. FIN. METR. gramm. VI 220, 3 ad -em pedum metrorumque perducit. AVG. civ. 22, 24 quantam peritiam -um atque numerorum ... comprehenderit. mus. 1, 1 propter temporum -em. **c** *i. q. mensura temporis*: PS. APVL. Ascl. 32 temporum -e dinoscitur (SYMM. or. 2, 6 locorum notitiam, temporum -es. AVG. civ. 12, 16 -es temporalium spatiorum. EVSTATH. Bas. hex. 6, 5 p. 926[C]). CHALC. comm. 108 *ut* eadem tempora sub -em venirent. AVG. civ. 12, 21 intervallis et -bus saeculorum factum. MACR. sat. 1, 8, 7 tempus est certa -o. 1, 9, 10 ad demonstrandam anni -em (COD. Theod. 2, 17, 1 pr. [*a. 321*]). 1, 12, 38 annua ordinata -o. 1, 14, 13 habitis ad lunam -bus. *huc referri potest fere i. q. dilatio*: COD. Theod. 2, 7, 2, 1 (= COD. Iust. 2, 52 [53], 6, 1; *a. 327*) impetrata -o sese ultra constitutionis regulam proferat. **d** *i. q. expensio ponderis, examen*: MAECIAN. distrib. 81 *ponderis et mensurarum* dispensio et -o. DARES 20 ostendit librarum ponderumque -em. ENNOD. dict. 19, 3 p. 479, 14 quae argenti aurique pondera parcitas sub -e servavit. **e** *i. q. distributio, actus admetiendi*: LACT. inst. 2, 9, 11 secundum harum partium -em diem quoque fecit (*potest ad c trahi*). AVSON. 394, 11 milia bis nongenta iubet -o legum (*i. modus legibus constitutus*) annumerata reos per tot obire dies. VEG. mil. 4, 7 nisi ab exordio -e salubri per idoneos erogatio temperetur (*de frumento militibus distribuendo*). PS. RVFIN. in Ioel 3, 4 p. 1053[C] traditam sibi terram certis -bus possiderunt. *huc traxerim*: AVG. civ. 11, 22 si unum radatur supercilium ... multum detrahitur pulchritudini, quoniam non mole constat, sed parilitate et -e membrorum. **f** *extensio, magnitudo*: HIL. in psalm. 59, 7 ubi modus est credentium futurus, illic -is examen est. PRVD. perist. 10, 1126 notata est sanguinis (*i. vulneris*) -o. MART. CAP. 6, 614 Sarmatarum gens ... accessum indagandae -is excludit. EVCHER. instr. 2 p. 148, 23 stadium ... spatii certa -o. PS. PROSP. vocat. gent. 2, 22 ut divina iustitia nihil eis suae -is (*i. ingentis magnitudinis*) adhiberet. ALC. AVIT. epist. 50 p. 78, 16 in -um ratione. CASSIOD. in psalm. 11, 10 nec aliqua in eo (*sc. creatore*) potest esse -o. PRIMAS. in apoc. p. 925[D] civitatis.

2 *generatim necnon in imag. i. q. mensura*: SYMM. epist. 2, 3 Appiam *viam* ... incohate ea -e ut (*notione celeritatis eundi sublatente fere i. q. tam celeriter, ut*). 6, 28 (29) iustis itineris -bus. AVG. ord. 2, 19, 49 certis -bus (*fere i. spatiis dimensis*) linguam dentibus et palato accommodamus. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 58 non coniectura, sed vera -e coctionis quantitatem sumamus. CAPREOL. epist. 2, 4 p. 851[D] quam *divinitatem* ... nulla -o circumscribit. GREG. M. moral. 33, 18 scriptura sacra fune aliquando -um (*metonymice, ut videtur. v. etiam p. 1195, 6*) sortes, aliquando peccata ... designare consuevit, nam propter hereditarias -um sortes dicitur. *translate i. q. mensura spiritalis, ratio, iudicium, computatio*: AVG. ord. 1, 1, 2 rata subtilique -e vel minutissimorum quorumque animalium membra figurantur. 2, 19, 49 si in ratis -bus ratio. ZACCH. 1, 30 sub quadam mali -e (*de astrologis*).

dīmēnso, -āre [*a* dimetiri, dimensus. *Th.*]. GLOSS. διαμετρῶ.

dīmēnsor, -ōris *m. a* dimetiri. *t. t. is qui dimetitur*: COSMOGR. 1, 2 omnis orbis terrae ... a -bus peragratus.

dīmēnstruus, -a, -um [*a* di- *et* menstruus, *cf.* bimenstruus. *Th.*]. *i. q. spatium duorum mensium*: COD. Theod. 11, 5, 3 (*a. 436*) per -um tempus ad omnium perveniat notionem.

dīmēnsūrātio, -ōnis *f.* [*a* dis- *et* mensurare, mensuratio. *Th.*]. -o provinciarum *est titulus libri in Geogr. lat. min. p. 9.*

dīmēnsus, -a, -um *v. sub* dimetior. **dīmergo** *v.* demergo.

✱**dimeter** (-rum, -ron, -rus), -ī *m.* [*a* δίμετρος. *Th.*]. *forma in* -r *desinens prae aliis rara*: DIOM. gramm. I 506, 15. 18. 511, 25. 513, 4. 517, 17. 528, 1. 529, 14 PRISC. gramm. III 425, 24 MAR. VICTORIN. gramm. VI 166, 20 SCHOL. Hor. epod. 1, 1. *pluralis*: DIOM. gramm. I 506, 15. 511, 25. 513, 4. 517, 17. 528, 1. 529, 14 PRISC. gramm. II 427, 7. 591, 17. III 418, 14. -us: TER. MAVR. 2439. 2458. 2478 PRISC. gramm. III 233, 23 MAR. VICTORIN. gramm. VI 76, 11. 85, 25. 137, 11. 14. 33. 143, 29. -um *passim*, -on: MAR. VICTORIN. gramm. VI 78, 9. 145, 16. 178, 20 FORTVN. gramm. VI 281, 18 (13[ies], *bis* -um, 287, 4. 6). *neutr. plur.*: SACERD. gramm. VI 516, 22 ad -a veniamus. 530, 23 -a Anacreontea (*alibi* -um). *legitur inde a* DIOM. *i. q. duo metra habens: definitur*: DIOM. gramm. I 506, 15 versuum genera praecipua sunt quinque: -i sunt aut trimetri aut tetrametri aut pentametri aut hexametri ... -r ex inferiore parte hexametri qui habet dactylum et spondeum vel trochaeum *velut* 'terruit urbem'. 515, 27 -um ... quod est ex superiore parte hexametri *velut* 'arboribusque comae'. 517, 17 -r est ex τελείου ἰάμβου *velut* 'carmina modos'. PRISC. gramm. III 418, 14 -i ex quattuor *pedibus simplicibus coniuncti*. SCHOL. Hor. epod. 1, 1 secundus versus vero tetrameter sive -r qui epodos dicitur, id est uno pede minor. SCHOL. Prud. praef. -um quattuor pedes habens, duos semper pro uno quia *metrum* non potest dici in uno pede nisi pede ad pedem pergat. DIOM. gramm. I 510, 22 Anacreonticum -um. 511, 25 -r hérous (MAR. VICTORIN. gramm. VI 74, 22). 528, 1 -r si compositis pedibus scandatur. PRISC. gramm. II 304, 10 -um iambicum *persaepe* (FORTVN. gramm. VI 249, 3). III 422, 10 -is brachycatalecticis, id est a tribus simplicibus pedibus. 422, 15 -is catalecticis, id est quibus una desit syllaba. 422, 17 -is hypercatalecticis, id est quibus una abundat syllaba. *passim*. *adiect. vice fungitur*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 73, 4 versus -us (RVFIN. gramm. VI 558, 21). SACERD. gramm. VI 502, 12 species.

deriv.: dimetria.

dīmētiēns *m. v.* dimetior.

✱**dīmētior,** -nsus sum, -īrī *a* dis- *et* metiri. *perf. forma* -itus *legitur*: LIB. col. II p. 252, 16. 253, 19. 254, 6 GROM. p. 373, 6 RVFIN. Orig. in psalm. 38 hom. 1, 9 VEREC. in cant. 2, 21. *fut.* -ibor: ITALA psalm. 59, 8 (Psalt. Veron. Rom.) PSALT. Rom. 107, 8. -o: ITALA num. 34, 7. 8. 10 (Lugd.) IORD. Get. 4 THEOD. MOPS. in Col. 3, 7. *part. perf. praeter l. 43. 46 47. 54. p. 1195, 10 passive usurpatur, item hic illic aliae formae. perfect.*: CIC. Cato 59 Att. 1, 6, 1 VERG. georg. 2, 284 QVINT. inst. 9, 4, 27 HIL. in psalm. 2, 23. 118 he 2. *praesens*: VITR. 3, 5, 8. 5, 5, 12. 5, 9, 3. 9, 7, 2 COLVM. 2, 10, 25 COSMOGR. 1, 2 RVFIN. Orig. in num. 18, 3 AVG. ord. 1, 2, 3 MART. CAP. 7, 737 VEREC. in cant. 2, 9. *persaepe in codicibus scribitur* dem- GLOSS. -or ἀπομετρῶ. -ar dividam. -nsus mensuravit. -nsae separatae. *legitur inde a* PLAVTO, *deest poetis praeter* PLAVTI *duos locos*, TER. HOMERI STATI SEDVLI *singulos*, VERG. MANILI SILI AVIENI *ternos*. [*dub.* HIL. in psalm. 1, 16 *fructus* -nsi. *fort.* demessi.] *sine dubio ad* demetendi *notionem pertinet*: ITALA Os. 6, 5 (Wirc.) -nsus sum prophetas vestros (*gr.* ἀπεθέρισα τοὺς προφήτας ὑμῶν, VVLG. dolavi in prophetis).

I ***proprie vel in imagine***: **A** *sensu locali i. q. metiri, mensuram capere, hic illic i. q. ordine describere, determinare*: **1** *generatim*: CIC. Cato 59 a quo essent illa -nsa atque descripta ... ego ista sum omnia -nsus. Att. 1, 6, 1 *domum* iam -nsam et exaedificatam. CAES. Gall. 4, 17, 3 ligna ... -nsa ad altitudinem fluminis. VERG. georg. 2, 284 omnia sint paribus numeris -nsa (demensa *MB*) viarum. Aen. 12, 117 campum ad certamen ... -nsi (SIL. 14, 508). VITR. 3, 3, 10 -enda est altitudo columnae (3, 5, 8. 5, 9, 3). 4, 1, 6 -nsi sunt virilis pedis vestigium. 5, 5, 12. 9, 7, 2 spatia (AMM. 29, 1, 30). PAVL. FEST. p. 116 limitatus ager in centurias -nsus. SIL. 1, 446 exulibusve datum -nsis litus arenis. PLIN. epist. 8, 20, 4. LIB. col. II p. 252, 16 *ager* in modum arcellae -itus. p. 253, 19 *iugera* per centurias et limites est -itus. p. 254, 6 campi ... -iti in iugeribus. GROM. p. 373, 6 quo arca Noe -ita esse dinoscitur. SVET. Cal. 21 ad -endum opus (*de Isthmo*). Nero 49 *scrobem* -nsus (demensus *M*) ad corporis sui modulum. COSMOGR. 2 oriens -nsus est (*ibid. saepius*). IVL. VAL. 2, 36 spatia viae. LACT. inst. 4, 26, 36 (*in imag.*) extendit ... manus suas, orbem -nsus est. HIL. in psalm. 118 he 2 mansionum intervalla -nsa sunt. AMM. 22, 8, 10 litorea navigatio XXIII -nsa milibus stadiorum. 31, 15, 5 vallum. VEG. mil. 4, 21 trabes. AMBR. hex. 1, 6, 22 (*in imag.*) quia omnia non tamquam immensa praetereant eius scientiam, sed cognitioni eius tamquam -nsa subiaceant (*nota lusum verborum*). VVLG. Sirach 1, 2 profundum abyssi. RVFIN. Orig. in num. 18, 3 (*in imag.*) *funiculus geometricus* in quo -itur angelus Ierusalem. AVG. ord. 1, 2, 3 quo *centro* cetera pariliter -antur. SVLP. SEV. chron. 2, 11, 5 urbem. MACR. sat. 5, 13, 19 magnitudinem corporum alto latoque -nsus est. MART. CAP. 6, 597 cuius *gnomonis* umbrae prolixitas aequinoctio centri sui aestimatione -nsa. SEDVL. op. pasch. 3, 15 stupore -i corporis mancum (carm. pasch. 3, 183). BOETH. arithm. 1, 10 p. 22, 27 omnes impares rite pluralitas -nsa sufficiet. VEREC. in cant. 2, 9 (*in imag.*) funiculis hereditas -itur. 2, 21 (*in imag.*) perditionis Titianae sunt gladio -iti (*i. divisi*) *Iudaei*. IORD. Get. 4 passuum -unt quantitatem.

2 *speciatim et technice*: **a** *in re militari*: CAES. Gall. 2, 19, 5 opere -nso. SIL. 12, 541 *castra*. TAC. ann. 1, 61 -nsis principiis *castrorum*. 15, 43 -nsis vicorum ordinibus et latis viarum spatiis. VEG. mil. 2, 7 loca *castrorum*. **b** *apud astronomos*: CIC. Cato 49 in studio -endi paene caeli atque terrae. VERG. georg. 1, 231 certis -nsum partibus orbem. MANIL. 2, 843 intervalla *siderum* ... per maius -nsa. QVINT. inst. 12, 11, 10 siderum cursus ... cognoscere, mundum ipsum paene -iri. TAC. ann. 6, 21 positus siderum ac spatia -nsus. LACT. inst. 2, 9, 7 -nsus est meridiem ac septemtrionem. AVIEN. Arat. 157 qua per -nsos dimittitur ordo meatus. FAV. EVL. p. 5, 18 signa solis curriculis -nsa variantur. MART. CAP. 8, 859.

B *i. q. secundum pondus, amplitudinem metiri, mensuram capere*: PLAVT. Men. 14 (*in imag.*) argumentum vobis -nsum dabo, non

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

modio neque trimodio, verum ipso horreo (*potest etiam pro substant. haberi v. infra l. 57*). Stich. 60 meministis quot Kalendis petere -nsum cibum (Ps. Qvint. decl. 15, 9). Avien. Arat. 59 (*in imag.*) cur tempora noctis Libra celerque Aries -nso pondere Olympi aequarent. *huc referas*: Spart. Hadr. 1 *patrimonium* in diem vitae suae -nsum (*cf. p. 1193, 57*).

C *sensu temporali*: **1** *generatim*: Cic. Tim. 52 annorum conversiones ... spatium temporis -nsae *sunt*. Manil. 1, 530 -nsa suis consumere tempora signis (Homer. 865 tempora noctis. Hil. in psalm. 2, 23. 65, 6). 3, 248 lucem noctemque pares -nsus in horas (Mart. Cap. 7, 737 horas diei noctisque). Stat. Theb. 1, 505 -nsis orbibus anni. Rvfin. Orig. in psalm. 38 hom. 1, 9 prophetae vita et numerata et -ita deo est. Avg. civ. 12, 21 p. 547 ubi sunt illi determinati -nsique circuitus *temporum*. lib. arb. 2, 16, 44 -nsis motibus. Clavd. Mam. anim. 2, 12 -nsis limitibus articulos temporum signant. **2** *speciatim in re gramm., metrica, musica*: Cic. orat. 147 de syllabis propemodum dinumerandis et -endis loquemur. 183 neque enim ipse versus ratione est cognitus, sed natura atque sensu, quem -nsa ratio docuit. Qvint. inst. 5, 10, 124 si tamen, tardior manus, nisi inspectis -nsisque singulis quibus quaeque vox fidibus iungenda sit, dubitet. 9, 4, 27 non enim ad pedes verba -nsa sunt. 9, 4, 112 -endis pedibus ac perpendendis syllabis. Ter. Mavr. 1633 -nsa rythmum continet lex temporum. Fav. Evl. p. 21, 4 tonus certa mensura est ... -nsa (p. 21, 14). Avg. mus. 1, 9, 15 appellemus ... illos *motus* qui inter se -nsi sunt rationales. Mart. Cap. 9, 930 enarmonion modulandi genus per hanc maxime -imur.

II *translate et in imagine*: *i. q. enumerare*: Cic. parad. 26 audiam civem digitis peccata -entem sua? Oros. hist. 1, 2, 95 loca, nomina et spatia -ar. *fere i. q. diiudicare, aestimare*: Qvint. inst. 8 pr. 27 dum inventa ponderant ac -untur. *i. q. finire, circumscribere*: Theod. Mops. in Col. 3, 7 cum praesenti vita totam spem vestram -batis. *i. q. fines describere possessionis deputandae causa*: Itala num. 34, 7 (Lugd.) a mare magno -etis vobis iuxta montem (*κἀταμετρήσετε*, Vvlg. termini incipient). 34, 8 (Lugd.) a monte -itis vobis (Vvlg. *aliter*). 34, 10 (Lugd.) -ietis vobis ipsis terminos (Vvlg. metabuntur). 34, 29 (Lugd.) -iri filiis (Vvlg. dividerent terram). Ios. 18, 8 (Lugd.) -iri terram (*χωροβατῆσαι*, Vvlg. ad describendam terram). Vvlg. psalm. 107, 8 (*in imag.*) convallem tabernaculorum -ar (*ad l. v.* Hil. in psalm. 59, 7).

deriv.: dimensio, dimenso.

part. praes. pro subst. m. **dīmētiēns**, -entis. *i. q. diameter*: Plin. nat. 2, 86 -s tertiam partem ambitus ... colligat. 2, 87 quantas enim -s habeat septimas *partes*.

part. perf. pass. pro adi. **dīmēnsus**, -a, -um. *i. quod metiri potest* (*proprie et in imagine*): Cic. orat. 38 ut verba verbis quasi -a et paria respondeant. Plin. epist. 4, 30, 3 certis -isque momentis vel subtrahitur vel assurgit (9, 36, 3 certum -umque tempus). Hil. in Matth. 4, 13 synagogam ... modio comparavit quae susceptos fructus ... intra se tantum receptans, certum modum -ae observantiae continebat. trin. 12, 53 motum -ae huius vicissitudinis (*i. maris*). Avg. civ. 22, 24 p. 610 suis -is motibus peragere tempora. *subst. n.* dīmēnsum, -ī. Gloss. demensum *ἀπομέτρημα*. -um insevimus id est immensuratum (in mensura statum *Büchcler*). Don. Ter. Phorm. 43 servi quaternos modos accipiebant frumentum in mensem et id -um dicebatur et utrum a mense an a metiendo incertum est (Gloss. IV 50, 24). Evgraph. *ibid.* de -o: de cibario. Non. p. 525 -um Terentius in Phormione quasi deminutum posuit. *i. q. distributio*: Ter. Phorm. 43 unciatim vix de -o suo suom defrudans genium (*v. p. 1193, 33*). Paneg. 12 (2), 13, 2 vix necessarium usurpando -um ... emendasti. Spart. Hadr. 7, 9 ut plerisque in diem vitae suae -um sine dilatione praestiterit. *i. q dimensio*: Chalc. comm. 69 aequa signorum -a. 78 in aequalia -a. Symm. epist. 1, 1, 1 ad -um verba tribuere. Sidon. epist. 2, 13, 4 pristinae quietis tenere -um. Cassiod. in psalm. 150, 5 concl. illi ad -um cognitus, qui arenam maris ... creaturarum omnium naturas dinumerabili quantitate complectitur.

1. dīmeto *v.* 2. demeto.

2. dīmētō, -āvī, -ātum, -āre *a* dis- *et* metare. *i. q. metiri*: Cic. nat. deor. 2, 110 -ata signa sunt. 2, 155 *siderum* cursus -ati. Liv. 8, 38, 7 locum castris -ari iussit (*i. fines describere*).

dimetria, -ae *f.* [*a* dimeter. *Th.*]. *i. q. carmen ex iambicis dimetris compositum*: Avson. 406, 104 volucripes -a.

dimetrum, -us *v.* dimeter. *Gudeman.*

dīmicātio, -ōnis *f. a* dimicare. *hic illic in codd.* de- (*v. p. 1197, 2. 19. 39 sq.*). Gloss. IV 380, 49 proelium dimigatio ([*cf. p. 1197, 41*] -catio *a b c*) pugna. Gloss. *διαγωνισμός. ἀντικατάστασις, μάχη, πύκτευσις. πυγμή.* -em facit *διαμάχεται*. *legitur inde a* Rhet. Her. *et* Cic. (*pluralis inde ab* Arch. 14), *singulis locis*: Rhet. Her. Sen. phil. Cvrt., *duobus*: Caes., *ternis*: Qvint. Svet., *quinque*: Hirt. Gall., *sex*: Bell. Alex., *frequentant*: Liv. (52^{ies}), Cic. (27^{ies}), Plin. nat. (18^{ies}). [*loc. dub. vel corrupt.*: Plin. nat. 8, 32 Act. Petr. 4 p. 48, 26.]

i. q. contentio, pugna, certamen; haud raro (*v. imprimis p. 1196, 11. 71 sqq.*) *per imaginem de controversiis forensibus* (*cf.* dimico *II A*); *additur* adversus *p. 1196, 63. 77 al.*, contra *p. 1197, 27*; -o est cum: *p. 1196, 55 al.*: Cic. Catil. 3, 23 sine caede, sine sanguine, sine exercitu, sine -e togati me uno togato duce et imperatore vicistis (*cf.* Hirt. Gall. 8, 11, 1 sine -e perniciosa. 21, 2. Liv. 1, 54, 10 sine ulla -e). Mur. 33 pugnam navalem ... mediocri certamine et parva -e commissam. Arch. 14 me ... in tot ac tantas -es atque in hos ... impetus obiecissem. dom. 55 caedem et -em (*cf.* Sest. 45 *et l. 25*). p. red. in sen. 29 metum -is et sanguinis (33). Balb. 6 labor, assiduitas, -o, virtus digna summo imperatore. Planc. 89 infinita -o pararetur. de orat. 3, 13 me semper ab omni contentione ac -e (animi *add. H*) revocasti. orat. 42 verum haec ludorum atque pompae; nos autem iam in aciem -emque veniamus. Att. 2, 3, 3 fortiter resistendum est legi agrariae, in quo est quaedam -o, sed plena laudis. 7, 1, 2 tantam -em ... quanta numquam fuit. epist. 1, 7, 5 te ... a -e deterreo (*cf. l. 21 sqq.*). 2, 6, 5 in hac petitione Milonis omni non modo contentione, sed etiam -e esse elaborandum. ad Q. fr. 1, 3, 5 si qua subeunda -o erit (Liv. 2, 13, 2. 4, 2, 10. 7, 24, 3. 31, 34, 3). Cael. Cic. epist. 8, 5, 1 *ut* periculosam ... et gravem illam -em evitaremus (*syn.* contentio *cf. l. 8. 42*). Planc. Cic. epist. 10, 24, 8 expeditissimam -em. Caes. Gall. 7, 86, 3 omnium superiorum -um fructum. civ. 3, 111, 2 pugnatum est ad portum ac longe maximam ea res attulit -em. Hirt. Gall. 8, 18, 2 nostri ... cum ... nullam -em recusarent. 8, 41, 2 magno cum labore et continua -e. 8, 42, 1 ut ... -is periculo deterreant Romanos (*cf. l. 13*). Bell. Alex. 11, 3 cum in omnibus -bus et scientia et virtute praestitissent. 22, 2 magis deterrendi et continendi a periculosissimis ... -bus quam incitandi ad pugnandum (Liv. 25, 4, 5 a caede ac -e continuisse homines ... patientiam magistratuum. *adde l. 13. 21 sq.*). 25, 3 sine *Euphranore* nulla umquam -o marituma . : ., nulla etiam parum feliciter confecta erat. 32, 4 non tantum bellum ipsum ac -em, sed etiam talem adventum eius felicem fuisse. 46, 1 fortuitae -i [fortunae] rem committere (*cf.* Liv. 10, 20, 4 *ne* tam oneratum agmen -i [-bus *M*] committant). 46, 4 ex suis navibus in hostium naves transilire non dubitabant et -e aequata ... rem feliciter gerebant (*cf. p. 1197, 25 sq.*). Liv. 1, 15, 2 Romanus ... -i ultimae instructus (*cf. l. 35*). 1, 32, 2 eventus ... belli minus miserabilem -em fecit. 1, 28, 4 (*v.* dimico *p. 1199, 31 sq.*). 2, 30, 14. 2, 56, 5 patres ad ultimum -is rati rem venturam (8, 29, 10. *cf.* 6, 38, 3 ad ultimam -em [*cf. l. 33*] de legibus ventum). 3, 5, 7 se ... in mediam -em infert (*cf.* Svet. Aug. 10, 4). 3, 48, 2. 4, 13, 12 qui se ... tantae -i obicerent (*cf. l. 5. p. 1197, 10*). 4, 17, 6 cum *illis* ... atrox -o instabat. 4, 18, 4 qui inter -em castra Romana aggrederentur (*cf.* 7, 28, 4 inter ipsam -em [10, 40, 8]). 4, 43, 3 bellum minore quam timuerant -e erat perfectum. 5, 51, 2 nisi haec quoque (*sicut prior cum Gallis*) pro patria -o esset (*sc. cum tribunis plebis; syn.* contentio, certamina). 6, 12, 1 maiorem -em proposita domi quam foris (*cf.* 10, 24, 14 cum periculum, cum -o proposita sit. Lact. inst. 3, 12, 2 utrique [*i. animo et corpori*] proposita -o est et utrique ex -e victoria). 6, 19, 5 rem (eam *trad.*) ... ingentis -is fore. 6, 23, 1 praesentis -is fortunam (Schol. Cic. Bob. p. 130, 26 St. -is obire fortunam). 7, 11, 1 *syn.* pugna. 7, 12, 10 ruendo in arma ac -em. 7, 20, 1 quam non suarum virium ea -o esset, cernebant. 7, 42, 6 aversos a -e militum animos. 8, 38, 4. 9, 21, 4 quamquam anceps -o erat (*cf.* 22, 41, 2 haudquaquam par Poenis -o fuit). 9, 39, 6 ut non cum Etruscis ..., sed cum aliqua nova gente videretur -o esse. 10, 29, 11 relictis in -e sociis. 10, 46, 7. 21, 53, 2 dilatam -em. 21, 60, 7 nec magni certaminis ea -o fuit. 22, 32, 2 in casum universae -is, quam omnibus artibus petebat hostis, non veniebant. 24, 38, 9 si cum armatis -o futura esset. 25, 3, 19 nec procul -e res erat. 25, 4, 6 quaerentibus -em. 25, 6, 20 bellum ... ingenti -e geritur. 29, 30, 10 sibi adversus Syphacem (cum Syphace Σ) haud paulo maiorem restare -em. 30, 28, 2. 31, 35, 7. 32, 31, 3 spe per unam -em rei decernendae. 36, 23, 6 ut nullum tempus vacuum -e esset. Sen. dial. 5, 43, 3 quid nobis cum -e et insidiis? (*cf.* Paneg. 3 (11), 16, 1 alternis -bus et insidiis. *v. etiam p. 1197, 17*). Cvrt. 9, 1, 1 quidquid Indis virium fuisset, illa -e prostratum (*cf. p. 1197, 20*). Plin. nat. 8, 18 clara unius e Romanis -o adversus elephantum, cum Hannibal captivos ... dimicare ... coegisset. *ibid.* famam eius -is (8, 34 *elephanti et draconis* -is ... fama). 8, 71 *rhinocerotis et elephanti* (*syn.* pugna) 8, 88 *ichneumonis et crocodili*. 8, 98 (*de mustella*) cum *serpentibus* -e conserta. 8, 150 artifici -e *canis adversus elephantum*. 8, 181 cornibus in procinctu -em poscentibus (*de tauro*). 9, 152 cum caniculis atrox -o *urinantium*. 10, 9 spectanda -o *avis et aquilae*. 10, 47 -e paritur *regnum* inter *gallos*. 11, 58 -o *apium* iniectu pulveris aut fumo tota discutitur. Qvint. inst. 5, 7, 3 cum praesentibus (*sc. testibus*) ... ingens -o est (*cf.* 5, 7, 1 simplicior contra tabulas pugna). 6, 4, 4 asperrima in hac parte (*i. in altercatione*) -o est, nec alibi dixeris magis mucrone pugnari. 8, 3, 13 ubi res agitur et vera -o est. Frontin. strat. 1, 11, 12 a *saga* ... -um eventus praediscere (*cf.* 2, 9, 6. Amm. 14, 6, 26 -um currulium eventu). 2, 1, 11 arbitratus alienum -i tempus. 2, 1, 12 Ps. Frontin. strat. 4, 7, 10. 38 post infaustam adversus Poenos -em. Svet. Aug. 17, 2 in serum -e protracta. Dom. 6, 2 ipsa -is hora. Flor. epit. 3, 5, 23 nocturna ea -o fuit. Sol. 25, 13 -is praecipua causa (Val. Cem. hom. 14, 2 p. 755^{C}). Evtr. 6, 23 post multas -es. 10, 12 Romani imperii vires ea -e consumptae sunt. Avson. 429, 3 Amm. 27, 10, 16. Schol. Cic. Bob. p. 78, 18 cruentissimae -es. 82, 16 ad -em usque processum est (*cf. p. 1198, 30 sq.*). 83, 3 ut Clodianos impetus ab illa -e, quam facere coeperat, submoveret. 85, 20 *Petreium* praemiserat cum exer-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

citu ad edendam -em. 149, 6 ne quid seditiosae -is cum multorum exitio moveretur. VEG. mil. 1, 2 in -e (de- *A M* [*opp.* in castris]). 1, 26. SVLP. SEV dial. 3, 16, 1 in qua per triennium iugiter -e consistens. *acced. gen. obiect.* (*qua de re dimicetur, indicatur*): RHET. Her. 4, 42, 54 *sapiens* pro patria studiose quamvis in magnam descendat vitae -em (CIC. Planc. 77 nullas ... sibi ille neque contentiones neque inimicitias neque vitae -es nec pro re publica nec pro me defugiendas putavit. *cf.* Phil. 14, 37 cum ... rem publicam ... conservarint -e et periculo vitae suae). CIC. Mur. 8 in capitis -e ... in honoris contentione (prov. 23 cum -e capitis. Balb. 23 qui se ... -i capitis ... obiecerit [*cf. p. 1196, 37*]. Mil. 100. *cf. p. 1201, 46*). Rab. perd. 5 in tanta -e capitis, famae fortunarumque omnium (Planc. 31 in iudicio capitis, ... in -e fortunarum. *cf.* Tull. 77 in extremo discrimine ac -e fortunae). LIV. 1, 38, 4 ad universae rei -em ventum est (*cf. p. 1196, 35 sq.*). 5, 30, 2 suae gloriae ... inter -em patriae meminisse. *acced. gen. explicat.* (*dimicandi ratio accuratius describitur*): CIC. ad Q. fr. 1, 1, 5 nullas ... insidias hostium, nullam proelii -em ... pertimescimus (*cf. p. 1196, 60 sq.*). TERT. scorp. 6 -em martyrii et lavacrum sanguinis. VEG. mil. 1, 9 in ipso conflictu (*i. collisione*) ac -e (de- *A*) telorum. CASSIOD. in psalm. 143 praef. p. 1015[A] *David* Goliam saxei teli -e prostravit (*cf. p. 1196, 62*). *acced. gen. subiect. sive pronom. possessiv.* (*indicatur dimicans*): CIC. Mil. 82 maximis -bus meis. CAEL. Cic. epist. 8, 10, 1 haec exiguitas copiarum recessum, non -em mihi tuam praesagiebat. LIV. 23, 33, 1 in hanc -em duorum ... populorum omnes reges ... animos intenderunt. PLIN. nat. 5, 85 naturae -o illa (*sc. fluvii et montis, syn.* pugna) aequatur (*cf. p. 1196, 31*). 8, 18. 20 mirabili unius *elephanti* -e. 10, 39 noctuarum contra aves sollers -o. 18, 3 contra serpentium -es (*syn.* proelium). 36, 18 in *scuto Minervae caelavit Phidias* deorum et Gigantum -es, in soleis vero Lapitharum et Centaurorum. LACT. inst. 3, 12, 6 quid ... intererit inter animi et corporis -em nisi quod corpus temporalem vitam expetit, animus sempiternam? AMBR. Noe 16, 57 *Homerus* dispositionem dimicaturi ita *ordinavit* exercitus, quo inferiores (*in medio collocati*) ... a fortioribus iuvarentur et -em utriusque partis assumerent.

dīmicātor, -ōris *m. a* dimicare. *i. q. pugnator*: VEREC. in cant. 9, 32 *Gedeon* -es aptissimos segregavit. PALLAD. hist. mon. II 10 p. 360[C] *daemon* semper -bus (*ἀθληταῖς*) Christi resistere solet.

✖dīmico, -āvī (-uī), -ātum, -āre [*ex* dis- *et* micare *cps. esse videtur. Th.*]. *adde l. 42 sq.* *de formis*: dem- *saepius pro* dim- *invenitur in codd.* (*cf. l. 50. p. 1199, 9 sq. 21 et Schuchardt, Vokal. d. Vulgärlat. III p. 192*). LIB. geneal. chron. I p. 173, 275 demigabat (*cf. p. 1195, 74*). *perfecti forma*: PRISC. gramm. II 472, 22 mico ... 'micui' 'mictum' debet facere, ... quamvis ab eo verbo compositum -o '-avi' facit et '-atus'. -avi *primo legitur apud* CAES. (civ. 2, 4, 3), *saepius (17[ies]) apud* LIV., *prorsus evitatur a* CIC. BELL. Alex. Hisp. CVRT., *in universum raro exhibetur: singulis locis*: BELL. Afr. *et* NEP., *binis*: VAL. MAX. PLIN. nat. SVET., *quater*: FLOR., *5[ies]*: VELL. -ui *nisi duobus* OVIDI *locis* (am. 2, 7, 2. 2, 13, 28) *non extat.* GLOSS. διαμάχομαι. -at πυκτεύει, διαμάχεται. pugnat. certatur, pugnat. -verunt ἐπύκτευσαν. demicare διαπληκτίζεσθαι. *cf.* SERV. auct. Aen. 12, 695 decernere ferro, decertare, -are. *legitur inde a* SISENNA *et* RHET. Her *nota usum transitivum: p. 1199, 66 sq.* (*v. etiam p. 1198, 7*). *ad frequentiam verborum* -andi *et* pugnandi *illustrandam subiungo hanc tabulam:*

apud scriptores solutae orationis:		
	-o	pugno
CIC.	37	*saepissime*
CAES. (*9ies* proeliari)	39	*saepissime*
HIRT. Gall. (*11ies* proeliari)	6	2
BELL. Alex.	10	14
Afr.	12	9
Hisp.	8	11
SALL.	—	26
NEP.	15	16
LIV.	136	*saepissime*
VELL.	11	12
VAL. MAX. (*12ies* proeliari)	25	12
CVRT.	33	19
PLIN. nat.	30	31
TAC. (*6ies* proeliari)	1	32
SVET.	11	7
FLOR.	19	22
VEG. mil.	33	42
VVLG.	26	182

apud poetas:		
	-o	pugno
CATVLL.	—	4
LVCR.	—	11
VERG. Aen.	—	9
CVLEX.	—	1
AETNA	—	4
HOR.	—	11
TIB.	—	2
PROP.	—	5
OV.	3	84
MANIL.	1	12
LVCAN.	—	15
PERS.	—	—
LAVS Pis.	1	—
VAL. FL.	—	3
SIL.	1	32
HOMER.	1	11
STAT.	—	27
MART.	—	6
IVV.	—	4

praeterea IVSTINVM *verbum* -andi *longe saepius usurpare quam* proeliandi, pugnare *autem paucissimis exhibere locis schedae nostrae monent.*

ex sermone gladiatorio videtur emanasse quae plerisque locis exhibetur notio decertandi pugnandive cf. ANTON. Cic. Phil. 13, 40 unius

corporis (*i. ludi gladiatorii*) duas acies lanista Cicerone -antes. LIV. 35, 33, 6 quanto esse satius Romam mittere legatos ... quam populum Romanum cum Antiocho lanistis Aetolis ... -are? *et l. 69. 73 sqq. p. 1200, 70. 79 sq. al.* ***significatio autem primaria subest his locis:*** *intrans.: i. q. (in diversas partes) micare*: CHIRON 279 *iumentum opiosum* auriculis -at (*cf.* VEG. mulom. 2, 10 micabit auriculis). 301 *iumentum rabians* auriculis erectis -at. *transit. i. q. huc illuc agitare*: CHIRON 286 *iumentum insaniens* auriculas -at.

1 ***proprie i. q. decertare***: RHET. Her. 4, 24, 34 quid me facere convenit, cum a tanta Gallorum multitudine circumsederer? -rem? (an -rem? $P^2B^2C^2E$). CIC. Arch. 21. p. red. in sen. 3 si -are placuisset. Planc. 89. Marcell. 15 se maluisse non -are quam vincere. Phil. 2, 76 an ... Dolabella pro te (*i. loco tuo*) in Hispania -ret? 12, 8 quid ... revocante et receptui canente senatu properet -are? 13, 6 fortitudo -are iubet. epist. 5, 21, 3. 6, 3, 4 alteri -ant, alteri victorem timent. CAES. Gall. 2, 21, 5 hostium ... tam paratus ad -andum animus (5, 49, 4. 7, 19, 3 civ. 3, 85, 4 BELL. Afr. 41, 3 BELL. Hisp. 25, 2. LIV. 10, 39, 8 per omnia ad -andum satis paratus. frg. 60 AVSON. 427, 4. *cf.* BELL. Alex. 13, 6 se ad -andum parabat. CVRT. 10, 9, 15 praeparatis ad -andum animis). Gall. 3, 17, 7 aequo loco (civ. 2, 33, 3 BELL. Afr. 74, 1 LIV. 9, 4, 9. 38, 49, 1 quo aequiore *loco* potuerim -are). 5, 49, 6 iniquo loco (civ. 2, 31, 1. 3, 85, 3 LIV. 9, 4, 9. 38, 41, 6. 38, 49, 1). 6, 7, 4 aliquam -andi facultatem (*cf.* civ. 2, 33, 3 aequo loco -andi ... occasio. 3, 85, 2 VEG. mil. 4, 45). 7, 6, 3 in itinere. 7, 20, 5. 6. 7, 35, 7. 7, 56, 1. 7, 60, 2 civ. 1, 82, 3. 2, 4, 3. 3, 37, 4. 3, 73, 5. 6. 3, 77, 1 si qua esset imposita -andi necessitas (*cf.* BELL. Afr. 79, 2). 3, 84, 1. 3, 86, 5 -andi potestas (LIV. 9, 38, 7). 3, 109, 2. HIRT. Gall. 8, 7, 7 se offerre ad -andum. 8, 8, 4 si forte hostes ... posset elicere ad -andum. 8, 9, 2. 8, 12, 5. 8, 15, 1 BELL. Alex. 10, 5. 15, 3. 38, 3 facillimum accessum et aequissimum ad -andum ⟨locum⟩. 39, 2 processum est ad -andum (47, 1 BELL. Hisp. 29, 3. 6 VVLG. iud. 20, 23 *cf. p. 1196, 82*). 43, 2 in agmine (FLOR. epit. 3, 20, 14 in primo agmine). 74, 3 inito consilio -andi. BELL. Afr. 51, 4. 61, 1. 74, 1 aequo loco invitat ad -andum (*cf.* 75, 2). 81, 2 in acie (VELL. 2, 68, 1 CENS. 12, 3 VEG. mil. 2, 20 HIER. epist. 60, 5, 2. *cf.* PLIN. nat. 8, 143 *cohortes canum* primae [*fort.* prima] -bant in acie numquam detrectantes. FLOR. epit. 3, 3, 17 in prima acie. VEG. mil. 2, 15 ante signa et circa signa nec non etiam in prima acie -antes. *v. etiam* VELL. 2, 30, 6 qua ultima -vere acie *fugitivi e ludo gladiatorio.* PANEG. 2[10], 5, 3 cum ipse pugnares, ipse omnibus locis totaque acie -res?). BELL. Hisp. 15, 1 eques ad -andum dimisso equo cum pedite congreditur. 18, 6 ut potius ad -andum descenderet quam signum fugae ostenderet (24, 2. 26, 6 VAL. MAX. 2, 6, 2. 2, 7, 6. 7, 4 ext. 2). 25, 7 NEP. Milt. 5, 4. Them. 3, 1 in (*om. u*) terra. Alc. 8, 2 Dat. 6, 2. 7, 3 Ages. 2, 1. OV. am. 2, 7, 2 ut (*i. licet*) vincam, totiens -uisse piget. LIV. 1, 15, 3 ut potius acie decernerent, quam inclusi de tectis moenibusque -rent (*cf.* VEG. mil. 4, 44 in muris ... et turribus). 3, 69, 10 mora -andi nulla est facta (7, 27, 6. 21, 32, 1. 24, 15, 1. 24, 17, 2. 29, 36, 7). 4, 47, 3 tantus ardor ad -andum fuit (*cf.* 44, 36, 3). 5, 36, 4. 9, 37, 2 aviditate -andi quam primum in campos delata acies. 21, 5, 11 aequo ... campo (27, 18, 8. *cf.* 24, 14, 6 puro ac patenti campo). 24, 8, 18 quorum (*imperatorum*) ductu atque auspicio -retis (*cf.* PANEG. 9 [12], 15, 2). 34, 12, 2. 38, 3, 10 apertos circa campos ad -andum esse. 39, 31, 3 acerrime media acies, duae fortissimae legiones, -bant. 44, 39, 5 sine ulla sede vagi -assemus. *al.* VERR. FLACC. Gell. 5, 17, 2 tribunum militum ad Aliam adversus Gallos pugnaturum rem divinam -andi gratia ... fecisse. PAVL. FEST. p. 66 duellum bellum, ... quod duabus partibus de victoria contendentibus -atur. p. 88. 297 VELL. 2, 26, 2. 2, 28, 1. 2, 84, 1. 2, 85, 4 desperata victoria in mortem -batur (*cf. p. 1200, 31. 39*). VAL. MAX. 2, 7 ext. 2 hoc ... accepto signo ('*aut cum armis aut in scutis*') Spartanae acies -bant. 3, 2, 3 ad -andum provocatus (3, 2, 21. *cf.* CVRT. 7, 4, 33 si quis viritim -are vellet, provocavit ad pugnam. PLIN. nat. 7, 81 *milite* ex provocatione -ante [8, 156 *cf. p. 1199, 56*]). 3, 2, 22. 3, 8, 2 ut Scipio pugnando ita *Q. Fabius Maximus* non -ando maxime civitati *profuit* (7, 3, 7 cuius [*sc. Fabii*] non -are vincere fuit). SEN. Tro. 897. CVRT. 4, 1, 1 triumphantis magis quam -antis more. 4, 13, 6 non in ... angustiis et inviis callibus, sed in aperta et lata planitie -rent (-ari cogitarent *Vogel*). PETRON. 108, 9 -antium furor, illis pro ultione, nobis pro vita pugnantibus. PLIN. nat. 8, 182 *tauros* ex imperio -antes. 8, 224. 9, 152. 11, 58. SVET. Iul. 26, 3 gladiatores ... sicubi infestis spectatoribus -rent. 39, 3 quo laxius -retur. 60 ad -andum cunctatior factus. Cal. 30, 3 Claud. 21, 6. Otho 9, 2 ex improviso atque in ipsa consalutatione. Tit. 4, 3 *equi* rector circa *Titum* -ans occubuerat. *al.* APVL. met. 9, 12 *pugiles* pulvisculo per⟨s⟩persi -ant, farinulenta cinere sordide candidati. S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278) 40. 62 is ... qui aput tribunum plebei ... sponte ad -andum profitebitur. TERT. idol. 21. 22 ut facilius in ecclesiam redeant, qui subando quam qui -ando ceciderunt. adv. Marc. 3, 18 p. 407, 19 ubi nomen domini -bat -uri quandoque adversus diabolum. SOL. 2, 6. 25, 3. PANEG. 3 (11), 18, 3 ⟨concurrunt⟩ barbari ad arma, sed invicem -uri! 10 (4), 15, 4 quia in -ando praeter ceteros insignes fuissent *duo iuvenes.* 10, (4), 19, 3 ut ... -andi voluntatem pro victoriae pignore teneres. PS. AVR. VICT. orig. 13, 1 signum -andi. 14, 2 *al.* AVSON. 426, 9 *illi* congressi, ut -rent. *al.* AMM. 14, 2, 6 ex necessitate ultima fortiter -antes. 16, 12, 13 salutaris quidem genius praesens ad -andum eos

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

. . . incitabat (29, 5, 49 hae insperatae voces ad -andum quosdam acrius incitarunt). 16, 12, 69 et -asse et vicisse. 17, 1, 14 oppetere -ando gloriose. 17, 13, 18 manus ad -andum aptatas. 20, 7, 5 -bat (dicabat *V*) vi magna resistentibus oppidanis. 20, 11. 20 -are succinctius parans per sublimes aggestus. 20, 11, 22 partiti munera -andi inter necessitatis articulos. 21, 3, 3 inter . . . -andi exordia ipse concidit. 24, 4, 18 controversae partes -antes instanter. 24, 5, 11 inter primos (25, 4, 10). 29, 6, 12 parum ad has calliditates -andi sollertes. 31, 5, 8 urebatur -andi studio . . . natio. *al.* Veg. mil. 1, 1 -andi (demicande A^1) . . . audaciam (1, 20). 2, 13 manipulus vocabatur ab eo, quod coniunctis manibus pariter -bant (de- A^1). 3, 13 locum, in quo -andum est. Hyg. astr. 2, 6 p. 41, 15. Ambr. Noe 16, 57 dispositionem -uri . . . exercitūs (*cf. p. 1197, 32 sqq.*). Vvlg. iud. 5, 13 dominus in fortibus -vit (LXX *aliter cf. l. 21*). II par. 18, 31 circumdederunt eum -antes (ἐκύκλωσαν αὐτὸν τοῦ πολεμεῖν). 20, 17. II Macc. 15, 17 statuerunt -are et confligere fortiter (γενναίως . . . ἐμφέρεσθαι). Ps. Avg. quaest. test. I 61, 1. Svlp. Sev. epist. 2, 9 quodsi ei . . . in illa, quae tunc extitit, -are congressione (*i. Christianorum persecutione*) licuisset. Bachiar. repar. laps. 6 p. 1042^A solet percussus miles in primo certamine in secundo fortius -are. Mart. Cap. 9, 925. Sacr. Leon. p. 312 machinamenta diaboli dextera tua in *beatis martyribus* demicante vicerunt *fidei confessio, patientia etc.* (*cf. l. 13*).

a *indicatur hostis: dativo*: Serv. Aen. 1, 475 congredior tibi antiqui dicebant, sicut pugno tibi, -o tibi. hodie dicimus congredior tecum, pugno tecum, -o tecum. Sidon. epist. 8, 12, 8 etsi ceteris eris in hoc genere pugnandi -urus, . . . senatorem nostrum . . . conflictui huic facies exsortem. cum (*cf. l. 23 sqq.*): Rhet. Her. 2, 30, 49 quarum rerum causa . . . cum hostibus de vita -atur (Cic. off. 3, 99 *Vlixi* vero non modo cum hostibus, verum etiam cum fluctibus . . . -are melius fuit, quam *eqs.* Caes. Gall. 3, 17, 7 cum tanta multudine hostium. Liv. 1, 28, 4 -atum est . . . non magis cum hostibus quam, quae dimicatio maior atque periculosior est, cum proditione ac perfidia sociorum. 9, 4, 9 cum hoste. 22, 38, 10. 25, 6, 16. 28, 25, 13. 32, 31, 1. Cvrt. 5, 3, 8 non cum hoste solum, sed etiam cum loco. 8, 2, 37 comminus cum hoste. Schol. Cic. Bob. p. 82, 25 St.). Rhet. Her. 4, 18, 25. Cic. Catil. 3, 17 quod si Catilina in urbe . . . remansisset . . . ut levissime dicam, -andum nobis cum illo fuisset. dom. 5 cum improbis (*cf.* Sest. 139 cum multis audacibus, improbis, nonnumquam etiam potentibus -andum). Sest. 43 ut, cum amentissimo tribuno pl. ⟨si⟩ decertassem, cum consulibus ceterisque eius ultoribus -rem. prov. 33 propter vim ac multitudinem gentium illarum numquam est antea cum omnibus -atum. nat. deor. 2, 6 off. 1, 38. 84 nec cum Atheniensibus -andum putabant. Bell. Afr. 13, 2 acie instructa cum pedestribus copiis. Nep. Milt. 1, 2 Con. 4, 3. Pel. 4, 1 cum civibus (*cf.* Flor. epit. 3, 12, 5 -asse domi cum civibus sociis, mancipiis gladiatoribus totoque inter se senatu). Eum. 10, 3 Liv. 2, 49, 10 4, 30, 14. 4, 61, 5 cum Volscis . . . signis collatis -atum. 9, 17, 11. 9, 40, 18 cum reliquiis (-quis *al.*) Etruscorum. 9, 41, 4. 10, 16, 4. 21, 60, 6. 27, 17, 5 cum uno -are duce exercituque quam simul cum universis malebat. *ibid.* cum pluribus pariter (*cf.* Cvrt. 9, 7, 19 cum pluribus simul). 27, 26, 1. 27, 27, 1. 29, 18, 10. 29, 22, 1 terra marique cum Carthaginiensibus (Ampel. 46, 1). 34, 28, 1. 35, 7, 8. 35, 33, 6. 36, 25, 7. 36, 41, 5. 37, 58, 3 quantis cum classibus hostium -asset. 41, 12, 8. 42, 10, 5 frg. 22. Vell. 2, 23, 2 Sulla . . . cum Mithridatis praefectis. Val. Max. 1, 1, 16. 3, 2, 8 consule cum Volscis parum prospere -ante. 3, 2, 19. 24 ex provocatione (*cf. p. 1198, 61 sq.*). Cvrt. 9, 1, 7. 9, 6, 10 de Persidis regno cum Dareo. Plin. nat. 9, 92 cum monstro -are sibi videbantur (Flor. epit. 2, 2, 20 nec cum hominibus, sed cum monstris quoque -atum est). 10, 58 gruum . . . cum *Pygmaeis* -antium. 16, 3 cum feris. 20, 132 mustelae -urae cum *serpentibus*. Qvint. decl. 317 p. 248, 15 pater cum filio. Flor. epit. 1, 18, 14 nec vero tantum armis et in campo, sed consiliis quoque et domi cum rege Pyrrho -atum est. 2, 7, 2. 2, 17, 5. 3, 19, 1 etsi cum sociis, nefas, cum liberis tamen et ingenuis -atum est. Sol. 15, 23 Ivst. 4, 2, 6. Amm. 20, 11, 32 cum Persis. 23, 6, 9 *al.* Vvlg. Ier. 33, 5 ut -ent cum Chaldaeis. Avg. civ. 20, 8.

nota accus. rei effectae: Sol. 9, 6 militiam (*i. bellum, cf.* Clavd. 27, 20) mundi -atam (*RC*, -atum *reliq. codd.*) cum gigantibus (*cf. p. 1202, 20 sq.*). adversus, adversum: Nep. Milt. 4, 5 adversus se (*hostes*) tam exiguis copiis -ari. reg. 3, 2 Liv. 9, 13, 1. Fest. p. 285 *Pittacus* adversus Phrynonem -urus propter controversias finium. Val. Max. 2, 7, 15 haec (*sc. patria*) pro se, ille (*sc. hostis*) [ne] adversus se ⟨si⟩ -rent, parvi *ducentes*. Plin. nat. 14, 90 imperator adversus Samnites -urus (Frontin. strat. 1, 11, 6). Ampel. 20, 1 *Horatii* adversus Curiatios. Paneg. 12 (2), 30, 5 domini adversum rebelles servos -uri (Ivst. 3, 5, 3). Ivst. 2, 14, 7. 6, 1, 2 Ps. Avr. Vict. epit. 34, 2 Ambr. bon. mort. 3, 8 p. 708. 22. Vvlg. num. 10, 9 ad bellum . . . contra hostes qui -ant adversum vos. Ios. 10, 25 II reg. 12, 27 Ier. 32, 5 II Macc. 1, 11. Lib. geneal. chron. I p. 173, 275 Amalech, adversus quem *Iosua* demigabat (ex quo Amalechitae, qui pugnaverunt contra filios Israhel *T*). Clavd. Mam. anim. 2, 3 p. 104, 19 adversum nos -are nostros et extraneos pugnare pro nobis. contra: Mela 2, 78 Herculem contra . . . Neptuni liberos -antem. 3, 81 *genus Pygmaeorum* contra grues -ando defecit. Plin. nat. 6, 152 contra Persas. Homer. 522 quem contra . . . non aequis -at armis. Vopisc. Aurelian. 18, 2. Treb. Claud. 18, 1 fortiter contra gentes. Veg. mil. 3, 16. Vvlg. deut. 20, 4 contra adversarios (II par. 26, 13). 20, 20 *civitas* contra te. Ios. 22, 12 iud. 5, 20. 10, 18. 20, 14. 23 I par. 5, 19 II par. 11, 1 Is. 29, 7. 8 *gentes* -verunt contra montem Sion. Marcell. chron. II p. 103, 529, 4 *expeditio* contra Vandalos feliciter -ura. Praedest. 1, 43 p. 600^A Origenem . . . contra haereses -antem et vincentem. Sidon. carm. 5, 348 ne -et ultra Carthago Italiam contra. Pallad. hist. mon. I 42 p. 327^D contra . . . viros atque matronas, veluti contra feras aliquas cotidie -bat (ἐθηριομάχησε). inter: inter se: Bell. Afr. 61, 8 Liv. 29, 18, 10 Val. Max. 3, 2 ext. 7 Plin. nat. 7, 5. 8, 18. 212. 9, 95. 99. 10, 100 Flor. epit. 3, 2, 3 Hyg. astr. 2, 7 p. 43, 24 Avg. civ. 18, 45. Liv. 39, 34, 4 seditione inter ipsos -atum. Cvrt. 5, 6, 4 inter ipsos victores ferro -batur. Arnob. nat. 1, 5. Ivst. 2, 7, 7 inter Athenienses et Megarenses (*v. l. 33 sq.*).

b *is, qui sive id, quod ab hoste defenditur vel praemium, bonum sim., de quo certamen est*: de: Sisenna hist. 28 armis de vita certatim -are nitebatur (Rhet. Her. 2, 30, 49 Cic. Arch. 23 gloriae causa. Liv. 24, 26, 7. Cic. Arch. 29 de ipsa vita. *cf. p. 1201, 74*). Cic. Manil. 9 de imperio (off. 1, 38 Cvrt. 4, 3, 19. Ampel. 20, 1 Albanorum de summo imperio [*cf.* Nep. Hann. 8, 3 de summa imperii] Avg. civ. 18, 45). Cael. 47 tot iam menses aut de salute aut de gloria -ret? (off. 1, 83 -are . . . paratius de honore et gloria quam de ceteris commodis. ad Q. fr. 1, 1, 43 non de reliqua et sperata gloria iam laborare, sed de parta -are). Att. 7, 3, 4 de sua potentia. Cael. Cic. epist. 8, 14, 2 hoc . . . , de quo qui rerum potiuntur, sunt -uri. Nep. Eum. 10, 3 de summis rebus. Liv. 10, 16, 7 pro salute sua, non de . . . regno (29, 29, 9. 40, 6, 6 Cvrt. 9, 6, 10). 30, 30, 8 aliena appetivimus, ut de nostris -remus. 32, 33, 13 de quorum (*neutr.*) possessione -etur. 36, 41, 5 in Asia et de ipsa Asia . . . terra marique -andum ei cum Romanis esse. Vell. 2, 68, 1 dum in acie Pharsalica Africaque (acriter *Haupt*) de summa rerum Caesar -at. Cvrt. 4, 14, 1 in spem victoriae, de qua -andum foret. Qvint. decl. 271 p. 109, 13 de praemio -ans occisus est. Ivst. 2, 7, 7 inter Athenienses et Megarenses de proprietate Salaminae insulae prope usque interitum armis -atum fuerat. pro: Cic. Balb. 25 privatus . . . ne quis vir . . . pro nostro imperio periculo suo -ret (*syn. ibid.* se pro nostro imperio in periculum capitis atque in vitae discrimen inferret. *cf.* Liv. 2, 23, 2). har. resp. 41 cum his conflictari et pro salute patriae cotidie -are (*cf.* Liv. 10, 16, 7. Vell. 2, 85, 1 pro salute alter, in ruinam alter terrarum orbis. Val. Max. 7, 6 ext. 3 pro salute coniugum et liberorum. Sen. benef. 3, 19, 2 Cvrt. 4, 3, 19). Tusc. 4, 43 convenit -are pro legibus, pro libertate (Liv. 2, 23, 2. 10, 16, 4. 36, 17, 13), pro patria (Liv. 1, 24, 2. 5, 30, 5 Fronto p. 127, 20 N. *adde l. 50*). Liv. 2, 7, 8 pro re publica (Val. Max. 5, 2, 10 Amm. 16, 12, 40). 4, 5, 6 nemo arma capturus, nemo -urus pro superbis dominis. 4, 35, 8 plebem, pro qua -verit. 5, 30, 1 sibi pro aris focisque (9, 12, 6. 10, 44, 8) et deum templis ac solo, in quo nati essent, -andum fore. 8, 17, 2 pro extrema spe -uri enixe. 22, 8, 7 pro urbe ac penatibus (*Fabri*, ac p. pro u. *P*) -andum esse (Val. Max. 5, 4 ext. 5 pro *urbibus et agris cultis*). 29, 23, 10 pro terra Africa (propter Africam *Σ*), . . . et pro patria coniugis suae proque parente ac penatibus. Vell. 2, 85, 5 pro absente duce. Val. Max. 3, 2, 23 pro castello . . . , cui praepositus erat. 5, 1, 2 pro *Olbia oppida* fortissime -ans Hanno . . . occiderat. Mela 3, 81 Plin. nat. 6, 66. 8, 51 pro catulis feta (*sc. leaena*) -at. 12, 113 -atum pro frutice (*sc. balsami*) est. Qvint. decl. 377 p. 419, 10 pro alienis patribus. Amm. 25, 9, 2 pro genitali sede. Veg. mil. 2, 20 *miles* pro illis (*signis*) in acie fortius. Vvlg. deut. 20, 4 pro vobis contra adversarios -bit (*cf.* II par. 26, 13 pro rege contra adversarios). Avg. civ. 19, 15 cum iustum geritur bellum, pro peccato e contrario -atur. propter: Plin. nat. 15, 119 propter raptas virgines (*cf.* Sol 25, 6 propter feminas). Comm. instr. 2, 12, 12 rex adest optato; propter spem -at vestram (dimicat ura *C*). circa: Sol. 7, 30 *a perdicibus* -atur (-antur *R*) circa conubium. *dativ. commodi*: Ambr. Abr. 1, 3, 17 plurimum . . . refert, utrum pecuniae an gloriae -veris.

c *ratio pugnandi: α ablat. instrumenti*: armis, ferro *sim.*: Sisenna hist. 28 armis de vita certatim -are (Cic. Planc. 87 erat non iure . . . decertandum . . . , armis fuit, armis inquam fuit -andum. Caes. civ. 1, 20, 3 manum conserere atque armis -are. Nep. Milt. 1, 2. Homer. 522 non aequis . . . armis. Flor. epit. 1, 18, 14 Ivst. 2, 7, 7. Ps. Avr. Vict. epit. 17, 4 gladiatoriis armis in amphitheatro. Val. Cem. hom. 15, 5 p. 741^A armis spiritalibus). Cic. dom. 5 ne cum improbis boni ferro -rent (Liv. 1, 24, 2. 28, 25, 13. 29, 18, 10 Cvrt. 5, 6, 4 Mela 1, 114. Tac. dial. 34 adversarii et aemuli ferro, non rudibus [*Faber*, sudibus *codd. cf. l. 84*] -antes. Svet. Cal. 27, 2 Arnob. nat. 1, 5. *adde* Liv. 40, 17, 3 ferro et acie). Ov. rem. 27 vitricus et gladiis et acuta -et hasta (*cf.* Qvint. decl. 305 p. 194, 12. Fronto p. 147, 8 N. gladio -andum, sed interest robiginoso an splendido. Veg. mil. 2, 14. 17 non solum missilibus, sed etiam gladiis comminus. 2, 23. 4, 44). Pavl. Fest. p. 45 caestus . . . quibus pugiles -ant (Amm. 30, 6, 6 bracchiorum motus velut caestibus -antium). Plin. nat. 6, 66 *elephantis* militant -antque pro finibus. 9, 95 *locustae marinae* cornibus. 10, 1 *struthocameli ungulis*. 35, 130 *Antidoti pictoris* est clipeo -ans Athenis. Paneg. 4 (9), 2, 4 hic (*in secretis studiorum exercitiis*) plerumque velut sudibus (*cf. l. 74*) et saxis (*cf.* Amm. 24, 2, 14 saxorum manualium nim-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bis), illic (*in acie fori*) semper telis splendentibus -atur. Ivst. 2,9,19 ut... velut rabida fera dentibus -verit. Amm. 25,1,13 contis. Veg. mil. 3,14 verutis vel mattiobarbulis. Hyg. fab. 274 p. 151,8 Afri et Aegyptii primum fustibus -verunt, postea Belus... gladio belligeratus est. *adde*: Flor. epit. 3, 3, 3 populus Romanus agrariis legibus inter se -urus. copiis, navibus *sim.*: Caes. Gall. 5,49,6 tantulis [cum tantis *β*] copiis (Nep. Milt. 4,5 tam exiguis copiis. Liv. 9,39,5 *tantis* simul copiis simul animis -verunt). Bell. Alex. 28,2 ne navibus in flumine -ret (Flor. epit. 2,2,4 nihil interesse virtutis, equis an navibus, terra an mari -retur). 42, 3 classe (Bell. Afr. 63, 5 Frontin. strat. 1, 12, 12). Nep. Eum. 3, 6 equitatu potius . . . quam peditatu (Mela 3,52 non equitatu modo aut pedite, verum et bigis et curribus Gallice armatis). *nota*: Veg. mil. 2, 2 magnitudo Romana, ... semper cum legionibus -ans (de- *A*). proelio, acie *sim., saepe sensu modali sublatente* (*subiunguntur locutiones ex ablat. absol. originem deducentes*): Cic. nat. deor. 2,6 proelio (Caes. Gall. 6, 17, 3. 6, 31, 1. 7, 6, 3 civ. 1, 41, 3. 3, 43, 3. 3, 44, 1 *syn.* proelio decertare. 3, 63, 2 ancipiti proelio [Liv. 9, 23, 4. 10, 45, 10. *cf.* Svet. Iul. 36 ancipiti... fortuna. Paneg. 10(4),7,1 bello ancipiti]. Gall. 3,72,3. Bell. Afr. 51, 6 proeliis minutis. 61, 8 equestribus proeliis. Liv. 9, 38, 8 proelio utrimque atroci atque incerto eventu. 35,4,7 recto ac iusto proelio [*cf.* 38,41,6 etsi iniquo loco, proelio tamen iusto, acie aperta, signis collatis -andum erat]. 35, 5, 11 integro . . . proelio [bello *B in marg.*] et dubio. 44, 8, 2. Ivst. 2,14,7 navali proelio [3,6,6. 3,7,15 aperto. Veg. mil. 4,33 Actiaco). Caes. Gall. 7,19,3 aequo Marte (*cf.* Flor. epit. 1,11,2 Marte vario [*cf.* Ivst. 4,2,6 varia victoria]). 7,64,2 neque *se* fortunam temptaturum aut acie -urum (Liv. 2,30,10. 2,49,10. 2,53,6. 4,30,14. 4,58,10. 7,29,7 *al.* 22,24,11 iusta . . . acie. 31,35,5 tota. 38, 41, 6 aperta. *adde de apibus*: Colvm. 9, 9, 7). Liv. 10, 44, 8 signis collatis (4, 61, 5. 10, 45, 10. 22, 24, 11. 22, 38, 10 *al.* Plin. nat. 7, 92 Sol. 1, 106). 21, 17, 8 ea parte belli, *i. bello maritimo* (*cf.* 25, 32, 10). 39, 34, 4 seditione. Ov. am. 2, 13, 28 hac . . . pugna -uisse. Veg. mil. 3, 26 quadrata . . . fronte. Ambr. bon. mort. 3, 8 p. 708, 22 singulari certamine. *adde*: Liv. 2,19,5 *duces* suismet, ipsi[s] corporibus -antes miscuere certamina. 37, 58, 8 quota . . . parte virium suarum ibi -vit Antiochus? (*cf.* Cvrt. 6, 1, 2 aequis viribus. Arnob. nat. 1, 5 ferro . . . et viribus *eqs.* Ivst. 4, 4, 12 ex utraque parte summis viribus -batur). Veg. mil. 3, 1 qui secundos optat eventus, -et arte, non casu (Hier. in Ioel prol. p. 167/8 omni arte pugnandi). Bell. Afr. 73, 2 *Galli* per virtutem, non per dolum -are consuerunt. *β ablat. modi et locutiones eandem vim habentes*: Cic. dom. 66 quibuscum ego noluissem bonorum periculo -are (Balb. 25 periculo suo. Att. 7,3,4 periculo civitatis. Bell. Alex. 48,1 cum periculo magno tum etiam maiore periculi fama. Avg. civ. 20, 8 tantis periculis. *cf. l. 54*). Liv. 2, 12, 10 in hoc discrimen accingere, ut in singulas horas capite -es tuo (*cf. infra l. 70 et* dimicatio *p. 1197, 9 sq.*). Caes. Gall. 8,29,1 cum aliquamdiu summa contentione -retur. Liv. 9,40,18 nec dubia nec difficili victoria. Lavs Pis. 197 mille modis acies tua -at (*de ludo calculorum*). Svet. Iul. 68, 3 quanta fortitudine. Flor. epit. 4, 7, 10 acie . . . commissa cum pari ardore aliquamdiu -atum foret. Veg. mil. 3, 16 nescio qua occulta ratione, immo paene divina, alii contra alios -ant melius. cum: Cic. Att. 2, 14, 1 cum optima spe. epist. 10, 26, 1 cum periculo (Caes. Gall, 5, 16, 2 magno cum periculo. *cf. l. 44 sq.*). Liv. 10,45,10 cum maiore sua quam hostium iactura. *adde*: Liv. 10, 31, 6 pugnatum infestissimis animis hinc... illinc ab ultima (ad ultimam P^2V) iam -antibus spe (spem P^2V). *acced.* in *notione finali*: Manil. 5,210 qua (*i. Canicula*) subdente facem terris radiosque movente -at in cineres orbis (*sc. terrae*) fatumque supremum sortitur. Vell. 2, 85, 1 in ruinam (*cf. p. 1200, 39*). 2, 85, 4 in mortem. *aliter* in modum *i. modo*: Pavl. Fest. p. 14 alii rorarios *dicebant*, quod id genus hominum, antequam acies coirent, in modum rorantis tempestatis -ret. *pendet* ut, ne: Cic. div. in Caec. 72 *obsides*, ut incolumes... recuperare possimus, omni ratione erit -andum (*cf. infra l. 78 sqq.*). Liv. 23,24,11 Postumius omni vi, ne caperetur, -ans occubuit. *accedunt adverbia* (*selecta*): certatim: Sisenna hist. 28. comminus: Bell. Afr. 51, 6 Liv. 2, 49, 10. Cvrt. 8, 2, 37 Tert. adv. Marc. 3, 5 p. 381, 21 Veg. mil. 2, 17. 23. 4, 44. foris: Liv. 2, 23, 2 viritim: Cvrt. 7, 4, 33. gregatim: Svet. Cal. 30, 3.

2 ***per imaginem***: a *de litibus controversiisque forensibus*: Cic. Sest. 1 reos de capite (*cf. supra l. 46*), de fama (Nep. Timoth. 4, 3), de civitate, de fortunis (Balb. 5 Pomp. Cic. Att. 8, 12^d, 1), de liberis -antes (Liv. 3, 44, 11. *cf.* Cod. Theod. 9, 1, 5 [*a. 326*] ut . . . professio criminis . . . tam accusatorem quam reum sub experiendi periculo de patria, de liberis, de fortunis, de vita denique -are cogeret). Liv. 22, 25, 16 de iure imperii. Val. Max. 5, 3, 5 de paternis bonis in foro. *nota*: Liv. 6, 40, 17 possetisne ferre Sextium haud pro dubio consulem esse, Camillum de repulsa -are? Apvl. met. 9, 27 nec herciscundae familiae, sed communi dividundo formula -bo, ut *eqs.* Petron. 13, 4 negavi circuitu agendum, sed plane iure civili -andum, ut . . . ad interdictum venire⟨n⟩t (*cf. supra l. 62 sqq.*). *adde fere i. q. aemulari*: Liv. 6,41,2 qui certos sibi uni honores inter -antes competitores aequum censeat esse. b *de Christiani pugna spiritali*: Tert. adv. Marc. 4, 20 p. 485, 8 cum legione . . . daemonum (*cf.* Val. Cem. hom. 15, 5 p. 741^A adversus istas . . . legiones nobis est armis spiritalibus -andum). Optat. 6, 4 p. 150, 17 contra impugnationem mentis (*i. carnis desideria*) mitellarum numerus -ret. Hier. in Ioel prol. p. 167/8 omni arte pugnandi adversum diabolum -as (*cf.* Tert. adv. Marc. 3, 18 p. 407, 19 cum *Iosua* adversus Amalech proeliabatur . . . nomen domini -bat, -uri quandoque adversus diabolum). Avg. civ. 22,24 quibus (*i. virtutibus*) *mens* prudenter, fortiter, temperanter et iuste adversus errores et cetera ingenerata vitia -et. *ibid.* spiritus hominis *in regno caelesti* nullum omnino habens vitium, ... nec cui cedat nec contra quod saltem laudabiliter -et. in psalm. 141,17 contra *desideria terrena* luctamur et -amus.

3 *translate i. q. disputare*: Tert. adv. Marc. 3, 5 p. 381, 21 iam ad certum et comminus -urus video aliquas etiam nunc lineas praeducendas, ad quas erit -andum (*in imagine de dimicatione gladiatoria, cf. Oehler ad scorp. 4, item* pudic. 6 ad hanc iam lineam -bit nostra congressio. 5, 1 p. 570, 20 isdem et hic -bimus lineis, in ipso gradu provocabimus praescriptionis. scorp. 4 de deo alibi [*i. aliis in libris*] -antes et de reliquo corpore haereticae cuiusque doctrinae. nunc in unam speciem congressionis certas praeducimus lineas. *adde* Tert. adv. Marc. 1, 7 p. 299, 28 quamquam totā materiā [*an nominat.?, cf. p. 1199, 66 sq.*] de duobus deis -etur, his interim lineis eam clusimus, intra quas... congrediemur). Tert. anim. 1 plurimum . . . cum philosophis. 32 et hic -emus necesse est adversus portentosiorem praesumptionem. Hier. epist. 49, 13, 6 exempla (*i. testimonia, quibus contra Iudaeos usus es*) servierunt tibi (*in tuis epistulis*) ad victoriam, quae in suis voluminibus non -ant (*i. ne -bant quidem*). Rvfin. Orig. in psalm. 36 hom. 3, 1 gentiles adversum se in disputationibus -antes. *subiectum est res*: Tert. adv. Marc. 1, 1 p. 292, 12 regulam prius adversarii praetexam, ne cui lateat, in qua principalis quaestio -ura est. *cf. l. 15.*

syn.: ad 1: bella suscipere (Rhet. Her. 2, 30, 49), decertare (Cic. Sest. 43 Planc. 87 off. 1, 38 Hirt. Gall. 8, 7, 7), conflictari (Cic. har. resp. 41), manum conserere (Caes. civ. 1, 20, 3), contendere (Nep. Con. 4, 3), inter se signis collatis concurrere (Liv. 29, 18, 10), certare (Liv. 29, 29, 8), congredi (Liv. 32, 33, 11), acie bellare (Liv. 32, 33, 12), pugnare (Vell. 2, 85, 4 Petron. 108, 9 Qvint. decl. 271 p. 109, 9 Paneg. 2[10], 5, 3 Avson. 427, 5. 442, 4 Amm. 21, 3, 3 Vvlg. I par. 12, 19 *al.*), militare (Plin. nat. 6, 66), armis contendere (Qvint. decl. 271 p. 109, 10), belligerari (Hyg. fab. 274 p. 151, 9), confligere (Vvlg. II Marc. 15, 17), luctari (Avg. in psalm. 141, 17), arma tractare (Mart. Cap. 9, 925). *ad 3*: congredi (Tert. anim. 1 adv. Marc. 1, 7 p. 299, 29).

deriv.: dimicatio, dimicator. *Graeber.*

dīmidiātio, -ōnis *f.* [*a* dimidiare. *Th.*]. *i. q. partitio in duas partes*: Tert. adv. Marc. 1, 24 p. 323, 24 unde haec -o salutis?

dīmidiātus, -a, -um [*prius quam verbum* dimidiare *a* dimidium *vel potius a* dis- *et* medius, medium *ductum. Th.*]. *de usu v. p. 1203, 36 sqq. et* Varro frg. Gell. 3, 14, 6 -um est quasi dismediatum et in partes duas pares divisum, -um ergo nisi ipsum quod divisum est dici haud convenit. [*loco obscuro*: Varro rust. 3, 2, 1 privati candidati tabella -a aedificemus?] 1 *i. q. dimidius: res*: Enn. 536 vas vini. Cato agr. 37, 3, lunaque -a (Colvm. 2, 10, 15 [semediata *S A*]. Plin. nat. 18, 323. Chalc. comm. 37 -a maior ... -a minor. *cf.* Mart. Cap. 7, 738 *luna* -o maior, quae dicitur *ἀμφίκυρτος*). Vitr. 7, 5, 3 -a . . . sigilla. 7, 5, 4. Fest. p. 238 ⟨soleas -as, qui⟩bus utuntur *Vmbri* in venando. Plin. nat. 13, 93 commissae ex orbibus -is duobus *mensae*. Arnob. nat. 6, 16 ventres *simulacrorum* cum lateribus -os. Capitol. Pert. 12, 2 -as lactucas. Chalc. comm. 258 -ae sphaerae. Hier. in Eph. 4, 10 p. 614 -am Christi asserit dispensationem. *animantes*: Plavt. Mil. 762 procumbunt -i. Men. 155 dies (*res personata*) . . . ad umbilicum est -us mortuos. Cato or. frg. 37, 3 homines defoderunt in terram -os. Lvcil. 1342 uno oculo pedibusque duobus -us ut porcus (Svet. Tib. 34 aprum). Caes. carm. in Ter. v. 1 o -e Menander . . . Terenti (*sc. sermone Menandrum aequans, non vi*). Tert. resurr. 57 p. 116, 14 -is hominibus (*i. caecis, claudis sim.*). *cum substant. mensurae*: Cato agr. 151, 3 digitum (*cf. quae adnotat* Gell. 3, 14, 18). Cic. Verr. 3,129 unum -umque mensem (Tusc. 2,37 Cens. 18, 2). Vitr. 3, 3, 2 unius et -ae columnae crassitudo. 3, 5, 6 -ae partis latitudo. *ibid.* -um oculi spatium. 4, 3, 4 moduli. 4, 3, 8 quantum -i *triglyphi* est spatium ⟨et⟩ hemitriglyphi id accedit. Pavl. dig. 2, 12, 8 duabus -is noctibus (Amm. 16, 5, 5 nocte -a semper exurgens). Cens. 19, 2 dies . . . CCCLXIIII et -um (22, 5 Macr. sat. 1, 3, 5). Marcell. med. 27, 93 acetabuli. *in computando*: Chalc. comm. 49 -a *pars numeri centum nonaginta duo*. 2 *i. q. mutilus, corruptus*: Lvcil. 1283 soleam . . . -am (*aliter l. 54*). Cic. Tusc. 5, 66 exesis posterioribus partibus versiculorum -is (Svet. vita Verg. p. 62 -os versus complesse). Avr. Fronto p. 107 N. Ciceronis epistulas . . . electas totas vel -as. Fronto p. 225, 4 N. -is verbis (Min. Fel. 2, 1 Hier. epist. 22, 29, 6. *cf.* Apvl. met. 5, 18 tertiata). Gell. 12, 1, 6 imperfectum atque -um matris genus. 15, 30, 6 'petorritum' ... est non ex Graecia -um, sed totum Transalpibus. Min. Fel. 34, 6 corrupta et -a fide. Avg. c. Petil. 3, 31, 36 sententia.

deriv.: dimidiatio.

dīmidietās, -ātis *f.* [*a* dimidius. *Th.*]. *plur. p. 1203, 4.* a *i. q. dimidia pars*: Chalc. comm. 64 si media non est *terra*, non ex omni

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... sui parte -em caeli supra se, -em vero alteram infra se habebit. BACHIAR. repar. laps. 13 barbae (*v. p. 1205, 83*). BOETH. anal. pr. 1, 26 erunt ... conclusiones -s propositionum. mus. 3, 1 p. 268, 24 semitonia esse -es tonorum (medietates *pars codd.*). *praesertim in computatione* (*cf. p. 1204, 71*): CHALC. comm. 10 -is et dupli ratione. 15. 38 *senarius numerus* habet -em in tribus. SERG. gramm. IV 481, 20 -e dupli (SERV. gramm. IV 425, 29 = POMP. gramm. V 124, 29). BOETH. mus. 5, 2 p. 354, 4 totius *lineae* dimidiam sumere compellitur dimidiaeque -em. **b** *i. contagio, societas*: PS. CYPR. singul. cler. 33 esse sine feminarum -e detractant.

dīmidio, -āvī, -ātum, -āre [*a* dimidius, -um. *cf.* dimidiatus. *Th.*]. PRISC. gramm. III 481, 26 adverbium medie, verbum ab eo compositum -o, -as, -at unde et -atus. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 53, 1 ubi nos habemus 'divisit', Aquila posuit ἡμίσευσεν, id est -vit. *i. q. in duas partes dividere*: TERT. carn. 5 quid -as mendacio Christum? VVLG. Iob 21, 21 et si numerus mensium eius -etur (*gr.* διῃρέθησαν. ITALA Hier. interpr. Iob *et* Aug. in Iob p. 553, 19 -atus sit). psalm. 54, 24 non -bunt dies suos (*cf.* EVCHER. instr. 1 p. 93, 1 non -ant dies suos hi qui immatura morte rapiuntur *eqs.* GREG. M. moral. 5, 70 dies...-are est tempus vitae male in voluptatibus ductum ad paenitentiae lamenta dividere atque ... partiendo reparare). PETR. CHRYS. serm. 36 p. 301[A] maluimus -are tractatum. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 65 verba (*de balbutiente*). ANTH. 314, 4 nostros paries -et lares. *significanter*: PS. FVLG. RVSP. serm. 79 quod per multos annos non -arunt, ille paucis annis implevit.

✖**dīmidius,** -a, -um [*a* dis- *et* medius, medium *mirabiliter fictum, nisi potius imminutum est pro* dimidiatus. *Th.*]. DON. Ter. Ad. 241 -um a dimensione dicimus (SCHOL. Stat. Theb. 7, 645). PROB. app. gramm. IV 198, 27 dimidius, non demidius (*legitur* TEST. Vrsae [Corp. V 4489] 4. CORP. VII 140. X 3428). *notatur*: dim(idia): CORP. XII 5093. *praeterea v.* s(emis). *de significatione*: MART. CAP. 4, 384 opponuntur autem sibi ita, ut aut relative opponantur, ut . . . -um duplo ...; nam -um opponitur duplo et eiusdem dupli -um est. BOETH. mus. 2, 29 quidquid enim cuiuscumque est -um, id si duplicetur, illud efficit, cuius dicitur esse -um. *cf.* 3, 1 p. 271, 12 *sqq.* GLOSS. -um caput ἡμικέφαλον. *de usu adiectivorum* -us *et* dimidiatus: VARRO frg. Gell. 3, 14, 2 oportet... dicere 'dimidiatum librum *legi*' non '-um', et 'dimidiatam fabulam *audivi*' non '-am'. contra autem si ⟨ex⟩ sextario hemina fusa est, non 'dimidiatum sextarium fusum' dicendum est, et qui ex mille nummum, quod ei debebatur, quingentos recepit, non 'dimidiatum' recepisse dicemus, sed '-um'. at si scyphus argenteus mihi cum alio communis in duas partes disiectus est, 'dimidiatum' eum esse dicere scyphum debeo, non '-um', argentum autem, quod in eo scypho inest, '-um' meum esse non 'dimidiatum' (*cf. totum* GELLI cap. *et* AGROEC. gramm. VII 116, 22). GELL. 3, 14, 8 -um ... est, non quod ipsum dimidiatum est, sed quae ex dimidiato pars altera est. GRAMM. suppl. 287, 21 -um non potest significare partem, nisi subiaceat integrum nomen ...; hora non potest dici -a esse, aut 'dimidiatam horam' aut '-um horae' dicendum est. dimidiatum autem diminuta portio. ISID. diff. 1, 146 -um est aequa pars divisa, dimidiatum utique pars, sed non aequalis (DIFF. ed. Beck p. 52, 25). *legitur inde a* PLAVTO. [*dub.* PVBLIL. J 52 (*supplet Bothe*, initium *Brugmann*, remedium *libri*). CAES. civ. 3, 2, 2 (*supplet Wölfflin.*). LIV. 23, 12, 1 (*delet Madv.*).] [*francog.* demi. *M.-L.*]

I *additur* **pars** (*cf. p. 1205, 46*): **A** *generatim*: **1** *de amplitudine et magnitudine* (*de tempore* PLIN. nat. 36, 3), *iungitur saepissime c. genetivo, nonnunquam c.* ex: CATO agr. 29 *stercoris*. VARRO ling. 5, 132 *ricinii*. CIC. Arat. 353 -am retinet . . . Corona partem etiam supera, atque alia de parte repulsa est. nat. deor. 2, 103 terrae (SEN. nat. 5, 17, 2 mundi. CVRT. 8, 8, 10 terrarum. AVG. civ. 18, 2 Asiam, quae totius orbis ad numerum partium tertia dicitur, ad magnitudinem vero -a reperitur). LVCR. 1, 617 -ae partis pars semper habebit -am partem. CAES. civ. 1, 27, 1 operis. BELL. Alex. 14, 5 Alexandriae (LIV. 24, 3, 2 *Crotonis*. VVLG. Ios. 12, 2. 5 Galaad. II Esdr. 3, 17 vici Ceilae. Esth. 5, 3 regni. *al.*). LEX Iul. munic. (Corp. I 206) 30 viae. LIV. 3, 70, 15 rerum. VITR. 9, 2, 2 caeli (SEN. nat. 7, 29, 2). 9, 3, 1 -a pars prior Tauri *sideris*. CELS. 3, 4 *febris*. 3, 22 p. 113, 4 resinae terebinthinae (*opp.* pars altera. *cf.* 6, 7, 1 *corticum*). 4, 5 p. 127 *cibi*. CORP. XIV 3010 (*sub imp. Claud.*) amphitheatri. SEN. nat. 1, 8, 1 quare arcus *caelestis* non implet orbem, sed pars -a eius videtur *eqs.* COLVM. 5, 5, 4 *scrobis*. PLIN. nat. 23, 48 periculi. *al.* AMM. 20, 11, 26 sphaerae. HYG. astr. *passim*. VVLG. exod. 24, 6 sanguinis. II reg. 10, 4 barbae. *al.* *imprimis in quolibet genere possessionis* (*saepissime apud* ICTOS): PLAVT. Aul. 767 -am tecum potius partem dividam. Rud. 1123 petebas. LEX par. fac. Put. (Corp. X 1781) 3, 14. 15 pecuniae (LEX Mamil. [grom. p. 265 *sq.*]. CIC. Att. 11, 1, 3 LIV. 38, 39, 6 IVLIAN. Vlp. dig. 17, 2, 52, 4. GAIVS inst. 4, 171 -ae partis *sponsio* [*opp.* tertiae partis]). CIC. Q. Rosc. 32 decidisti (34). 37 me soluturum spondeo. 38 eius quid . . . exegisset (39. 56). 51. Verr. 4, 40 non decumas frumenti, sed -as venire partes *eqs.* ALF. dig. 39, 2, 43, 1 non oportuisse amplius quam -ae partis *repromittere*. LIV. 36, 39, 3 agri (VAL. MAX. 6, 5 ext. 1. 8, 6, 3 COLVM. 4, 3, 6 SCAEV. dig. 32, 41, 4. COD. Iust. 6, 37, 23 pr. *opp.* in solidum). 37, 35, 4 impensae. TEST. Ones. (Corp. III 6998) 10 *sq.* usurae. SEN. contr. exc. 6, 1 hereditatis (IAVOL. dig. 28, 6, 39 pr. SCAEV. dig. 33, 1, 21, 2 VLP. dig. 5, 3, 25, 15. *cf.* COD. Iust. 6, 56, 7 *filii successionis. saepe*). QVINT. decl. 264 p. 78, 5 bonorum (p. 78, 29 *al.* SVET. Iul. 42 POMPON. dig. 38, 6, 5, 1 GAIVS inst. 3, 41. 49 *al.* VLP. dig. 32, 5, 5 pr. -ae partis quarta). p. 79, 14 patrimonii (GAIVS inst. 1, 33). IAVOL. dig. 18, 1, 79 fundi (IVLIAN. dig. 21, 2, 39, 2 SCAEV. dig. 31, 88, 9 PAVL. dig. 7, 1, 50 *al.*). SVET. Dom. 7 *vinetorum*. CORP. III 944, 2. 5 (*a. 159*) domus (PAVL. dig. 18, 1, 57 pr. *al.*). IVLIAN. dig. 7, 2, 4 usus fructus *fundi communis* (VLP. dig. 7, 2, 10 COD. Iust. 6, 61, 6, 3). 15, 1, 16 servi *al.* 43, 33, 1, 1 -as partes possessionis. VLP. dig. 50, 16, 164, 1 partitionis nomen non semper -um significat ... sed si non fuerit portio adiecta, -a pars debetur. VVLG. Tob. 8, 24 -am partem dedit Tobiae et fecit scripturam, ut pars -a, quae supererat *eqs. al.* *adde*: SCAEV. dig. 31, 89, 2 legati -a portio. PAVL. dig. 10, 2, 38 patrimonii. COD. Iust. 6, 57, 2 vocetur in -am *proprietatis* portionem. **2** *de numero*: PLAVT. Curc. 447 -am partem nationum ... subegit. VARRO rust. 2, 4, 19 *porcorum*. CAES. Gall. 6, 31, 5 Eburonum. civ. 3, 101, 1 cum ... -ae parti *classis* praeesset P. Sulpicius ..., -ae M. Pomponius. LEX Vrson. (Corp. II 5439) 125, 19 decurionum. SALL. Iug. 64, 5 exercitus (LIV. 33, 15, 2 *corr. Madv.* LACT. mort. pers. 47, 4). LIV. 25, 19, 13 octo milia militum, pars -a cives, pars socii (31, 26, 2. 36, 24, 9 VEG. mil. 2, 20). 36, 40, 5 plus partem -am ex quinquaginta milibus hominum caesa. *al.* VAL. MAX. 7, 3, 4 navium. GAIVS inst. 1, 45 ex quo *numero servorum* -a aut tertia ... pars liberari potest (VLP. reg. 1, 24 PAVL. dig. 4, 14, 4). S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278) 37. 40 minus quam -a pars gregariorum. PAVL. dig. 6, 1, 2 neuter solidum gregem, sed ne partem -am totius eius vindicabit. VVLG. Ios. 13, 31 *al.*

D *sequitur acc. c. inf.*: PS. ORIG. tract. 14 p. 155, 15 in saeculo iam eum (*sc. dominum*) venisse -erat *Ioannes*. MAR. VICTORIN. verb. script. 3 AMM. 26, 1, 7. MACR. sat. 1, 23, 12 hunc ... eundem Iovem solemque esse cum ex ipso sacrorum ritu tum ex habitu -itur. COD. Theod. 14, 4, 1 (*a. 334*). SIDON. epist. (carm. 14) 1.

III *vi et praepositionis* dis- *et verbi* noscendi *magis magisque evanescente verbum passive personaliter usurpatur: sequitur nom. c. inf.: hic illic supplendum est* esse (*syn.* probari *l. 55. 77*; apparet *l. 62*; manifestari FILASTR. 87, 3; cognosci FILASTR. 137, 3): MOD. dig. 2, 4, 25 si inopiā -itur laborare. PROB. inst. gramm. IV 54, 36 'fau' ... corruptum invenitur, 'ni' vero coniunctio esse probatur, 'us' autem corruptum esse -itur. PS. APVL. Ascl. 1 alterum ... alterius consentaneum esse -itur: omnia unius esse aut unum esse omnia. TERT. anim. 17 p. 325, 21 per hos sensus solus omnium homo animal rationale -itur. FRG. Mur. 57 una ... per omnem orbem terrae ecclesia deffusa esse denoscitur (*sed cf. Lietzm.*). MAR. VICTORIN. verb. script. 2 quando temperantur invicem, sibi necessaria esse -untur (*sc. lux et tenebrae*). *ibid. iterum* (*syn.* apparet). TRACT. c. Arrian. p. 14, 31 deus, si pluraliter loquitur, consortem naturae suae habere -itur. LVCIF. Athan. 2, 21 p. 187, 13 esse intellegeris unus ex illis, qui -antur audire: vae vobis *eqs.* moriend. 12 p. 309, 9 hi sunt spiritus, quibus tu .. sacrificare -eris. SERM. Arrian. frg. I 1 p. 598[B] pater in sua non nata substantia incomparabilis -itur (*sc. esse*). FILASTR. 49, 4. 87, 3 ut consortes Iudaeorum criminis et sceleris (*sc. esse*) manifestantur atque ab omnibus -untur. 118, 4 non ... Moses in illa hora -itur circumcisus (*sc. esse*). 137, 3 *al.* FVLG. myth. 1 praef. p. 3, 14 quia et mihi nuper imperasse -eris, ut *eqs.* GENNAD. dogm. 72 qui usuras accepisse convincitur aut in scaena lusisse -itur. RVFIN. hist. 4, 16, 6 ex quibus apertissime -itur ... ignorare (*φανερὸν ὑμῖν ἐστιν ὅτι ... οὐδὲν ἐπίσταται*). 5, 17, 3 *al.* EPIST. pontif. 285 Migne 20, 465[A] *illorum* in locum successisse -or. AVELL. p. 636, 7 quanto flagramus studio ... iamdudum planum fecisse -imur. p. 701, 5. 712, 3 *al.* BREV. fid. adv. Arrian. p. 661[D] nulli subditus esse probatur, sed suae potestatis esse -itur. *al.* COMPVT. cod. Col. prol. 9 p. 233 *al.* PS. ARNOB. confl. 2, 5 p. 277[A] quomodo *anima* non corporea esse -itur. CLAVD. MAM. anim. p. 53, 4 FAVST. REI. spir. 1, 6 p. 109, 6 *al.* CONC. Arv. a. 535 p. 68, 17 quod quisque fecisse dignuscetur (*C*, cogn- *rell. cf. p. 1219, 26 sq.*). CASSIOD. in psalm. 86, 1 *templum* a Salomone fabricatum esse -itur. 87, 16. 113, 16 *al.* COD. Iust. 1, 3, 48, 5. 5, 3, 19, 1 NOVELL. Iust. 9, 1. 37, 1 METROL. p. 138, 7 LEX Visig. *passim.*

syn.: ad I: secernere (SEN. clem. 1, 3, 1 PS. QVINT. decl. 8, 12), discernere (SEN. epist. 124, 5 CHAR. gramm. I 48, 5 LACT. inst. 3, 10, 2 AVG. gen. ad litt. 1, 10 p. 16, 13. 12, 1 p. 380, 18), separare (PS. QVINT. decl. 8, 12 VLP. dig. 50, 16, 99, 2), distinguere (HIL. in Matth. 22, 3). *ad II*: animadvertere (FRONTO p. 95, 25 N.), pervidere (PS. APVL. Ascl. 32), intellegere (PS. APVL. Ascl. 32), agnoscere (LAMPR. Alex. 27, 1 ACT. Archel. 20, 2 p. 31, 16), probare (AVG. serm. ed. Mai 55, 1). *ad III cf. p. 1221, 52 sq.*

deriv.: dinoscentia, (in)dinoscibilis. *Graeber.*

dīnōsis *v.* deinosis.

dīnoto, -ātus, -āre *a* dis- *et* notare. *i. q. discernere, dinoscere*: CIC. ac. 2, 57 cum ei (*sapienti*) res similes occurrunt, quas non habeat -atas.

dīnumerābilis, -e *a* dinumerare. *i. qui dinumerari potest*: PS. RVFIN. in psalm. 21, 17 p. 723[A] *ossa* -ia. CASSIOD. in psalm. 150 concl. qui arenam maris, pluviarum guttas ... -i quantitate complectitur.

dīnumerātio, -ōnis *f. a* dinumerare. *in codd. saepius scribitur* den- (*etiam* GLOSS.). *plur. v. l. 21.* *i. q. computatio*, GLOSS. *ἐξαρίθμησις*: RHET. Her. 4, 20, 27 hoc non -e (den- *trad.*) nostra (*sc. syllabarum*) fiet. CIC. rep. 3, 3 -bus noctium ac die⟨rum⟩ (ARNOB. nat. 3, 29). FRONTIN. strat. 2, 10, 1 victos se esse secundum eam -em. SVET. vita Ter. 3 ⟨in⟩ -e (de- *A*) omnium *fabularum*. DON. gramm. IV 369, 17 pes est syllabarum et temporum certa -o (*cf.* CLEDON. gramm. V 30, 9 MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 15). GAIVS dig. 2, 11, 1 itineris. VLP. dig. 4, 6, 38, 1 habita -e temporis. 50, 16, 3 pr. frg. Vat. 162. 163 PAVL. dig. 38, 10, 10, 16. 17 (de- *trad.*). sent. 5, 33, 1. APVL. met. 10, 14 -em adhibebant partium. PS. CENS. frg. 2, 6 CHALC. transl. p. 47[A] comm. 65. 75. DON. Ter. Hec. 531 mensium. Ad. praef. 3, 7 paginarum. LIB. gener. chron. I p. 89, 1 temporum et annorum (AVG. civ. 15, 13. 21. 16, 14 LEO M. serm. 27, 5). FAV. EVL. p. 9, 27. AMBR. fug. saec. 2, 5 cur -o (den- *codd. pars*) et definitio temporis comprehensa. VVLG. II par. 2, 17 post -em *populi*, quam dinumeravit David (SALV. gub. 7, 81). RVFIN. Orig. in num. 21, 1 PS. RVFIN. in Os. 7, 13 p. 1000[A]. *t. t. rhet.*, *ἀπαρίθμησις*: CIC. de orat. 3, 207 *inter figuras orationis, sed* QVINT. inst. 9, 3, 91 quaedam omnino non sunt figurae sicut ordo, -o *eqs.*

dīnumerātor, -ōris *m. a* dinumerare. *i. q. computator*: AVG. in psalm. 55, 10 aucupes verborum, -es paene syllabarum.

***dīnumero,** -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- et numerus, *cf.* numerare. *Th.*]. *in codd. (cf. sub 2 a et supra l. 19) et* GLOSS. *scribitur etiam* den-. GLOSS. *ἀπαριθμῶ* (den- *cod.*). *ἐξαριθμῶ* (den- *cod.; sed cf. infra l. 67*). *καταριθμῶ* (den- *cod.*). -at diligenter numerat. -are diribere. -ans conputans. V 661, 27 -atis diebus *sine interpr. legitur inde a* PLAVTO *et* TER. [*dub.*: APVL. Socr. 23 p. 175.]

i. q. enumerare, recensere, computare: **1** *generatim*: CIC. rep. 2, 29 regiis annis -atis (SEN. epist. 26, 7. GELL. 15, 28, 3 a Q. Caepione et Q. Serrano ... ad *illos coss.* LIB. gener. chron. I p. 90, 22). nat. deor. 1, 2 eorum sententias (QVINT. decl. 263 p. 77, 18. AMM. 20, 11, 30 *opiniones*). off. 1, 154 -are se stellas aut metiri mundi magnitudinem posse. orat. 147 de syllabis propemodum -andis et dimetiendis loquemur. VERG. Aen. 6, 691 tempora (MANIL. 1, 513 saecula. PS. QVINT. decl. 12, 18. CLAVD. 24, 3 tempora ... longae viae. AVG. civ. 18, 12 ab exitu ... usque ad obitum). OV. epist. 14, 80 Danaus generos ex caede iacentes -at. met. 11, 574 noctes. fast. 2, 622 generis ... gradus. SEN. epist. 51, 12. PLIN. nat. 2, 185 nec horas -ari ibi. 4, 43 ita Xerxes ibi -vit exercitum. 7, 131. STAT. silv. 4, 1, 29 -a fastos. QVINT. inst. 6, 1, 3. GAIVS dig. 2, 11, 1 vicena milia passuum in singulos dies. PAPIN. dig. 44, 3, 10, 1 quadriennii tempus. PAVL. dig. 38, 10, 10, 17 personas totidem. EXPLAN. in Don. gramm. IV 533, 8 temporum intervalla (CENS. 21, 5). APVL. Plat. 2, 14 Plato tres amores hoc genere -at, quod sit unus divinus *eqs.* MIN. FEL. 21, 1 TERT. spect. 29. nat. 1, 7 loca (= apol. 8). apol. 1 -ant *malefici* in semet ipsos mentis malae impetus. ITALA gen. 15, 5 (Rufin. Orig. in lev. 5, 2) vide stellas, si -ari possunt a multitudine (*ἀρίθμησον*, VVLG. numera). *sim.* gen. 16, 10 (Lugd.). 32, 12 (Aug. quaest. hept. 1, 102) arenam maris quae non -bitur prae multitudine (*ἀριθμηθήσεται*, Lugd. *et* VVLG. numerari). deut. 16, 9 (Aug. quaest. hept. 5, 25) septem septimanas integras -bis tibi ipsi (*ἐξαριθμήσεις*, Lugd. *et* VVLG. numerabis). Iob 14, 5 (Aug. in Iob p. 840, 17) -ati enim sunt menses eius apud te (*ἀριθμητοί*, VVLG. numerus mensium eius apud te est). 16, 23 anni enim -ati venerunt mihi (*ἀριθμητά*, VVLG. breves anni transeunt). Matth. 10, 30 (cod. g^1. VVLG. num-). CAPITOL. Gord. 25, 2. LIB. gener. chron. I p. 90, 22 parentum -atam generationem. p. 121, 269 hic -vit populum *eqs.* HIL. in Matth. 15, 10 in tot partium milia plebs -ata. *al.* AMM. 22, 14, 2 probra civitatis infesta mente -ans (inn- *V*). VVLG. num. 23, 10 pulverem Iacob. I par. 9, 1 universus ergo Israel -atus est. II par. 2, 17 *v. supra l. 33.* Iudith 2, 7 *al.* PS. RVFIN. in psalm. 43, 4 in catalogo ... -antur septem nationes. PRVD. ham. 36 unus ... princeps numeri est nec -ari tantum unus potis est (*sc. nisi sequuntur duo, tres etc.*). AVG. civ. 11, 7 *al.* MACR. sat. 3, 20, 1 sic Cloatius diversas ficos ... -at (*ibid.* enumerare). SVLP. SEV. chron. 1, 38, 6 *tot* civium milia -ata *sunt*. MART. CAP. 6, 632 universa provincia ... civitates *tot* tota complexione -at. PAVL. PETRIC. visit. nepot. 61 quo *numero dierum* saepe ignaros spes -ata fefellit. NOVELL. Iust. 38 praef. 1 (den- *trad.*). FACVND. defens. 4, 2 p. 611[B] Diodorus vero non -atur, vel,

[L.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

si et ipse subintellegitur, abdicandus. INSCR. christ. Rossi II p. 53, 2 quis vero -et morum documenta tuorum. *absolute*: CIC. Att. 16, 9 centuriat Capuae, -at (*in dilectu copias; alii referunt ad 2 a*). *sq. interrog. indir.*: PACIAN. epist. 1, 1 quanti haeretici emerserint, -are perlongum est. *c. praep.* cum, inter, in *i. q. adnumerare*: ITALA act. 1, 26 (codd. d δ) -atus est cum apostolis (*συγκατεψηφίσθη*, VVLG. annumeratus est cum). PRVD. perist. 11, 234 *diem* annua festa inter -are (ISID. orig. 3, 70. 36 Centaurus Chiron ... inter astra -atus est). PLIN. VAL. 1, 37 in dentium dolore, qui ipse quoque in maximis tormentis -ari potest.

2 *speciatim*: **a** *de pecunia i. q. solvere*: PLAVT. (*A* den- *vel* din- Epid. 468, den- Most. 921; *ceteris locis non extat*; den- *ubique Leo*) Asin. 453 verum istuc argentum tamen mihi si vis -are (den- *codd., item* Epid. 367 meis manibus -vi. din-: Epid. 71. 353 ego resolvi, manibus his -vi *argentum*). Epid. 468 si sexaginta mihi -antur minae (*de A cf. l. 12*, den- *rell.; item* den-: Most. 921. din-: TER. Ad. 915 [*A non extat*; DON. *ad l.* -et dixit quasi multum numeret]). Mil. 74 ut *latronibus* -em stipendium (den- B^1CD, din- B^2 *Gloss. Plac.*). Rud. 1406 mille nummum (den- *codd.*). APVL. met. 2, 13 -atis centum denarium. *cf. etiam l. 3.* **b** *in sententia roganda senatores*: PLIN. paneg. 76, 2 consulti omnes atque etiam -ati sumus. **c** *t. t. mus.*: AVG. mus. 1, 9, 16 appellemus ergo istos *motus inaequales rationales* connumeratos, illos autem -atos.

deriv.: dinumeratio, dinumerator.

dinummius, -a, -um [*a* di- *et* nummus. *Th.*]. *vectigal, quod duobus nummis solvitur* (*pro mercibus advectis*): COD. Theod. 14, 27, 2 (*a. 436*; = COD. Iust. 11, 29, 1) CCCC solidos ex -o vectigali memoratae civitatis (*Alexandrinae*) praecommodari decernimus.

dīnūndino *v.* den-.

[**dinupula**]. *nomen herbae bryoniae*: PS. APVL. herb. 66 Bessi -a dicunt (DIOSC. 4, 182 W. *Δάκοι κινούβοιλα*). *cf.* GLOSS. bryonia -a. discopela.

dīnus *v.* divinus.

diōbolāris, -e [*a διώβολον derivatum. Th.*]. VARRO ling. 7, 64 -es a binis obolis. PAVL. FEST. p. 74 -es meretrices dicuntur, quae duobus obolis ducuntur. FVLG. serm. ant. 32 -es (diovoleres, diovolares, diovalares *trad.*) dicuntur vilissimae meretrices, quae sub parvo stipendio prostant, sicut Pammacius ait: -e prostibolum *eqs. l. 43.* GLOSS. II 53, 14 -es *δνο βονλον* (*διόβολοι, διωβολιοῖοι h, διωβόλον Bücheler*). V 496, 68 -es vilissimae meretrices. PLAVT. Cist. 407 miserae am⟨ic⟩ae, osseae, -es. Poen. 270 servolorum sordidulorum scorta -ia (duob- *codd.*).

diōbolus, -a, -um *cf.* diobolaris. FVLG. serm. ant. 32 (*v. supra l. 38*) nam et Pacuvius similiter ait: non ego ita fui, ut nunc sunt meretrices -ae *eqs.* (*exemplum fictum*).

diocēsis *v.* dioecesis.

[**diocidio**] dispositio vel subligentia GLOSS. IV 229, 33 (diocitio *et* subiacentia *a*). descriptio *et* sub licentia *coni. Warren, sed cf.* dioecesis.

diōctēs operis inpulsor GLOSS. *διώκτης*. *comp.*: ergodioctes.

dioctō *δι' ὀκτώ*. CASSIOD. art. 5 p. 1210[A] diapason symphonia est quae etiam -o dicitur ... fit autem per sonitus octo, unde et nomen accepit.

diodela, -ae *f.* *nomen herbae millefolii*: PS. APVL. herb. 88 Daci *appellant* -am (diodetam *al.*). *cf.* GLOSS. III 559, 54 diodila i. millefolium.

diodeta, diodila *v.* diodela.

dioecēsānus, -a, -um [*a* dioecesis. *Th.*]. *quod ad dioecesin pertinet*: COD. Theod. 16, 2, 23 interpr. (*a. 376*) convocatis ab episcopo -is presbyteris. ISID. epist. 1, 11 -is basilicis.

✖**dioecēsis,** -eōs *f.*, *διοίκησις* (*cf. l. 76*). *apud recentiores scribitur* dioc-. diocis-: CONC. Aurel. a. 538 p. 78, 15 GREG. TVR. GLOSS. diocens- (*cf. p. 1224, 1*): PROVINC laterc. Veron. *sing. genet.* -eos, *sed* -is: CORP. II 1262 INSCR. Revue archéol. 4 sér. XII 1908 p. 444 EVGIPP. Sev. 25, 2 GREG. M. epist. 9, 45. 13, 4. *accus.* -im *et* -in, *sed* -em: GREG. M. epist. 13, 39. *ablat.* -i. *plur. nom. acc.* -es, *sed* -is: CONC. Aurel. a. 538 p. 78, 15. *genet.* -ium: CIC. *dat. abl.* -ibus. GLOSS. -is parrochiis id est adiacens domus vel gubernationibus. diocisa gubernatio (EVCHER. instr. 2 p. 160, 2). diocisus graece, latine terminus vel locus subiectus. in -i parrochia. *cf. etiam l. 48.*

i. q. regio, territorium, pars provinciae: in iure publico (*cf. Kornemann, PW. V 716 sqq.*): CIC. Att. 5, 15, 3 per magistros scripturae et portus nostrarum -ium. 5, 21, 7 mirifica expectatio Asiae nostrarum -ium. 6, 2, 4. epist. 3, 8, 4 omnium illarum -ium, quae cis Taurum sunt, ... magistratus. 13, 67, 1 ex provincia mea Ciliciensi, cui scis *τρεῖς -εις* Asiaticas attributas fuisse. CORP. III 431 proc(urator) ⟨imp.⟩ Caesaris Tra(ia)ni Hadriani ⟨Au⟩g. ad -in Alexandr(iae). XIV 3599 (*cf.* 3600) legato prov. Afric(ae) -eos Carthaginien-(sis). *al.* VLP. frg. Vat. 205 si quis ad urbicam -im pertinens testamento tutor detur. *post Diocletianum pars imperii, complures provincias complectens*: PROVINC. laterc. Veron. 1, 2 -is Orientis habet provincias numero XVIII. 2, 1 -is Pontica *etc.* NOT. dign. or. 2, 1 sub dispositione viri illustris praefecti pr. per Orientem sunt -es infra scriptae. *et passim.* RVF. FEST. 8 in -i Macedonica provinciae sunt septem. AMM. 17, 7, 6 affectatam recens -ensin curans vicaria potestate. FILASTR. 121, 3 Cham (*dat.*) ... omnes Syrias et -in Aegypti Africae Aethiopiae ... distribuit. COD. Theod. 2, 26, 1 (*a. 330*) comitem -eos Asianae. *et saepe.* COD. Iust. 1, 3, 54, 11 antistites sive Africanae -eos ... sive aliarum provinciarum. 1, 52, 1 *al. huc pertinere videtur*: TAB. Peut. 5, 1 (*in Africa*) Presidi diocece. *de episcoporum provincia saepe apud* ECCL., *ex. gr.*: AVG. epist. 133, 3 ecclesia ad Hipponensium Regiorum -im pertinenti. c. Petil. 2, 1, 2 *al.* SVLP. SEV. epist. 1, 10 *al.* LEO M. epist. 157, 2 episcoporum, qui Aegyptiacis -bus praesunt. SIDON. epist. 7, 6, 8 -bus parochiisque. 9, 16, 2 peragratis ...-bus. EVGIPP. Sev. 25, 2 universa -is suae castella.

deriv.: dioecesanus.

dioecētēs, *plur.* -ae *m.*, *διοικητής*. *i. q. procurator*: CIC. Rab. Post. 22 -es fuit regius (*sc. Alexandriae*). 28 id autem (*sc. pecuniam servare*) facere non poterat, nisi -es — hoc enim nomine utitur qui ea *regit — esset constitutus (*cf. Brandis, PW. V 790*). COD. Theod. 14, 27, 1 (*a. 396*; = COD. Iust. 1, 4, 5) archigerontes et -ae ergasiotanorum *Alexandriae.*

diōgmītae, -ārum *m.*, *διωγμῖται*. *i. q. vigiles, custodes* (*cf. Fiebiger, PW. V 784*): CAPITOL. Aur. 21, 7 armavit et -as (*propter penuriam militum*). AMM. 27, 9, 6 adhibitis semiermibus paucis, quos -as appellant, unum grassatorum cuneum ... adoriri conatus *eqs.*

dioncōsis, *acc.* -in *f.*, *διόγκωσις*. CAEL. AVR. acut. exc. 12 p. 706 unum genus *synanches* cum extumentia, aliud sine tumentia: neque enim aliter -in possumus dicere.

diōnymos, -on, *διώνυμος*. GLOSS. -us qui duo nomina habet. DIOM. gramm. I 322, 1 quaedam *nomina* enim inveniuntur ... -a, ut Palaemon Melicertes ..., Numa Pompilius *etc. cf.* PRISC. gramm. II 61, 1. EXPLAN. in Don. gramm. IV 540, 3 -on.

diopetēs [*διοπετής. Th.*]. *genus ranae*: PLIN. nat. 32, 70 ranae, quas -as ... vocant. 32, 139 iecur ranae -is (dioph- *nonnulli codd.*). [*nomen herbae* DIOSC. 4, 88 (*cf. Archiv 10, 36*) *est δίγιτους.*]

? **di⟨opop⟩obalsamātu⟨m⟩** *collyrium* INSCR. ocul. Corp. XIII 10021, 70 (*sed dubia suppletio*).

diopthalmus, *διόφθαλμος*. *qui duos oculos habet*: OROS. hist. 16, 5 noster hic (*Iesus*) mutilus, lēvis in fronte (*i. non cornutus*), -os (dyoptalmus, dyobt-, diobt- *trad.*).

dioptra, -ae *f.* [*διόπτρα. Th.*]. *acc.* -an *l. 43.* *instrumentum opticum* (*cf. Hultsch, PW. V 1074*): VITR. 8, 5, 1 libratur autem -is aut libris aquariis aut chorobate, sed diligentius efficitur per chorobaten, quod -ae libraeque fallunt. PLIN. nat. 2, 176. SORAN. p. 117, 18 scio me retro ad inspiciendam altitudinem mulieris frequentius organi mentionem fecisse, quod Graecitas -an vocat.

diorismos *m.*, *διορισμός*. *t. t. rhet.*: IVL. RVF. rhet. 14 p. 42, 27 aphorismos vel -os descriptio rerum per reprehensionem.

diorthōsis *f.*, *διόρθωσις*. *t. t. rhet.*: SCHEM. dian. 2 p. 71, 8 -is quae latine correctio nominatur.

diōryx, -gis *m.* [*διῶρυξ. Th.*]. *i. q. canalis*: MELA 3, 80 manu factus amnis ... ex Nili alveo -e adductus. VVLG. Sirach 24, 41 ego quasi fluvii -x (*διῶρυξ*; fluvius dorix *cod. A*) et quasi aquaeductus exivi de paradiso. *cf.* PAVL. NOL. epist. 11, 8 gratia ... quasi rivus a fontibus Israel vel *διῶρυξ*, ut scriptum est, a paradiso abundans fluit.

diosatis *v.* dios elacate.

diosbalanos (PLIN. nat. 15, 93 *cf.* CLOAT. frg. Macr. sat. 3, 18, 4), **diosēlacatē** (DIOSC. 4, 60 W. PS. APVL. herb. 4 diosatis. *cf.* GLOSS. III 559, 71), **diospneuma** (PS. APVL. herb. 79), **diospyron** (PLIN. nat. 1, 27, 74 DIOSC. 3, 153 *cf.* 3, 141 W.) *pertinent ad nom. propr.* Zeus.

dioscyamos (PS. APVL. herb. 5) *v.* hyoscyamus.

dios(s)o, dios(s)um *v.* deorsum.

diōta, -ae *f.* [*a gr. δίωτος tractum. Th.*]. *dolium*: HOR. carm. 1, 9, 5 deprome quadrimum Sabina ... merum -a. PORPH. *ad l.* -am amphoram dicit quod ansae eius velut aures sint. *cf.* SCHOL. *ad l.* GLOSS. *ἀμφόριον, οἰνοφόριον*. ISID. orig. 16, 26, 13 amphora vocata quod hinc et inde levetur. haec graece a figura sui -a (dicta *codd. et vulg.*) dicitur, quod eius ansae geminatae videantur aures imitari.

diōvolāris *v.* diob-.

dioxūs, *δι' ὄξους*. *nomen collyrii*: MARCELL. med. 8, 204. INSCR. ocul. Corp. XIII 10021 p. 605 (*scribitur etiam* dioxsus. *nota* 10021, 186 dioxum).

(**dipampinum**) NOT. Tir. 105, 51[a] (*antecedit* pampinum).

dipenthēmimericus, -a, -um, **διπενθημιμερικός*. *t. t. metricorum*: SACERD. gramm. VI 502, 9 dactylicum metrum ... dividitur in species XVII ... pentametras IV: ...-am Archilochiam dactylicam. 512, 10 de metro -o Archilochio pentametro *eqs.* 517, 19.

[**dipheciaca**]. VITR. 1, 2, 4 in ... navibus interscalmio, quae -a (*διάπηγμα Rose, *διπηχναία C. F. W. Schmidt, cf. Krohn ed. praef. p. IX*) dicitur, ... invenitur symmetriarum ratiocinatio.

diphrum tribunal eburneum, in quo consules sedent GLOSS. *i. q. δίφρος.*

diphrygēs *adi. et subst.* [*διφρυγής. Th.*] *acc.* -a *p. 1225, 2.* *nomen metalli, residuum aeris cocti*: CELS. 5, 7 p. 163 exedunt corpus ... hypocistis, -es, sal *eqs.* 5, 8 p. 163. 5, 22, 2. SCRIB. LARG. 227 -is p. (denar.) II. 247. PLIN. nat. 1, 34, 37 de -e. 34, 135 ab ea (*sc. smegmate*) discernitur quam in isdem officinis (*sc. aerariis*) -em vocant Graeci ab eo

[L.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quod bis torreatur; cuius origo triplex *eqs.* 34,136 id quod ex cocto *lapide* supersit, -a vocari. MARCELL. med. 7, 18. 31, 6. DIOSC. 5, 95 difrigus. 5,128 de difrigus. friguus (*sic*) habet tres species *eqs.* 5,150 lapis ipse *pyrites* conbustus a multis difriges appellatur. THEOD. PRISC. eup. faen. 69 -em lapidem tundes. log. 23.

diphth- *v.* dipth-.

diphyēs, -es, *διφυής. adi. i. q. ex duabus partibus compositus*: DIOM. gramm. I 481, 23 -es *pes* ex duabus brevibus et tribus longis, temporum octo. HIER. chron. a. Abr. 880 a Cecrope -e (*cf.* CHRON. Alex. chron. I p. 117, 238 Cecrops qui dipsyis vocabatur . . . quia statura procerus erat). *subst. f. nomen gemmae*: PLIN. nat. 1, 37, 57 -es. 37, 157 -es duplex, candida ac nigra, mas ac femina, genitale utriusque sexus distinguente linea. *nomen herbae callitrichi*: PS. APVL. herb. 48.

diplancistrōdēs, **διπλαγκιστροειδής. instrumentum quoddam medici*: CHIRON 100 venam -e (diplant- *cod.*) inter nervos nimia subtilitate relevabis.

diplangium *v.* diplus.

diplasius, -a, -um, *διπλάσιος. i. q. duplex* (*in mathem. et musica*): VITR. 3, 1, 7 ex duobus numeris simplicibus est effectus *-ov.* CENS. 10, 9 cum chorda duplo maiore pondere tenderetur et esset -on logus (-on locus *codd., διπλασίων λόγος Jahn*). FAV. EVL. p. 16, 15. 16. 17, 24 FVLG. myth. 3, 9 p. 75, 8. MART. CAP. 9, 934 tertia *διὰ πασῶν* ...constat ex ratione -a, hoc est dupli. 9, 951. 952. 977. 980 CASSIOD. art. 5 p. 1210^{A}.

diplē *f., διπλῆ. graece*: CIC. Att. 8, 2, 4 in quibus (*litteris Pompei*) animadvertito illum locum, ubi erit *διπλῆ*. NOT. Suet. gramm. VII 533, 4 notae XXI quae versibus apponi consuerunt: . . . > -e ⩾ -e periestigmene . . . > — -e obelismene. *de usu v.* 535, 3 *sqq.* 536, 4. 6. MAR. VICTORIN. gramm. VI 23, 3 inter duas litteras -en aversam, id est sicilicum, ponite. ISID. orig. 1, 21, 13 *sqq.*

dipleuros, *δίπλευρος. graece*: DON. Ter. Ad. 341 complexio est -os oratoria, in qua utrum concesseris, contrarium tollis *eqs.*

diplinthius, -a, -um [*cf. gr. δίπλινθος. Th.*]. *duorum laterum crassitudinem habens*: VITR. 2, 8, 17 latericii *parietes* vero nisi -i aut triplinthii fuerint *eqs.*

dīplōdo, -sus, -ere *a* dis- *et* plodere. GLOSS. Plac. V 17, 17 = 62, 5 -sa divisa vel separata.

diploē *f., διπλόη.* PS. SORAN. quaest. med. 230 quid est -e? duplicatio.

diplois, -dis *f.* [*διπλοίς. Th.*]. diplu- *v. l. 52.* DVB. NOM. gramm. V 578, 2 diploidis (*tamquam nominativus, qui traditur etiam* PROSP. in psalm. 108, 29) generis feminini ut '-em suam'. diplōide: VEN. FORT. carm. 5, 6, 4. *acc.* -dam: ITALA *infra l. 57.* PORPH. Hor. epist. 1, 17, 25 (*cf.* SCHOL. *ad l.*) duplici panno: vili veste, quam -dem (dupl- *trad.*) veteres dixerunt. *sim.* 1, 17, 30. HIER. tract. in psalm. I p. 196, 4 -is genus est pallii . . . -is ideo quia duplex est pallium (AVG. in psalm. 108, 31 PROSP. *et* CASSIOD. *ad l.*). EVCHER. instr. 2 p. 156, 20 -is in regnorum (*v. l. 57*) sagum chlamys, *ἀπὸ τοῦ διπλοῦσθαι*, ab eo quod duplicetur, et omne indumentum, quo dupliciter ambimur, -is appellari potest (*cf.* GLOSS. -dem duplicem. IV 505, 46 dipluidis sagum vel chlamidis). GREG. M. moral. 9, 68 -em quippe duplum vestimentum vestimus (GLOSS. -de id est vestimentum duplex. *sim.* ISID. sent. 3, 2, 9). ISID. orig. 19, 24, 11 -is Graecum nomen, ab eo quod sit duplex amictus *eqs.* NOVIVS Atell. 72 sine -de (depl- *codd. Noni*, diploma *Bücheler*) a recta grassatur via. ITALA I reg. 2, 19 (Legion.) -dam habebat pusillam (*διπλοΐδα*, VVLG. tunicam). 15, 27 (AVG. civ. 17, 7, *cf.* Legion.) tenuit Saul pinnulam -dis eius (*διπλοΐδος*, VVLG. pallii. *cf.* SVLP. SEV. chron. 1, 35, 7). HEGES. 1, 46, 2 adopertum purpurea -de. VVLG. psalm. 108, 29 operiantur sicut -de confusione sua. Bar. 5, 2 (*in imag.*) circumdabit te deus -de iustitiae. PS. AVG. serm. 199, 2 (= PETR. CHRYS. serm. 91 p. 457^{B}) *Ioannes* legis et gratiae fibula, quae -dem summi sacerdotis sancto patri iungebat in pectore. VEN. FORT. carm. 5, 6, 4 (p. 117, 4) (*in imag.*) -ōide lucis operti *Adam et Eva.* PS. THOM. euang. 6, 7 (*interpr. dub.*). *translate de substrato duplice*: APIC. 4, 134 piperis grana integra adsparge et nucleis pineis adorna, ita ut per singula coria substernas -dem. 4, 135.

diplōma, -atis *n.* (-a, -ae *f. v. p. 1226, 11*), *δίπλωμα.* -ŏ- *v. p. 1226, 11. de formis*: CAPER gramm. VII 109, 8 -a, non duploma (*v. l. 73. p. 1226, 14*) aut duplomum (*v. p. 1226, 15. 21* NOT. Tir. 76, 50). diplomum, diplumum: GLOSS., *ibid.* dipluma, deploma. *de declinatione*: CHAR. gramm. I 42, 33 dicimus enim poematum et poematorum, . . . duplomatum duplomatorum (*neutrum nunc legitur*). *cf.* GLOSS. hoc -a et haec -ta sicut hoc thema et haec themata. *dat. abl.* -bus. *sing. abl.* -a? *v. p. 1226, 11.* GLOSS. *δίπλωμα.* duplicatio. -um duplex. duplicatum. gubernatum (*?*).

i. q. libellus, codicillus commendatorius, praecipue is, per quem quis ius accipit cursu publico vehendi (*cf. Wünsch, PW. V 1158*): [NOVIVS Atell. 72 *v. l. 55*]. CIC. Pis. 90 -ta tota in provincia passim data (SEN. clem. 1, 10, 3 *Augustus damnatos* adeo non occidit, ut dimissis iis, quo tutiores essent, -ta daret). epist. 6, 12, 3 -a statim non est datum . . . se ablaturum -a. Att. 10, 17, 4 de -e adiuvaris *eqs.* SEN. benef. 7, 10, 3 video istic -ta et syngraphas et cautiones *eqs.* TAC. hist. 2, 54 -ta Othonis, quae neglegebantur, laetiore nuntio revalescerent. 2, 65 tamquam . . . eoque -bus nullum principem (*i. nullius principis nomen*) praescripsisset. PLIN. epist. 10, 45 -ta . . . quorum dies praeteriit, an omnino observari et quam diu velis rogo scribas (*cf.* TRAIAN. Plin. epist. 10, 46). 10, 64 festinationem tabellarii . . . -e adiuvi. 10, 120, 1 TRAIAN. Plin. epist. 10, 121. CORP. VI 8622 T. Aelius Aug. l. Saturninus a -bus (*cf.* X 1727 oficiali veteri a memoria et a -bus). VENVL. dig. 45, 1, 137, 2 duplomate usus. SVET. Aug. 50, 1 in -bus libellisque et epistolis signandis. Cal. 38, 1. Nero 12, 1 -ta civitatis Romanae. Otho 7, 1. AVR. Fronto p. 15, 17 N. navibusne an equis an -bus facit haec tam velocia stativa. TERT. apol. 25, 6 o nuntios tardos, o somniculosa -ta! CARM. epigr. 484, 3 (*Carthagine*) diplŏmă (*abl.*) circavi (*cf. Bücheler ad l.; Wölfflin, Archiv 3, 559. 11, 418*) totam regione(m) pedestrem. MOD. dig. 48, 10, 27, 2 qui se pro milite gessit ...vel falso duplomate vias commeavit. DECRET. centon. Sentin. (CORP. XI 5749 *a. 261*) 13 *illos* iam pridem patronos per duplomum a numero n(ostro) cooptatos. CAPITOL. Pert. 1, 6 sine -bus cursum usurpaverat. SYMM. epist. 5, 38 -tis sacri (*i. imperatorii*) tarda perlatio. MACR. sat. 1, 23, 14 consulunt deum missis -bus consignatis (*ibid.* codicilli). SIDON. carm. 7, 400 rumor, succincto referens -e *seq. acc. c. inf.* CORP. IX 2826 (*saec. VI*) -tis annotationem exhiben⟨tis⟩. PAPYR. Marini 114 alio dyplomum (*abl.*) vacuali. *sim.* 118.

deriv.: diplomarius, diplomatarius.

diplōmārius, -a, -um [*a* diploma. *Th.*]. *i. qui diploma fert*: CORP. XV 7142 tabellaris (*voc. sing., ut videtur*) -ari discede. *cf. Hirschfeld, Verwaltungsbeamte² p. 200 n. 6.*

diplōmatārius duplicator GLOSS. (*trad. etiam* diplumatarius, diplomaxarius). *a* diploma.

diplōmum *v.* diploma.

***?* diplum,** -ī *n. nomen herbae*: VEG. mulom. 2, 92, 4 -i unc. III (depli *ed. pr.*, bdellii CHIRON 309).

diplūs *adi., διπλοῦς. i. q. duplex*: THEOD. PRISC. eup. faen. 37 amurca in -o angio (*i. ἀγγείῳ.* diplangio, deplangio *al.*) cocta. log. 101. *cf. gr. δίπλωμα i. vas duplex.*

dipnoicus *v.* dyspnoicus.

***?* dipnoidon** i. lactuca agrestis GLOSS. III 560, 26.

dipodia, -ae *f., διποδία. acc.* -an, -am *l. 44. t. t. metricorum*: DIOM. gramm. I 502, 16 regiones pedum sunt quinque: thesis arsis basis synzugia -a . . . basis synzugia -a in tetrasyllabis constat, sed . . . -a in paribus. 504, 14 huic metro ternario si accesserit quarta -a, fit versus quadratus. 504, 22 in triplicem autem feritur -an *trochaicum metrum.* 505, 22 *sqq.* 506, 2. 519, 37 VLT. SYLL. gramm. IV 225, 9. MAR. VICTORIN. gramm. VI 42, 13 in -a facta coniugatione binum pedum. 47, 5. 53, 19 metra quaedam . . . binis *pedibus*, quam -am vocaverunt, scandi moris est. 55, 14. 61, 1. 70, 15. 75, 26. 80, 4 per -as id scandere. 162, 25. 164, 21 FORTVN. gramm. VI 281, 2 PS. BASS. gramm. VI 305, 6. 306, 5 SACERD. gramm. VI 500, 31. 501, 1. 519, 5.

dipondius *sim. v.* dupondius. **dīpōno** *v.* depono *p. 576, 27.*

diprax qui perdit sermones et aliud hinc inde aliud defert GLOSS. differax *Löwe*, prodit *et* differt *Götz, qui etiam cogitat de* difrax *et* dapax.

dipsacos, *acc.* -on *f., διψακός. nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 27, 47. 27, 71 -os folia habet lactucae bullasque spinosas in dorsi medio *eqs. cf.* DIOSC. 3, 11 PS. APVL. herb. 26 (*nomen herbae chamaeleonis*). 63 (*dictamnus cf.* GLOSS.). *nomen morbi*: ORIBAS. syn. 9, 56 quam *pussionem* aliqui vero diabitem, alii -on vocant. *nomen serpentis*: ORIBAS. eup. 2, 1 E 12. *cf.* dipsas *et* GLOSS. IV 227, 41. 329, 23 depraces genus serpentis.

dipsas, -dis *f., διψάς. acc. plur.* -das: SIL. 3, 313 AMM. 22, 15, 27. dipsa: GLOSS. III 492, 11. SOL. 27, 31 *pars codd. cf. l. 73.* ADNOT. Lucan. 9, 610 nomen a siti (*cf.* 9, 718. 743). ISID. orig. 12, 4, 13 -s genus aspidis, qui latine situla dicitur, quia quem momorderit, siti perit. 12, 4, 32 -s serpens tantae exiguitatis fertur *eqs.* GLOSS. serpens. serpens intolerabilis. genus *vel* nomen serpentis (serpentium). V 408, 35 genus serpentis est intolerabilis; quando percusserit hominem, siti moritur ipse homo *eqs.* CELS. 5, 27, 7 si cerastes aut -s aut haemorrhois percussit. LVCAN. 9, 610 in mediis sitiebant -des undis. 9, 718. 738. 754. 851. PLIN. nat. 23, 152 serpentium venenis resistunt *folia lauri illita*, maxime sepos, -dis et viperae. 32, 46. SIL. 3, 313 atro rabidas effervescente veneno -das immensis horrent Garamantes harenis. MART. 3, 44, 7 -s medio perusta sole. SOL. 27, 31 -s siti interficit. AMM. 22, 15, 27. VVLG. deut. 8, 15 in qua (*solitudine*) erat . . . scorpio ac -s (ITALA Lugd. sitis, *δίψα*). CLAVD. 15, 151. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 32. *huc pertinet* NOT. Tir. 113, 28 dibia *et l. 57.*

dipsȳchia, -ae *f., διψυχία. i. q. dubitatio*: HERM. Pal. mand. 9, 10 haesitatio quae et -a est. 9, 11 -a autem terrenus spiritus a diabolo est, quia vires non habet. 9, 12 -a abstine. 10, 1. 2.

dipsȳchus, *δίψυχος. i. q. dubius, haesitans*: HERM. Pal. mand. 10, 2, 2 ille qui -us est. 11, 1 qui -i sunt. 11, 2.

dipsyis *v.* diphyes. **diptamnus** *v.* dictamnus.

diptarmicē (DIOSC. 2, 148) *v.* ptarmice (DIOSC. 2, 162 W.).

dipteros, -on *adi., δίπτερος. t. t. archit.* (*cf. Degering, PW. V 1162*): VITR. 3, 2, 1 aedium autem principia sunt, e quibus constat

[L.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

figurarum aspectus, et primum in antis..., deinde peripteros, pseudodipteros, ⟨-os⟩, hypaethros. 3, 2, 7 -os autem octastylos ... duplices habet ordines columnarum. 3, 2, 8. 3, 3, 8 -i aedis symmetria. 7 praef. 15 columnarum circa -on collocationem.

diptheriae, -ārum *m., διφθερίαι.* VARRO rust. 2, 11, 11 *pellis caprinae* usum apud anticos quoque Graecos fuisse apparet, quod in tragoediis senes ab hac pelle vocantur -ae (-pth- *A*).

dipthonga *v. l. 34.*

***dipthongus** (-os), -ī *f.* [*δίφθογγος. Th.*]. *de aspiratione v. W. Schulze, Orthographica II (ind. lect. Marp. 1895) p. XXII sqq XXX. formae: nom.* -us: PRISC. gramm. II 51, 13 VLT. SYLL. gramm. IV 264, 3 DON. gramm. IV 369, 10 *al.* -os: TER. MAVR. 428 FIN. METR. gramm. VI 230, 6 SERV. *acc.* -um *et* -on. *passim apud* GRAMM., *ex. gr.*: CHAR. gramm. I 12, 12 naturā longae syllabae aut ex una producta vocali sunt ... aut ex duabus iunctis, ut ae vel oe, quas Graeci -os vocant (*cf.* 14, 21 geminae vocales quas Graeci -os vocant. VLT. SYLL. gramm. IV 219, 25 duplicatis vocalibus. 258, 3 duabus iunctis. MAR. VICTORIN. gramm. VI 26, 26. 30, 17. 32, 4 MALL. THEOD. gramm. VI 586, 25 TER. MAVR. 379). DIOM. gramm. I 427, 14 *sq.* PRISC. gramm. II 37, 10 i quoque apud antiquos post e ponebatur et ei -um faciebat. 51, 13 nulla -us. VLT. SYLL. gramm. IV 245, 7 aliquando naturaliter longa est paenultima -i ratione, ut 'taedet'. SERV. gramm. IV 423, 32 y et i in graecis nominibus -us est, ut 'Harpyia' (SERV. Aen. 3, 226). POMP. gramm. V 115, 12 plane scire debere -os longas esse; sunt autem apud Latinos quattuor usitatae *eqs.* 298, 1 graeca enim -us est ai. TER. MAVR. 390 *sqq.* SERV. Aen. 1, 257 omnia quae apud Graecos *ει* -on habent, apud Latinos in e productum convertuntur (3, 108). 1, 316. 3, 354 aulaï pro aulae: et est diaeresis de Graeca ratione veniens, quorum 'ae' -os resoluta apud nos duas syllabas facit. 4, 82 'maeret' per -on 'est tristis'; nam aliter (*sc. meret*) militiam significat (*sim.* GLOSS. V 554, 35). *cf.* 5, 69. 117 *ei* -os Graeca est. 10, 24 quam nos u habemus, illi (*Graeci*) -on habent *ov.* MART. CAP. 3, 279. 288 (*cf. l. 35*). *f.* dipthonga *adi. et subst.*: MART. CAP. 3, 275 cum -ă (*sic codd.*) repperitur *vocalis.* 3, 277. 278. 280 -a *cod. β* (-us, -i *rell.*). ISID. orig. 1, 16, 2 -ae syllabae Graeco nomine dictae *eqs.* GLOSS. V 286, 43 -as duae litterae sunt vocales.

diptōtos, -on, *δίπτωτος. t. t. gramm.* (*lat.* bipartita forma CHAR. gramm. I 150, 21): CHAR. gramm. I 309, 14 -a intelleguntur ea, quae singulari numero casu tantum nominativo et vocativo similiter efferuntur ceteris deficientibus, ut Iuppiter (ISID. orig. 1, 7, 33). PRISC. gramm. II 188, 3 -a sunt quae duos diversos casus habent tantum. DON. gramm. IV 377, 24 SERV. gramm. IV 433, 30 POMP. gramm. V 184, 37. CONSENT. gramm. V 351, 21 quo fit, ut formae casuales sint sex: monoptotos, -os ... hexaptotos.

diptychium, -ī *n. a* diptychum *deminutive.* AVG. c. Faust. 15, 4 p. 421, 10 nec -o miserabili dicacitate reprehenso movearis. p. 422, 13 in illo -o lapideo. p. 422, 22. 15, 6 p. 428, 18.

diptychum, -ī *n., δίπτυχον. singularis v. l. 55. adi.* diptychus *v. l. 68.* GLOSS. -a duae tabulae. -a sunt tabulae. tabellae quas ferimus. **1** *generatim*: SCHOL. Iuv. 9, 35 quamvis blandis te epistulis et -is sollicitet. ISID. fid. cath. 2, 14, 5 et non quidem foris in lapideis -is (*ut decalogus*), sed intrinsecus in tabulis cordis. *in imag. de crustis ostreorum*: AMBR. hex. 5, 8, 22 si quando ostreum ...-um illud suum aperiat. **2** *speciatim*: **a** -a *magistratuum*: COD. Theod. 15, 9, 1 pr. (*a. 384*) exceptis consulibus ordinariis nulli prorsus alteri auream sportulam, -a ex ebore dandi facultas sit. 15, 9, 1, 1 sit sportulis nummus argenteus, alia materia -is. SYMM. epist. 2, 81, 1 ut eius (*filii*) nomine -a et apophoreta suscipere dignemini. 2, 81, 2 auro circumdatum -um. 5, 56 -um candidati. 5, 119. **b** *catalogi episcoporum*: EPIST. pontif. 665 Thiel Gelas. 27, 8 numquid omnes imperatoris nomen ex -is abstulerunt. AVELL. p. 472, 15 nec debere in -is eorum nomina recenseri. p. 606, 21 abrasis eorum de -orum inscriptione vocabulis. p. 654, 7 in sacris -is recitare. p. 708, 7 sacrorum -orum recitatione. VICT TONN. chron. II p. 190, 480, 9 *illorum* nomina de -is tollit. CASSIOD. hist. 10, 19. 25 VEN. FORT. carm. 10, 7, 36 nomina vestra legat patriarchis atque prophetis, cui hodie in templo -us edit ebur.

deriv.: diptychium.

diptychus *v. l. 68.* **dipundius** *etc. v.* dupond-.

?dipygnus, ***δίπυκνος?** (*Putsch, δίζυγος Keil; utrumque parum probabile*). SACERD. gramm. VI 532, 7 de dimetro -o hypercatalectico: anapaesticum dimetrum -um hypercatalectum fit hoc modo: dactylo, spondeo, duobus dactylis, syllaba.

dipyrēnum, -ī *n., διπύρηνον. instrum. chirurg.*: CAEL. AVR. acut. 3, 3, 18 -o immisso. *cf.* GLOSS. III 207, 63 (*rubr.* de ferramentis medicinis) dypirinos dipirinis.

dipyrus, *δίπυρος. i. q. bis ustus*:- MART. 4, 47, 1 encaustus Phaethon tabula tibi pictus in hac est: quid tibi vis, -um qui Phaethonta facis?

dīra *v.* dirus. **dīradio** *v.* disraro.

dīrādo, -sī, -ere *a* dis- *et* radere, *cf.* derado. *i. q. atterere*: CASSIOD. var. 11, 40, 7 ut superducta retia eius *piscis* tergum frustra -serint. *L.*

[dīrapio] *v.* diripio. **dīrāro** *v.* disraro.

dircaea, dircion *v. nom. propr.* Dirce. **dīrē** *v.* dirus.

dīrēctāneus (-a, -um) *a* directus. *cf.* in directum *p. 1255, 20 sqq. adi.*: BENED. reg. 17 qui psalmi -i sine antefana (*i. antiphona*) dicendi sunt. *inde subst. m.* (*sc. psalmus*): AVRELIAN. reg. mon. p. 393[C] ad lucernarium *dicatur* -us parvulus, id est 'regna terrae, cantate deo' *eqs. ibid. iterum.* p. 394[B. C]. 395[B] *bis* (*item* reg. virg. p. 403 *sqq.*). p. 393[D] ad matutinos *paschales* -um 'exaltabo te' (p. 394[D] reg. virg. p. 403[D]. 405[B]). *opp.* antiphona, canticum in antiphonas. *n.* **dīrēctāneum** *pro adv.*: CAES. AREL. reg. mon. 21 post hoc dicant matutinos (*sc. psalmos*) -um, 'exaltabo te, deus meus et rex meus' *eqs.* (*opp.* in antiphonas). *adv.* **dīrēctāneō**. CAES. AREL. reg. mon. 21 perfectis missis dicite matutinos -o, 'exaltabo te' *eqs.*

dē(dī-)rēctārius, -ī *m.* [*orig. inc. a* se dirigere *derivatum esse putat* VLP. dig. 47, 11, 7 *cum aliis, a* dierectus *Rudorff, Abhdl. d. Berl. Akad. 1865 p. 280 sq. Th.*]. *Hitzig, PW. V 1666. forma: praeter* DOSITH. *l. 27 et* GLOSS. III 179, 36. 251, 61 *traditur* de-. GLOSS. II 44, 35 *ὁ εἰς τὰς ἀλλοτρίας ἔνεκεν τοῦ κλέψαι εἰσερχόμενος οἰκίας.* 44, 53 *θυρεπανοίκτης* (III 179, 36. 251, 61), *ἐπεισπηδητής, κατάρατος.* II 576, 24 certus latro in aliena domo furans. 40, 46 -i (def- *cod.*) *εἰσπηδησιῶνες* (lib. de officio proconsulis). VLP. dig. 47, 11, 7 saccularii ... item qui -i appellantur, hoc est hi, qui in aliena cenacula se dirigunt furandi animo, plus quam fures puniendi sunt *eqs.* 47, 18, 1, 2 saccularii et -i (*δερεκτάριοι Basilic.*, deretractarii *FV*, detractarii, -torii *al.*). PAVL. sent. 5, 4, 8 cuius domus introitur ab his, qui vulgo -i appellantur. DOSITH. gramm. VII 425, 15 criminor -um.

dīrēctē *v.* dirigo *p. 1255, 58.*

dīrēctiangulus, -a, -um [*a* directus *et* angulus; *cf.* rectiangulus, *ὀρθογώνιος. Th.*]. MART. CAP. 6, 712 secunda species (*εὐθυγράμμου τετραπλεύρου*), quae -a est, non aequilatera, et dicitur *ἑτερομήκης.* tertia aequilatera est, non tamen -a, et dicitur *ῥόμβος.*

dīrēctilīneus (-a, -um) [*a* directus *et* linea, *cf.* rectilineus. *Th.*]. MART. CAP. 6, 710 quando ... aeque intra se tenent angulum lineae et directae fuerint, -us dicitur angulus et graece *εὐθύγραμμος.*

dīrēctim *v.* dirigo *p. 1256, 59.*

dērēctio, dīrēctio, -ōnis *f. a* derigere, dirigere. *forma*: de- *traditum* (*omnes loci pertinent ad notionem, quae est sub I 1*): VITR. (*semel* di- *codd.*: 1, 6, 12) 1, 6, 1 *HS* (*item* 1, 6, 8). 4, 3, 6 *GH.* 7, 1, 4 *H.* 7, 3, 5 *codd.* (*item* 7, 3, 6). HYG. grom. p. 134, 2 (*v. infra l. 67*) CASSIAN. inst. 5, 15 *G*[1] GLOSS. II 317, 27. *significatio*: GLOSS. *εὐθύτης. in litteris e graeco conversis praeter εὐθύτης* (VVLG. psalm. 44, 7 virga -is. 98, 4 parasti -es [PSALT. Rom. *al.* aequitatem]. 118, 7 [= sap. 9, 3] in -e cordis) *est i. q. κατόρθωσις*: ITALA psalm. 96, 2 (cod. Veron., Aug. in psalm. 96, 5) iudicium -o sedis eius (PSALT. Rom. VVLG. correctio). *κατόρθωμα*: THEOD. MOPS. in Phil. 1, 11 p. 204, 10 (*plur.*). *σχοῖνος vel σχοινίον*: ITALA psalm. 138, 3 (Hil. in psalm. 138, 9, Psalt. Rom., Cassiod. in psalm. *l. c.*) semitam meam et -em meam (ITALA Aug. in psalm. *l. c.* Prosp. in psalm. *l. c.* limitem; VVLG. funiculum). *legitur inde a* VITR. *plur.: ap.* VITR. 6[ies] *(semel sing.), alias non nisi* VVLG. *l. 43* THEOD. MOPS. *l. 46* MART. BRAC. *l. 52.* [*sensu dubio*: MART. BRAC. sent. patr. 39 discretio -es sunt animae, *fort. cf. c.* VVLG. psalm. 98, 4 *v. supra l. 43.*]

I ***strictiore sensu:*** **1** *tractus, ductus conveniens lineae, regulae, normae sim.* (*cf.* SERV. auct. Aen. 4, 251 'riget'... recta est: unde et rigorem dicimus -em). **a** *sensu abstracto* (*accedit* ad *infra l. 60*): VITR. 1, 1, 4 euthygrammi ⟨et⟩ circini ... usum, e quo maxime ... aedificiorum in areis expediuntur descriptiones normarumque et librationum et linearum -es. 1, 6, 1 arearum divisiones platearumque et angiportuum ad caeli regionem -es. 1, 6, 8 convertendae sunt ab regionibus ventorum -es vicorum (1, 6, 12 -bus vicorum et platearum). 4, 3, 6 viarum -es (*i. canaliculorum triglyphorum. aliter sensu translato*: CASSIAN. conl. 13, 8, 4 *deus* salutaris viae -em demonstrat errantibus). HYG. grom. p. 134 *territoria observantur* aliquando summis montium iugis et divergiis aquarum, aliquando limitibus ..., aliquando ipsius divisionis (*sc. agrorum*) -e (derectione *G*, defictionis *B*, definitione *Blume*). CHALC. comm. 258 cum ... in directum rigorem utriusque oculi visus ferantur, erat consequens dexterioris visus -e partes dexteras tangi sinistrique item sinistras. CASSIAN. conl. 1, 5, 1 (*in descriptione tela ad σκοπόν dirigentium*) qui (*σκοπός*) si forte ab eorum fuerit subtractus intuitu ..., excidisse se ... ab illius disciplinatae lineae -e non sentient. *ibid.* quantum a -e discesserint. *cf.* 1, 7, 4 desideratum finem linea certae -is attingere. *conveniens libellae*: VITR. 7, 1, 4 (*de pavimentis struendis*) coagmentorum compositio planam habeat inter se -em. **b** *sensu concreto*: **α** *t. t. architecturae: genus operis tectorii subsequens trullissationem* (*i. q. nostrum 'ebener Abputz'; syn.* derectura *p. 1230, 12*): VITR. 7, 3, 5 parietes quam asperrime trullissentur, postea autem supra, trullissatione subarescente, deformentur -es harenati, uti longitudines ad regulam et ad lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur *eqs.* 7, 3, 6 cum ab harena praeter trullissationem non minus tribus coriis fuerit deformatum, tunc e marmore graneo (grandio *codd.*, granio *epit.*) -es sunt subigendae *eqs.* **β** *linea directa*

[Dittmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*nota Graecorum σχοῖνος latine redditum per* -o *p. 1228, 47*): APVL. mund. 1 a *polis* veluti a cardinibus -o quaedam profecta (*δι' ὧν εἰ νοήσαιμεν ἐπεζευγμένην εὐθεῖαν*) axis est dictus.

dilatata notione (*plane i. q. nostrum 'Richtung'*): CORP. IX 2826 (*aet. Gothorum, non extat*) pecuaria regali derelicto transitu tramite devio arbitrali -e transferre.

2 *actio dirigendi i. collineandi*: CASSIAN. conl. 1, 5, 1 (*cf. l. 30 sqq.*) signum, quod vel peritiam -is probet vel arguat pravitatem. inst. 5, 15 teli.

3 *actio dirigendi i. curva ad rectum revocandi*: GREG. TVR. Mart. 2, 31 in manus . . . -e (*syn.* erectione pedum; *antecedunt*: manus . . . contracta dirigitur). vit. patr. 15, 3 p. 723, 2.

II ***latiore sensu:*** **1** *notiones a verbo* dirigendi *originem ducentes*: **a** *actio dirigendi i. ad destinatum finem convertendi, promovendi*: *α aliquid, aliquem: accedente* ad: QVINT. inst. 3, 6, 30 coniectura dicta est a coniectu, id est -e quadam rationis ad veritatem. *fine non indicato* (*sed ex sensu Christiano supplendo*): Ps. RVFIN. in psalm. 39, 3 (*ad* 'direxit gressus meos') -em gressuum (GREG. M. in Ezech. 1, 9, 4). FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 9 (*ad* psalm. 36, 23 'a domino gressus hominis dirigentur') gratiam benevolendi... divinae largitatis -e donari. CASSIOD. in psalm. 36, 24 dirigimur plane, cum sine erroribus ambulamus. sed quo nos ducit ista -o? *adde*: AVG. serm. ed. Mai 9 erit nobis -o ipse dominus. ipse est enim sana -o (*i. rectae viae praeceptio*). *ibid. saepius.* *β semetipsum*: RVFIN. Orig. in num. 16, 7 p. 697^{A} (*ad* I reg. 6, 12 'direxerunt boves in via [*i. processerunt in directum; κατεύθυναν, cf. p. 1250, 82*] et non declinaverunt ad dextram aut ad sinistram') praescientiam hanc, quae de boum -e praedicta est. PAVL. NOL. epist. 44, 3 Christus, ut -is tuae cursum ad stabilitatem suam ducat, ventos et maria tibi placans videtur. CASSIAN. conl. 1, 4, 4 in hac destinatione (*σκοπῷ*) defigentes nostrae -is obtutus velut ad certam lineam cursum rectissimum dirigemus (*ibid. iterum*). **b** *actio dirigendi i. mittendi*: *α -o hominum, i. q. delegatio, dimissio*: CLAVD. DON. Aen. 10, 238 -em *equitum* poeta non descripsit, sed hinc intellegitur facta. *β vocis, epistulae: accedente* ad: PRISC. gramm. III 202, 21 vocis -e non solum ad eos, quos videmus, sed etiam ad illos, ad quos vox nostra potest pervenire etiam absentes. *fine non indicato*: ENNOD. epist. 2, 4 p. 43, 16 uberrimi . . . -e colloquii (*i. epistulae*). 6, 28, 2 paginarum. 8, 8, 1 paginae.

2 *notiones e substantivorum graecorum significatu originem ducentes*: **a** *cf. c. graec.* *εὐθύτης* (*cf. p. 1228, 42*): *α i. q. ratio recte vivendi*: HIER. hom. Orig. in Ier. 11 p. 848 (*ad* Ier. 15, 11 'dirigentibus eis' [*κατευθυνόντων αὐτῶν*]. *cf. p. 1251, 7*) postulat -em atque virtutem. VVLG. Is. 57, 2 requiescat in cubili suo, qui ambulavit in -e sua. IV Esdr. 6, 32 vidit . . . -em tuam (*syn.* pudicitiam). *β i. q. aequitas*: RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 74^{C} distinguit *Salomo* iustitiam veram a -e iudicii (*cf.* prov. 1, 3 *δικαιοσύνην ἀληθῆ καὶ κρίμα κατευθύνειν*, VVLG. iustitiam et iudicium et aequitatem). *γ i. q. rectum, iustum* (*opp.* perversitas: PAVL. NOL. epist. 12, 9): PAVL. NOL. epist. 2, 3 p. 11, 25 informa nos ad regulam -is. 12, 9 p. 81, 22 (*v. supra l. 49 sq.*) in -e, in qua docemur (*cf.* 37, 7 p. 323, 4 in -e doctrinae tuae). 18, 4 p. 131, 20 in viis -is ostendit se *Christus*. SALV. gub. 7, 40 gressum -is.

b *i. q. ad iustum revocatio, cf. c.* *διόρθωσις* (*et notione sub I 3 proposita*): AVG. quaest. hept. 7, 29 hyperbata, quorum -e, cum verba ad ordinem redeunt, sensus explanatur. *incertum an huc pertineat*: RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 129^{B} hic interim mihi videtur esse ordo sermonum ipsorum verborumque -o (*cf. antea* historicus sensus . . . hoc videtur ostendere). *dubites, an potius sit aut i. q.* '*interpretatio*' (*cf.* dirigo *p. 1239, 65 sqq.*) *aut i. q.* '*intentio*', *conferendum c.* *στοχασμός*.

synonyma: ad I 1 a: rigor. *ad I 1 b α*: derectura. *ad II b α*: delegatio, dimissio. *ad II 2 a β*: aequitas. *ad II 2 a γ*: rectum, iustum. *oppposita: ad II 2 a*: perversitas, pravitas.

dīrēctitūdo, -inis *f. a* directus. *i. q. status rectitudinis*: CASSIOD. in psalm. 101, 30 (*ad* 'semen eorum in saeculum dirigetur') quoniam quae *opera fidelium* ibi (*in mundo*) suscepta fuerint, in aeterna -e collocantur, ubi nihil pravum, nihil potest esse distortum.

1. dīrēctō *adv. v.* dirigo *p. 1255, 75.*

2. dīrēcto, -āre *a* dirigo, directus. *i. q. dirigere*: VIRG. gramm. epit. 2 p. 7, 12 H. litera ab ipsis . . . cerae caracteribus usque ad quassorum compositionem hosce ordines -at: *eqs.*

3. (dīrēcto) dērēcto, -āre *a* de *et* rectus, *cf. c.* dehonestare *sim.* *efficere, ut aliquid non iam rectum sit*: OP. imperf. in Matth. 20 p. 747 nec enim potest mens humana -are (di- *trad., ut videtur*), id est extra rectum facere, scilicet perversum vel malum ostendere, quod sapientia divina dictavit.

dīrēctor, -ōris *m. a* dirigere. **1** *i. q. rector*: IREN. 3, 25, 1 necesse est . . . ea, quae providentur et gubernantur, cognoscere suum -em (rectorem *al.*). **2** *t. t. rei militaris* (*fort. cf. c.* dirigere tela *sim.*): NOT. dign. occ. 40, 26 praefectus numeri -um (*inter* praef. numeri exploratorum *et* praef. numeri defensorum). *cf. Böcking II p. 870 sq.*

dīrēctōrius, -a, -um [*a* dirigere. *Th.*]. *subst.(?) f.* **dīrēctōria,** -ae *sc. linea. instrumentum, ut videtur, fabrorum* (*syn.* regula): RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 102^{A} regulam quandam directam ponamus esse aequitatem, ut, si quid in nobis iniquitatis est, hanc adhibentes et superducentes -am mandatorum dei, si quid in nobis curvum, si quid tortuosum est, ab huius regulae linea resecetur. *subst. n.* **dīrēctōrium,** -ī *i. q. iter devectionis praescriptum*: COD. Theod. 14, 15, 3, 1 (*a. 397*) urbani . . . usus frumenta, si quando vel fortuna vel ratio in Africae coegerit residere litoribus, attingere nullus audeat aut mutatis -is quoquam praeter sacram urbem praescripti ullius innovatione transmittere.

dē(dī-)rēctūra, -ae *f. a* derigere, dirigere, directus. d e -: VITR. 7, 3, 5 FRONTIN. aq. 18. *t. t. architecturae*: **1** *genus operis tectorii* (*syn.* derectio *v. p. 1228, 76 sqq.*): VITR. 7, 3, 5 (*praecedunt ea quae sub* directio *p. 1228, 78 enotata sunt*) subarescente iterum et tertio inducatur. ita cum fundatior erit ex harenato -a, eo firmior erit ad vetustatem soliditas tectorii. **2** *t. t. artis aquarum ducendarum i. q. ductus directus librationi conveniens*: FRONTIN. aq. 18 veteres humiliore -a perduxerunt *aquas*, sive nondum ad subtile explorata arte librandi seu quia ex industria infra terram aquas mergebant. **3** *t. t. artis gromaticae* (*quid sit parum liquet*): GROM. p. 336, 24 (*in descriptione casae quae per S nomen habet*) ipsum terminum et ipsum locum -a trifinium facit.

dīrēctus, -a, -um *v.* dirigo *p. 1251, 20.* [*Dittmann.*

diremptio, -ōnis *f. a* dirimere. *i. q. separatio, discissio*: [CIC. Planc. 14 *v.* diribitio.] VAL. MAX. 4, 7 pr. *cognationis* -o non (*Kempf*, directione *codd.*) utique iniquitatis, altera (*sc. amicitiae*) utique levitatis crimini subiecta est. SERV. Aen. 4, 431 coniugii. COMMENT. Lucan. 5, 767. HYMN. Ambros. I 33, 10 ut noctibus vel lumini -is terminum . . . dares. AVG. civ. 3, 17 plebs in Ianiculum hostili -e secesserat. 13, 2 p. 557 cum anima corpori sic fuerit copulata, ut nulla -e separentur. p. 558. 20, 22 p. 463 quo (*iudicio ultimo*) fiet -o bonorum et malorum (20, 30). lib. arb. 3, 23, 70 *opp.* unitas. fid. et op. 16, 28 c. Parm. 1, 7, 12. 3, 4, 23 c. Petil. 1, 25, 27 un. bapt. 11, 19 epist. 87, 1. 144, 3 *opp.* societas.

diremptor, -ōris *m. a* dirimere. *is qui dirimit*: AVG. doctr. christ. 2, 20, 31 amicitiae. ORIENT. carm. app. 2, 37 pravique bonique -r.

diremptus, -ūs *m. a* dirimere. *i. q. diremptio*: CIC. Tusc. 1, 71 est . . . interitus quasi discessus et secretio ac -us earum rerum, quae *eqs.* *L.*

dīrēpo *v.* derepo.

direptio, -ōnis *f. a* diripere. GLOSS. *διαρπαγή* (ITALA Lugd. num. 14, 3. 31 ITALA Is. 42, 24 [Filastr. 79, 3] VVLG. Tob. 3, 4. *cf.* ITALA IV reg. 17, 20 [Cypr. epist. 69, 6] dedit eos in -em [*ἐν χειρὶ διαρπαζόντων*]). *καθαρπαγή. exprimitur ἁρπαγή*: NOVELL. Iust. 17, 5 pr. (*infra l. 80*). *cf.* VVLG. I Macc. 13, 34 actus . . . per -em . . . gesti (*ἦσαν ἁρπαγαί*). *ἀφαίρεσις*: CASSIOD. Ios. antiq. 17, 14 (p. 504, 19 Bas.) aerarii anathematumque -o. *legitur inde a* CIC., *non apud poetas praeter* IVVENC. 2, 618 facilis . . . -o praedae. *pluraliter saepe* (*inde a* CIC.).

3 *de rebus*: **a** *de rebus corporeis vel eis, quarum diritas maxime ad sensus pertinet*: *α generatim de aspectu*: LVCR. 2, 421 colores ... qui foeda specie di⟨ri *suppl. Lachm.*⟩ turpesque videntur. PLIN. nat. 16, 50 similis his ... aspectu est ... taxus: minime virens gracilisque et tristis ac -a. SIL. 11, 52 spectacula (RVFIN. hist. 2, 26, 2 -o hoc et tam atroci spectaculo). 17, 603 talis, miserabile visu, prostratis facies aperitur -a maniplis (STAT. Theb. 10, 556 -a intus facies *i. aspectus*). AMM. 19, 8, 6 aspectum. 29, 5, 38 inaestimabilium turmarum specie -a. *β de caelo, tempestate, flamma sim.*: VERG. georg. 1, 488 nec -i totiens arsere cometae (AVIEN. Arat. 594). GERM. frg. 4, 81 -ae ... grandinis (4, 115. *cf.* HOR carm. 1, 2, 1 *p. 1268, 78*). 4, 101 nimbis. SEN. Ag. 495 fulmen (AVIEN. orb. terr. 520 OROS. hist. 4, 1, 17. *cf. I A*). nat. 3, 27, 10 luminis (VAL. FL. 3, 132 SIL. 1, 467. STAT. Theb. 9, 802 ferri). PLIN. nat. 2, 91 -a *stella* (*sc. cometes*). 18, 365 tempestates (QVEROL. p. 29, 5). VAL. FL. 2, 235 taedas. SIL. 1, 595 Boreae -um furorem (*cf. p. 1273, 15*). 17, 409 -a flagrantia lumina (*i. oculi*) flamma. STAT. silv. 4, 6, 79 incendia (*cf. p. 1273, 35*). AVIEN. Arat. 663 frigus. 1811 vis -a procellarum (MART. CAP. 9, 908 procella). PS. AMBR. laps. virg. 3, 9 caligo. *γ de locis, terris, mari, aqua sim.* (*cf. p. 1270, 46. 64*): VERG. Aen. 7, 22 litora *Circes.* OV. trist. 3, 3, 5 regione. Pont. 2, 8, 47 Germania (CLAVD. 26, 568 Britannia). SEN. Herc. f. 226 stabula ... Bistonii gregis. Phoen. 121 *Sphingis* sedes (STAT. Theb. 8, 241 -a ... in sede latentem Oedipoden). PLIN. nat. 10, 34 bubo ... deserta incolit nec tantum desolata, sed -a etiam et inaccessa. SIL. 3, 488 *Alpium* iugis (STAT. Theb. 2, 557 *Sphingis*). 6, 149 domus *serpentis.* STAT Theb. 3, 138 canitiem impexam -a tellure volutans. silv. 3, 5, 72 montis (*sc. Vesuvii*). TAC. hist. 2, 70 protritis arboribus ac frugibus -a vastitas. SYMPH. 286 latebris. AVIEN. orb. terr. 659 -a (dura *codd.*) Ceraunia. 892 gurgitis. AVSON. Mos. 292. AVG. civ. 19, 12 speluncae. ORIENT. comm. 1, 493 portus (fluctus, motus *coniec.*). CORIPP. Ioh. 2, 5 -aque munivit *Maurus* (*i. -a munimina struxit*). *c. abl.*: PLIN. nat. 4, 42 oppidum ... Diomedis equorum stabulis -um. 5, 71 Asphaltiten lacum -um natura. *de aris sim.*: OV. met. 13, 452 *Polyxena* -o ... fit hostia busto. LVCAN. 3, 404 altaribus. CLAVD. 18, 20 aras. *δ de instrumentis, armis*: OV. am. 1, 12, 18 carnifici -as praebuit illa *arbor* cruces (SIL. 1, 165 -o suspensum robore *sc. cruce*). VAL. FL. 7, 555 -i ... grave robur aratri. OCTAVIA 369 ensem (LVCAN. 8, 677). VAL. FL. 4, 148 caestus. SIL. 8, 155 ferro. MART. 9, 70, 3 armis. *c. inf.*: SIL. 4, 282 -am vel portas quassare trabem. *ε de cibis*: OV. met. 6, 663 dapes. VAL. FL. 4, 106 pabula (STAT. Theb. 12, 566). *ζ de tabe, sanguine sim.*: OCTAVIA 512 -a tabe polluto foro (PLIN. nat. 33, 99. LVCAN. 1, 615 rutilo -um pro sanguine virus. 9, 698 -os ... fero de sanguine rores. APVL. apol. 50 *tabis* -um fluxum). LVCAN. 1, 444 sanguine (STAT. Theb. 6, 350). VAL. FL. 7, 562 *hospitis abominandi* cruores (SIL. 3, 315 cruorem). STAT. Theb. 7, 70 aspargine. 10, 311 liquor. *η de sonitu*: VERG. Aen. 3, 228 *harpyiarum* vox taetrum -a inter odorem (OCTAVIA 855 voce -a. SIL. 4, 260. 11, 341 RVFIN. hist. mon. 1 p. 399^{C} PASS. Barth 7 p. 147, 1. *aliter infra l. 81*). 7, 520 bucina. CVLEX 220 -is flagrant latratibus ora *Cerberi.* OV. met. 7, 597 mugitus. PETRON. 122, 138 stridore. *v. p. 1270, 57.* SIL. 7, 325 clamorem. STAT. Theb. 2, 290 sibila. QVEROL. p. 30, 16 clangoribus *anserum.* CLAVD. 3, 35, 6 -o ... ore. *ϑ de odore sim.*: GRATT. 79 volture -us ab a⟨t⟩ro (*?*) turbat odor silvas. PLIN. nat. 6, 30 odoris. 7, 64 9, 92 *v. p. 1271, 41* QVEROL. p. 46, 7. RVFIN. hist. 1, 8, 7 his ... omnibus doloribus fetor -ior (SVLP. SEV. chron. 1, 16, 7). hist. mon. 29 p. 453^{C} odoris -issimi.

b *de rebus incorporeis* (*interdum i. q. δεινός*): *α de factis nefariis, horrendis* (*nota* laudis *infra l. 82*): TRAG. inc. 240 (MAR. VICTORIN. gramm. VI 149, 12. *exempl. fict ?*) struunt sorores Atticae -um nefas (VERG. Aen. 4, 563 SEN. Herc. O. 1232 1350 Med. 931 VAL. FL. 2, 567 SIL. 8, 177 *al.*). OV. met 2, 589 crimine. 3, 625 caede. *v. p. 1273, 38 sqq.* 6, 210 -o ... facto (6, 533 factis. 8, 531 IVV. 13, 193). 10, 426 -os ... amores (*filiae patris concubitus expetentis.* 10, 470 utero). 14, 99 natae -a in periuria linguae. VELL. 2, 119, 4 -i auctor exempli (APVL met. 2, 8. 10, 6). SEN. Phoen. 218 (*versum damnavit Wilam.*) scelera (VAL. FL. 3, 172 STAT. silv. 2, 7, 104). Oed. 20 toros (*incestu pollutos, cf.* STAT. Theb. 11, 637 cubili *Iocastes*). Tro. 582 -as mali doloris artes (SIL. 14, 216 *Perillus* -ae conditor artis. STAT. Theb. 11, 468 -aeque Prometheos artes. *aliter* SEN. Med. 576 *v. p. 1270, 51*). LVCAN. 2, 180 morem ... nefandae -um saevitiae *eqs.* (SIL. 16, 537 is genti mos -us erat). 5, 372 tam -i foederis ictu. PLIN. nat. 37, 192 -a mendacia magorum. VAL. FL. 6, 591 fraudibus. 7, 299 voces *nefaria suadentis.* SIL. 8, 384 *Scaevolae* -ae caelatur laudis honora effigie clipeus. 14, 102 *tyrannum* miscentem turpia -is. STAT. Theb. 12, 548 noxae. IVV. 8, 119 tam -ae praemia culpae (13, 106). APVL.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

met. 5, 26 tam -um facinus (AMM. 14, 1, 1. 15, 13, 2. 28, 3, 3. 30, 1, 1. 30, 5, 1 SVLP. SEV. chron. 1, 29, 4 *al.* AMM. 29, 5, 23 hoc ut -um vituperant et asperrimum. RVFIN. hist. 9, 6, 4 ut longe saeviora prioribus et -iora patrarentur. VEREC. in cant. 2, 25 reatu...-iore. *β de cupiditate, furore sim.*: LVCR. 4, 1046 -a lubido (SEN. Phaedr. 206. 981 OCTAVIA 300 PERS. 3, 36). 1090 cuppedine. VERG. georg. 1, 37 nec tibi *apud inferos* regnandi veniat tam -a cupido (SERV. auct. *ad l.* -a...pro magna vel vehemens. VERG. Aen. 6, 373 [*i. insana et explebilis.* SERV. cupiditas ex deorum ira veniens; aut certe magna]. 6, 721 lucis. 9, 183 [SERV. magna]. MANIL. 4, 539 cibi. SEN. Thy. 953 flendi. AVG. civ. 14, 5). Aen. 2, 519 quae mens tam -a...impulit (*alii ad I referunt.* SERV. -a modo proprie; -a enim est infusa ex deorum ira. *aliter p. 1271, 68*). VAL. MAX. 4, 3 pr. his tam -is vitiis. CELS. 1 pr. p. 8, 7 D. crudelitate. SEN. Ag. 590 vitae -us amor (LVCAN. 1, 355 ferri). Phaedr. 131 spei. 567 furor (COMM. apol. 872 DRAC. Romul. 10, 573. *cf. etiam p. 1272, 24*). Thy. 349 -i mala pectoris. clem. 1, 1, 3 ostentandae ... potentiae -a ... gloria (*i.* κενοδοξία). dial. 4, 35, 6 affectus (*sc. ira*). LVCAN. 4, 705 voluptas. 7, 51 rabies (STAT. Theb. 1, 589 canum. AVSON. Mos. 292 *v. p. 1272, 37*). MART. 12, 53, 7 rapacitatis. IVV. 15, 32 feritas. APVL. met. 8, 11 impetu. AVIEN. Arat. 1176 incendia. AMM 29, 5, 23 hoc ut -um vituperant et asperrimum. AVG. civ. 21, 3 cupiditatem (22, 26). *de fame sim.* (*cf. supra l. 10*): VERG. Aen 3, 256 -a fames. OV. met. 8, 845. 11, 371. IVV. 15, 9, 6 -a obsidionis egestas. RVFIN. hist. 2, 8, 1. 3, 5, 7. *cf.* LEO M. serm. 33, 4 illam -iorem omni inedia famem (*i. veritatis inopiam*). *γ de bello, rapinis, persecutionibus sim.*: VERG. Aen. 1, 293 -ae claudentur Belli portae (SERV. auct. abominandae. CARM. de mens. 1, 1 -a patet Iani Romanis ianua bellis). 10, 50 hunc ... -ae (durae *R*) valeam subducere pugnae (AVG. civ. 3, 19). 11, 217 bellum (LVCAN. 3, 150 SIL. 3, 229. 6, 227. *cf.* LVCAN. 3, 370 contagia belli -a). PROP. 2, 9, 49 non ob regna magis -is cecidere sub armis Thebani ... duces (MART. 9, 70, 3). 2, 30, 22 praemia (*sc. bello capta*). VAL. MAX. 9, 2, 1 proscriptionis. SEN. Tro. 783 Marte (*v. p. 1270, 40*). LVCAN. 3, 312 proelia (7, 689 SIL. 8, 300. 17, 397). VAL. FL. 8, 399 ut ... alius lueret tam -a incendia (*i. bella; cf. p. 1272, 25*) raptor. SIL. 4, 5 motus. MART. 11, 41, 5 rapinae. QVINT. decl. 347 p. 368, 25 bonorum meorum -a populatio. APVL. met. 8, 11 impetu. RVFIN. hist. 5 pr. 1 persecutiones ...-issimae. CLAVD. 8, 313 Neronis funera. *de caede*: OV. met. 3, 625 -a...pro caede (13, 551. 15, 802 trist. 4, 4, 63 SEN. Tro 255 SIL. 5, 206). *δ de religione, ritibus sim.*: VERG. Aen. 8, 350 iam tum religio pavidos terrebat agrestes -a loci (SERV. magna. SERV. auct. admirabilis). CVRT. 4, 3, 23 superstitio. LVCAN. 5, 372 tam -i foederis. SIL. 1, 102 -os templi ritus (TAC. ann. 16, 8 sacrorum ritus). SVET. Claud. 25, 5 religionem ...-ae immanitatis. *ε de dolore, vulnere, suppliciis sim.*: VERG. Aen. 11, 273 -a meorum supplicia (SEN. Med. 461 Phoen. 539 APVL. met. 9, 20 IVST. 18, 4, 14. AMM. 15, 3, 7 quaestionum suppliciorumque species -as. *aliter p. 1271, 84*). OV. met. 3, 694 tormentis. 9, 179 cruciatibus (PLIN. nat. 11, 208). VAL. MAX. 1, 8 ext. 2 -um malignumque vulnus. SEN. Herc. O. 1176 -us o nobis pudor. PLIN. nat. 36, 10 maeror. VVLG. II Macc. 9, 5 dolor (ἀνήκεστος). SACR. Leon. p. 395 -arum atrocitate poenarum. *ζ de morte, exitu*: VERG. Aen. 11, 56 nec sospite -um optabis nato funus pater (*cf.* LVCAN. 4, 231 pro -a pudoris funera!). 12, 924 exitium -um hasta ferens (*cf. infra l. 77*). TIB. 1, 10, 4 -ae mortis (SEN. Herc. f. 56 [$A E^2$, dur- $E^1 \Sigma$]. Herc. O. 928 [Tro. 783 morte -a; Marte -o *Peip.*]. OCTAVIA 322 HIL. hymn. 3, 8. FILASTR. 132, 7 -o mortis interitu. OROS. hist. 5, 15, 14 mortis facies DRAC. laud. dei 2, 267 *aliter p. 1269, 37*). SEN. Med. 614 exitu. Oed. 180 -a novi facies leti (LVCAN. 3, 651 -i ... leti facies). LVCAN. 5, 764 -i fax summa rogi. SIL. 7, 652 -o casu ... amici (*cf. infra l. 78*). VVLG. sap. 3, 19 nationis ... iniquae -ae sunt consummationes (χαλεπὰ τὰ τέλη). CORP. XI 6926 o genesis, o -a dies suprema iacenti. *η de morbis sim.*: VERG. Aen. 11, 792 haec -a ... pestis (*metaph. de Camilla, item* SEN. Med. 355 pestes *de Sirenibus. cf. infra l. 68. 71*). HOR. carm. 2, 2, 13 crescit indulgens sibi -us hydrops. OV. met. 7, 523 lues (15, 626 VAL. FL. 2, 291. 6, 399 SIL. 5, 623. 12, 385. 16, 622 STAT Theb. 1, 601 AMM. 30, 2, 11). SEN. clem 1, 25, 2 ille -us animi morbus (*sc. crudelitas*). SER. SAMM. 200 oculis -a caligine pressis. 696 languore. 776 pestis (860 MART. CAP. 1, 18). SVLP. SEV. Mart. 16, 2 -a paralysis aegritudine. *accedit ablat.*: SER. SAMM. 128 est elephans morbus tristi quoque nomine -us (*cf. p. 1271, 77*). 860 sunt ... -ae vulnere pestes. *ϑ de pavore, terrore sim.* (*cf. p. 1270, 43*): HOR. epod. 13, 10 levare -is pectora sollicitudinibus. CVLEX 200 formidine. AMM. 31, 1, 3 *v. p. 1270, 60.* 31, 13, 8 pavoribus. *ι de calamitatibus, rebus adversis* (*cf. supra l. 62*): SEN. Herc. O. 832 cladis. 1253 malum (Oed. 330 mala). Tro. 424 prosperis rebus locus ereptus omnis, -a (dura *Bentl.*) qua veniant habent. OCTAVIA 128 naufragia. SIL. 2, 487 exitium ... Sagunti (650 casus. *cf. supra l. 69*). IVV. 12, 26 sortis eiusdem (*sc. naufragii*) pars -a (APVL. met. 4, 33 sortis). 15, 104 urbibus ... -a atque immania passis. TAC. hist. 5, 17 captivitatem clademque et -a omnia obversari *Romanis.* APVL. met. 2, 14 tam -am, immo vero Vlixeam peregrinationem. TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 557, 28 haec fieri tam atrocia, tam -a. AMM. 24, 1, 11 acciderat aliud ... -um. VVLG. Sirach 38, 16 -a passus (δεινὰ πάσχων). AVG. civ. 1, 12 quamvis ... haec in conspectu hominum dura et -a videantur (cur. mort. 2, 4 *cf. p. 1269, 46*). 3, 17 huius mali tam -a calamitas. PASS. Petr. 3 se ... etiam -iora (duriora, deteriora *al.*) per eum pati. *accedit dativus*: AMM. 24, 4, 20 nihil erat pro salute currentibus metuendum aut -um. INSCR. christ. Rossi II p. 127, 6, 12 vincebat lacrimis omnia -a suis. *de labore*: OCTAVIA 622 -um laborem Sisyphi. CARM. epigr. 850, 1 dírós ... labóres. *de tempore* (*cf. p. 1273, 61*): IVV. 4, 80 temporibus (10, 15). *ϰ de potestate, imperio*: PLIN. nat. 2, 21 imperia -a in ipsos ... irrogant. SIL. 14, 33 post -um Antiphatae sceptrum. STAT. Theb. 5, 324 subeo (*Hypsipyle*) — pro -a potestas — exangue imperium et maestam sine culmine Lemnon. *de iussis*: VAL. FL. 5, 659 iussa ... tyranni. SER. SAMM. 1003 quidam *medici* -a iubent. ALC. AVIT. carm. 2, 157.

c *de oratione, plerumque neutr. plur.* (*cf. p. 1269, 70. l. 26*): VERG. Aen. 9, 611 talia iactantem dictis ac -a canentem (OV. met. 10, 300 -a canem). 10, 571 -a frementem (*cf.* SEN. Herc. O. 1679 *l. 23.* dial. 5, 3, 6 ira -um quiddam atque horridum stridens. 5, 4, 2 labra ... -um quiddam exsibilantia. SIL. 2, 563 *mortui imaginem per somnium conspectam* -a sonantem. 4, 378 -a fremunt). SEN. Herc. O. 1456 -as ... irarum minas. dial. 3, 20, 4 illa -a et abominanda *vox* 'oderint, dum metuant'. SIL. 9, 27 urnae -a minanti (PAVL. PELL. 362 Gothos ... mihi -a minari). 11, 221 murmur.

acc. neutr. sing. -um (*plur. l. 26*) *pro adv.*: SEN. Herc. O. 1679 -um fremens (Oed. 961 *cf. etiam l. 16*). SIL. 2, 616 Tisiphone ...-um insonuit Stygio ... flagello. 2, 671 ubi inferni -um tonat aula parentis. ALC. AVIT. carm. 2, 132 -a micant oculi (5, 405 -um micat ignis). 5, 98 -um frendens Pharaonis conscius ardor.

structurae: accedit dativus: p. 1271, 10, ablativus: p. 1271, 15. 1271, 41. 1272, 7. infinitivus: p. 1272, 47. supinum: AMM. 27, 7, 8 illud accedebat dictu -um et factu. PRVD. apoth. 1 -a relatu dogmata.

adv. **dīrē** (*superlat. l. 34 sqq.*) *i. q.* ***atrociter***: SIL. 7, 295 -e summa pendebat cuspide cassis. CASSIAN. inst. 5, 2 per ignem vitiorum -issime nostras exurentium mentes. PALLAD. hist. mon. I 10 p. 286[A] -issime daemon urgebat. PASS. Petr. 17 -issime (durissime *A*) a quodam ... flagellatus. -e sentire: SCHOL. Stat. Theb. 4, 516 -e sentiunt qui eum (*deum*) interesse nefandis artibus actibusque magicis arbitrantur.

deriv.: diritas, praedirus. *cf. nom. propr. Tafel.*

dīrutio, -ōnis *f. a* diruere. *i. q. destructio*: CORP. XI 4770 (*Spoletii*) domu(m) Tettiana(m) ex dirution(e) restit(uerunt). ORIG. in Matth. 18, 59 per ipsam -em ingressus fur diripit eam.

dirythmus, -um [*δίρρυθμος. Th.*]. *i. q. duobus rythmis constans*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 96, 22 bacchiacum igitur -um sive dimetrum acatalectum.

1. dīs *v.* dives *et nom. propr.* Dis.

2. dis- (**dī-, dir-**) [*praepositio antiquitus, ut videtur, non nisi in cps. adhibita, varias in variis linguis mutationes subiit, cf. theodisc.* zur-, zir-, zer-, *saxon.* ti-, te-, *got.* dis-, *gr.* διά, *ind.* nis- '*ex*'. *verbum goticum* twis-standan '*discedere*' *suspicionem movet cognationis cuiusdam cum adverbio* dvis, bis (*q. v.*). *cf. Stolz, Archiv f. lat. Lexicogr. XIII 99 sqq. Th.*]. CHAR. gramm. I 198, 8 -s pro valde ... 'disputet', ... 'distaedet'. PRISC. gramm. II 298, 19 'di' etiam praepositio est et '-s' et praepositio est. III 29, 11 quaedam *praepositiones* numquam separantur, ut 'con, re, di, -s'. 56, 16 et 'di' quidem et '-s' eandem significationem habent, quomodo 'ab' et 'abs'; sunt autem separativae, ut 'divido' *etc. v. p. 938, 77.* VLT. SYLL. gramm. IV 253, 18 -s praepositio brevem syllabam habet *eqs.* VEL. gramm. VII 64, 21. 65, 5 *sqq.* CASSIOD. gramm. VII 163, 8 *sqq.* 205, 18 GRAMM. suppl. 158, 24. SERV. Aen. 11, 381 -s separantis est *eqs.* GLOSS. *v. p. 938, 78. 83.*

?disafexis. FVLG. myth. 3, 10 p. 74, 19 quamvis de his rebus, quas musici -is (dixafexis *v. l.*) dicunt, ... multa faciat *cithara.*

disalia *v.* dysalia.

disamo, -āre *a* dis- *et* amare. *i. q. valde amare*: FRONTO p. 43, 4 N. litterulas tuas -o.

?disarestia. FVLG. myth. 3, 6 p. 68, 23 Aristofontes Athenas in libris, qui -a (*Διὸς ἀρεστεία Plasberg*) nuncupantur.

discalceātus, -a, -um [*a* dis- *et* calceare, calceatus. *Th.*]. *scribitur etiam* discalciatus. disculc-: *v. l. 70. 74 sqq. i. q. sine calceis*: SVET. Nero 51 (-culci- $M^1 Q$, *v. Ihm, praef. p. LI*) sine cinctu et -us. ITALA II reg. 15, 30 (Legion. marg.) et ipse ibat -us (ἀνυπόδετος, VVLG. nudis pedibus). VEG. mil. 3, 10 securos, inermes, -os (disculcios *al.*). ITALA Ambr. epist. 58, 4 nudus et -us (VVLG. Is. 20, 2. 3. 4; 3 -culci- *Amiat.* [2. 4 *om.*]). VVLG. deut. 25, 10 domus -i (disculciati *Amiat.*, exculciati ITALA Lugd.). HIER. epist. 77, 5 -is pedibus. VITAE patr. 3, 217. LEX Sal 58 discinctus, -us (disculciatus, discalcius, disculcius. *al.*). GREG. M. dial. 4, 30 p. 369[B] ISID. orig. 7, 6, 60. 61. *inde verbum* **discalceo,** -āvī, -āre. *scribitur etiam* discalcio. DIOM. gramm. I 378, 31 calco ... inculco, ... calcio disculcio. GLOSS. ὑπολύω (disculc- *codd.*). HIER. epist. 121, 4 (*in imag.*) -emus nos pelle litterae nudisque pedibus *eqs.* nom. hebr. p. 75, 21 Petrus dissolvens vel -ans. AVG. serm. 339, 5 (*in imag.*) cum tibi caliga mala et constricta nocuerit, sedes, -as te. PS. AVG. serm. 19, 5 -batur et expuebatur in faciem. GREG. M. dial. 3, 20 -a me.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

past. 1, 5 ORIG. in I reg. 6 p. 1002[A] *syn.* excalceo. ISID. in exod. 7, 4 in iud. 9, 6.

discalcius (-culcius) *v. p. 1274, 73. 77.*

discapēdino, -āvī, -āre [*a* dis- *et* 2. capedo. *Th.*]. *i. q. distinere*: APVL. flor. 3 p. 11 primus Hyagnis in canendo manus -vit.

discapillo, -ātus, -āre *a* dis- *et* capillus. *i. q. capillos distrahere, scindere*: LEX Burg. lib. const 33, 1 si qua mulier . . . a quocumque . . . in via innocens -ata fuerit aut detracta.

discar(r)ico, -āvī, -āre [*a* dis- *et* carricare. *Th.*]. GLOSS. -a (discarruta *trad.*) solve carrum, id est ondhlelth (*anglosax., i.* 'entlade'). *i. q. carrum exonerare*: LEX Sal. 27, 11 si fenum exinde ad domum suam duxerit et discaregaverit. 27, 14 PS. VEN. FORT. vita Med. 7, 22. *L.*

***discēdo,** -cessī, -cessum, -cēdere. *a* dis- *et* cedere. *de prosodia litterae* e *perfecti cf.* cedo *vol. III p. 719, 79. de formis: perf. per syncopam*: PLAVT. Asin. 251 -cesti. VEN. FORT. Mart. 4, 352 -cesse. *perf.* disced-: CORP. VIII 9747. ITALA act. 13, 13 (cod. d). EPIST. pontif. 292 (*a. 404*) Migne 20 p. 486[C] (*cf. p. 1285, 80 sq.*). disceduerunt: GLOSS. IV 56, 17. V 451, 38 (*cf.* 497, 12). *part. perf.* (*cf.* decedo *p. 120, 51 sq.*): CAEL. hist. 32 -ssis (*v. p. 1277, 62*). *cf.* PRISC. gramm. II 483, 26 multa . . . a vetustissimis . . . sunt prolata participia praeteriti a neutralibus verbis ut a . . . -o -ssus ὁ ἀναχωρήσας (566, 20). 512, 20 illa . . . obsoluerunt: '-o -ssus', hoc est 'qui -ssit' *cqs.* dic-: GREG. TVR. Franc. 3. 17 p. 126, 8. scedo (*an pro* secedo? *sed cf. p. 1308, 79*): GLOSS. V 623, 40. *notatur*: dis: CORP. VIII 9840. 21573. 21574. disc: CORP. VIII 9862. 9870. disct: CORP. VIII 21738 (*a. 530*). dicest: CORP. VIII 21806. discess: CORP. VIII 21760. disces: CORP. X 7971. dissit: CORP. VIII 21637 (*a. 410*). 21728 (*a. 361*). *adde errores orthographicos*: discesit: CORP. V 6196 (*a. 403*). VIII 21680 (*a. 469*). 21726 (*a. 428*). 21740. discesi: CORP. VIII 21748. dissesit: CORP. VIII 21801. syscessit: CORP. VIII 21701. *de origine et significatu*: VARRO ling. 6, 38 praeverbiis mutatis additis atque commutatis aliud atque aliud fit: ut enim . . . incessit et excessit, sic successit et decessit, ⟨-ssit⟩ et concessit. ASCON. Corn. p. 56, 25 St. (*v. p. 1276, 57 sqq.*). NON. p. 99 -ere hiare, dividi, distendi (*cf. p. 1276, 29 sq.*). ISID. diff. 1, 12 abscedit, quod a parte qualibet se subtrahit; quod vero a medio dividitur, -it. 1, 155 -ere per divortium dicimus, abscedere per absentiam, secedere per singularitatem, decedere per mortem (*cf. infra I A 2 a*). GLOSS. ἀφίσταμαι ἀπαλλάττομαι. disvado. decedit et -it ἀποχωρεῖ, ἀναχωρεῖ, ὑποχωρεῖ, ὑφέλκει (*cf. p. 119, 56*). abscedit, recedit. -e ἀπόστηθι. -ssit ἐξεχώρησεν, ἐξέστη. recessit, ambulavit. discedueruntdissenserunt, recesserunt. disc⟨ed⟩itur dissentitur. -entibus abeuntibus. *legitur inde a* PLAVTO *et* TER. *frequentant* OV. (*52ies*) LIV. (*51ies*) SEN. trag. (*73ies*). [*persaepe in codd. confunditur cum* descendere (*cf. p. 641, 60*): *praeter locos sub* descendo *allatos legendum videtur* descend- *his locis*: AETNA 378 (*cf. Sudhaus ad l. p. 162, 14*). LVCAN. 4, 126 descendit (discessit *codd.*) ab astris umor et ima petit quidquid pendebat aquarum. TAC. Agr. 21 paulatim . . . descensum (*sic Pichena*, discessum *codd.*) ad delenimenta vitiorum, porticus et balineas et conviviorum elegantiam. AMM. 14, 2, 6 superati periculose per prona descendunt (*sic recte Bentley,* discedunt *cod.*). 14, 6, 4 iam . . . vergens in senium (*sc. populus*) . . . ad tranquilliora vitae descendit (-ssit *codd.; fort. autem referendum est ad p. 1287, 60 sqq.*). CASSIOD. var. 3, 51, 11 ad inanes contentiones sic descenditur (*E A*, disceditur *vulg.*), tamquam de statu periclitantis patriae laboretur. *item loci dubii vel corrupti*: VARRO frg. Non. p. 525, 16 CIC. Att. 2, 16, 4 (*cf. Boot ad l.*) CAES. Gall. 7, 78, 1 (*p. 649, 56*; disced- *α*, descid- *β*) civ. 1, 5, 3 (*p. 649, 58*; discess- *codd.*) CALP. ecl. 7, 69 (*p. 1284, 78 sq.*). PETRON. 80, 1. ITALA Matth. 14, 13 (cod. k) discessit (ἀνεχώρησεν. *cf.* 2, 13; *aut per errorem pro* discessit *aut per correcturam* secessit *legendum est*). HYG. astr. 4, 14 p. 118, 9 longo -ente intervallo (*corrigend.* dissidente, *cf.* 3, 10. 39). AMM. 14, 6, 13. 21, 9, 4.] *ex coni. legitur*: VARRO ling. 6, 38 (*cf. supra l. 34*). ASCON. Corn. p. 56, 25. 26 St. (*p. 1276, 59. 61*). CARM. epigr. 673, 8 (*cf. p. 1284, 45 sq.*).

I PROPRIE.

ubicumque verbum vel proprio sensu vel notione propria paulum evanescente (p. 1281, 71 sq.) ponitur, notio dissolutionis praevalere solet formis impersonalibus (*cf. p.* 1276, 22) *et pluralibus* (*cf. veluti p. 1277, 30. 58 sqq.*).

A vi praepositionis integra: **1 *dissolvitur unitas vel societas quaedam*** *i. q. in diversas partes cedere*: **a** *de animantibus*: *α de hominibus*: ① *generatim*: CIC. inv. 2, 132 cur certo tempore conveniant, certo -ant. Quinct. 25 tabulae . . . consignantur, -itur (Cluent. 37. *cf.* Tull. 20. Sest. 74 creditum est; -ssum est. CAES. civ. 3, 87, 7. APVL. met. 2, 11 his et talibus obgannitis sermonibus inter nos -ssum est. SVLP. SEV. dial. 3, 18, 5 [*in exitu dialogi; cf. l. 80 sq.*]). Verr. 5, 85 *senatus* commotus perturbatusque -it. Caecin. 45 ut statim testificati -rent, ⟨cum⟩ optime sponsionem facere possent. fin. 4, 80 quae cum essent dicta, -ssimus (*similiter in exitu dialogi*: Att. 9, 18, 1 TAC. dial. 42 MIN. FEL. 40, 4. *adde supra l. 77*). ad Q. fr. 2, 1, 3 (*de senatoribus*) repente magna querimonia omnium -ssimus. CAES. Gall. 5, 17, 5 *v. p. 1276, 22 sq.* 5, 58, 7 omnes Eburonum et Nerviorum quae convenerant copiae -erunt. NEP. Eum. 8, 3 longe . . . inter se -erant. Them. 4, 4 si *hostes* -issent, maiore cum labore . . . bellum confecturum, cum singulos consectari cogeretur. VERG. Aen. 12, 696 -ssere omnes medii spatiumque dedere. OV. met. 13, 899 coetu . . . soluto -unt placidisque natant Nereides undis. LIV. 33, 15, 3 haec tria diversa (*cf. l. 46 sqq.*) agmina -ssere (*cf.* STAT. Ach. 1, 555 laxantur coetus resolutaque murmure laeto agmina -unt). SEN. dial. 3, 5, 2 *homo* congregari vult, *ira* -ere. PETRON. 96, 6 non -unt ocius nequissimi servi manusque continent a rixa? HOMER. 279 post haec (*i. foedere icto*) -it (descendit *al.*) uterque depositis populus telis. 632 Troum Danaumque catervae. STAT. Theb. 1, 93 -it inane (*i. umbrarum*) vulgus et occursus dominae (*i. Tisiphonae*) pavet. PLIN. epist. 9, 6, 7 *opp.* coire. ITIN. Alex. 25 -entibus his (*sc. spatium dantibus incursui curruum falcatorum; syn* in latera densati). LAMPR. Alex. 54, 3. AVSON. 426, 12 *ille et ille* congressi, ut dimicarent, . . . facta armorum permutatione -unt. DARES 19 utrique se invicem remuneraverunt et amici -erunt. AMM. 29, 1, 4 partium -ssere ductores etiam tum discordes *eqs.* *sensu mediali fere i. q. dissolvi*: CIC. ad Q. fr. 2, 3, 5 s. c. factum est, ut sodalitates decuriatique -rent. *ibid.* qui non -issent, ea poena, quae est de vi, tenerentur. *indicatur unde*: a: VARRO Men. 303 ⟨a⟩ quo (*sc. silicernio*) pransi -entes dicimus alius alii vale. CAES. Gall. 7, 2, 3 a concilio -itur. ex: CAES. Gall. 5, 17, 5 ex hac fuga . . . quae undique convenerant auxilia -erunt (*cf. l. 32 sq.*). *adv.*: HOR. sat. 1, 1, 18 hinc vos, vos hinc mutatis -ite partibus. *indicatur quo (nonnulla, velut infra l. 43, possunt referri ad I B): accus.*: TAC. hist. 2, 78 haud dubia destinatione -ssere *ille* Antiochiam, *ille* Caesaream (*aliter* AMM. 26, 5, 4 *ille* Mediolanum, Constantinopolim *ille* -ssit. *v. p. 1280, 58 sq.*). in (*adde etiam transl.* TAC. ann. 1, 49 *p. 1284, 67 sqq.*): SISENNA hist. 57 armati . . . ⟨magis⟩ magisque in latitudinem -unt (NON. p. 99 *ad l.* -ere hiare, dividi, distendi). CIC. Catil. 3, 29 in vestra tecta -ite. CAES. Gall. 5, 39, 2 milites, qui lignationis munitionisque causa in silvas -issent. 7, 88, 7 reliqui ex fuga in civitates -unt (*cf. supra l. 22 sq.*). LIV. 26, 42, 2 quoniam in tres tam diversas regiones -issent Punici exercitus (IVLIAN. dig. 38, 1, 23, 1 patroni). CVRT. 8, 12, 8 equites -ere (descendere *codd.*) in cornua iusserat. FRONTIN. strat. 2, 3, 14 in latera. TAC. ann. 1, 34 assistentem contionem, quia permixta videbatur -ere in manipulos iubet. AVSON. 427, 11 intercessu noctis exercitus quisque in sua -unt. *adde* in *sensu finali*: QVINT. decl. 321 p. 265, 24 sicine digressi sumus? in has spes -ssimus? ad: LIV. 26, 9, 9 alii accipiunt imperia -untque ad suas quisque officiorum partes (*cf. infra l. 49 sq.*). MANIL. 3, 137 quo . . . ordine certo ad sua compositi -ant munera servi. APVL. met. 11, 17 ad suos -unt lares. AMM. 20, 11, 24 partes . . . -erunt, ad otium breve (*cf. p. 1280, 67*). VVLG. II Macc. 12, 12 -ssere ad tabernacula sua (ἐχωρίσθησαν). *acced. gerundiv.*: LIV. 4, 59, 2 tres tribuni . . . tripertito ad devastandos fines -ssere. 10, 33, 10 diversi consules ad vastandos agros urbesque oppugnandas -unt (22, 56, 1 cum . . . patres diversi ad sedandos tumultus -issent. *cf. supra l. 5*). 33, 35, 1 decem legati partiti munia inter se ad liberandas suae quisque regionis civitates -erunt (*cf. supra l. 40 sq.*). CVRT. 8, 6, 19 ad curanda corpora. *c. supin.*: CIC. rep. 6, 10 cubitum -ssimus. DICT. 5, 1 finito convivio quietum (*codd.*, tum *vulg.*) -itur (*cf.* 4, 16). (II) *speciatim de more pedibus in sententiam eundi sive in comitiis sive in senatu (v. Liebenam, PW. V 1172 sqq.; Mommsen, Staatsr. III 398. 991 sq.) cf. graec.* διίστασθαι: DIONYS. ant. 4, 84, 3 διαστάντες κατὰ τὰς φράτρας ψῆφον ἐπενέγκατε (10, 41, 3 κατὰ φυλάς). μεθίστασθαι: PLVT. Pomp. 58 ASCON. Corn. p. 56, 25 St. cum id solum superest, ut populus sententiam ferat, iubet eum is, qui fert legem, -ere (dicere *codd.*): quod verbum non hoc significat, quod in communi consuetudine: eant de eo loco, ubi lex feratur, sed in suam quisque tribum -at (descendat *codd.*), in qua est suffragium laturus. CIC. Verr. 4, 208 quid sedetis? cur non in media oratione mea consurgitis atque -itis? Font. 28 cum -itis (*opp.* cum proditis; *appellantur iudices*). leg. 3, 11 lex recitata est: -ere et tabellam iubebo dari. LIV. 2, 56, 12 si solis videtur, -ite, Quirites. 3, 11, 4 initium erat rixae, cum -ere populum iussissent tribuni, quod patres se submoveri haud sinebant. PLIN. paneg. 76, 2 *unicuique ex senatoribus* ⟨licuit⟩ dissentire, -ere. *item de senatu*: TREB. Val. 5, 8 quae *sententia* cum *esset* saepius dicta, addiderunt 'omnes', atque ita -ssum est. *additur* in (*cf.* TAC. ann. 1, 34 *supra l. 36 sq.*): CIC. epist. 10, 12, 3 frequens eum senatus reliquit et in alia omnia -ssit (*cf.* PLIN. epist. 8, 14, 23 in alia). SALL. Catil. 55, 1 senatus in *illius* sententiam (LIV. 3, 41, 1 in hanc sententiam ut -retur, iuniores patrum evincebant. 28, 45, 5. 30, 23, 8 GELL. 3, 18, 6. *cf.* 7, 13, 9 *philosophi* in diversa tempora et in contrarias sententias -erunt). ASCON. Corn. p. 56, 26 St. (*v. supra l. 60 sq.*) in suam quisque tribum (*cf.* LIV. 25, 2, 7 ad suffragium ferendum in tribus discursum est). *additur* a (*cf. I A 2, I B 1 a*): PLIN. epist. 8, 14, 14 exigebam . . . ut, qui capitali supplicio afficiendos putabant, -rent a relegente nec interim contra absolventes mox dissensuri congregarentur. *β de bestiis*: LVCR. 4, 1203 in triviis cum (quam *Lachm.*) saepe canes -ere aventes diversi cupide summis ex viribus tendunt, quom interea validis Veneris compagibus haerent. HYG. astr. 2, 7 cum . . . Mercurius vidisset duos dracones inter se coniuncto corpore alium

[Graeber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

alium appetere, ut qui -ere inter se viderentur, virgulam inter utrumque subiecit; itaque -erunt.

b *de rebus: de Symplegadibus*: VAL. FL. 4, 645 maria ipsa repente diffugere adversosque vident -ere montes (*cf. de freto Siciliensi*: IVST. 4, 1, 16 coeuntibus in se promunturiis ac rursum -entibus. 4, 1, 18 quo cum accesseris, -ere ac seiungi promunturia, quae ante iuncta fuerant, arbitrere).

2 ***disiunctio sive segregatio quaedam indicatur*** *i. q. recedere seque seiungere ab aliquo, quocum quis societatem quandam sive communionem pactionemve iniit, vel abscedere a loco, in quo quis officii causa constitutus est*: **a** *i. q. divertere, distrahere coniugium vel concubinatum* (*cf. p. 1280, 10 sq*): *α de feminis matrimonio pulsis: additur* a: CIC. Cluent. 14 -it a Melino Cluentia, ut in tantis iniuriis non invita, ut a viro non libenter (SEN. contr. 2, 2, 5 TERT. adv. Marc. 5, 7 p. 594, 13 *cf. c.* VVLG. I Cor. 7, 10 [χωρισθῆναι]). CAEL. Cic. epist. 8, 6, 1 uxor a Dolabella -ssit. VLP. dig. 25, 7, 1 pr. quae in concubinatu est, ab invito patrono poterit -ere et alteri se aut in matrimonium aut in concubinatum dare? (*cf.* MOD. dig. 24, 2, 10). 48, 20, 5, 1 a marito. IVST. 2, 6, 14 *ab Aegeo* per divortium -ens Medea (*cf. p. 1275, 37*). RVFIN. hist. 4, 17, 6 AVG. adult. coniug. 1, 1, 1 p. 347, 12 (*syn.* recedere) *et saepe. acced.* ad: IVST. 28, 1, 4 prior uxor velut matrimonio pulsa sponte sua ad fratrem Antiochum -it. *absolute*: PROP. 4, 11, 35 iungor, Paule, tuo, sic (*i. non nisi morte*) -ura, cubili: in lapide hoc uni nupta fuisse legar. VLP. dig. 25, 2, 17, 1 MARCIAN. dig. 24, 3, 35 TERT. adv. Marc. 5, 7 p. 594, 14. *cf. c.* VVLG. I Cor. 7, 11 (χωρισθῇ). AMM. 14, 4, 4. RVFIN. hist. 4, 17, 5 libello . . . repudii dato -it (ἐχωρίσθη). *adde de uxore repudiata*: QVINT. inst. 330 p. 297, 28 conscientia mater -erit an verecundia.

β de viris: VVLG. Sirach 7, 21 noli -ere a muliere sensata et bona (μὴ ἀστόχει). *γ de ambobus coniugibus* (*non tam disiunctionis quam dissolutionis momentum sublatet* [*cf. p. 1275, 67 sqq.*]): OV. rem. 669 tutius est aptumque magis -ere pace nec petere a thalamis litigiosa fora. VLP. dig. 24, 1, 32, 10 plerique ... cum bona gratia -unt, plerique cum ira sui animi et offensa. PAVL. dig. 50, 16, 191 divortium ex eo dictum est, quod in diversas partes eunt qui -unt. VVLG. I Cor. 7, 15 quod si infidelis -it, -at (χωρίζεται, χωριζέσθω). **b** *i. q. deserere*: *α de militibus: indicatur unde*: ab *homine*: CIC. Phil. 5, 34 iis, qui in exercitu M. Antoni sunt, ne sit ea res fraudi, si ante kal. Febr. ab eo -erint. LENT. Cic. epist. 12, 15, 7 ea nocte omnes fere ... milites ab eo -isse. CAES. civ. 1, 12, 2 milites in itinere ab eo -unt ac domum revertuntur. 1, 16, 1 conquiri milites qui ab *Lentulo* -erant, ... iubet. *adde*: SPART. Sept. Sev. 5, 5 ut ab eo milites senatu praecipiente -rent. ab *re*: CAES. Gall. 5, 16, 1 ab signis (5, 33, 6 civ. 1, 44, 4 LIV. 25, 20, 4. *cf.* FRONTIN. strat. 1, 5, 3 ab ordinibus signisque. PS. FRONTIN. strat. 4, 7, 42 *syn.* agmen laxare. *adde l. 48*). 5, 34, 1 tota acie pronuntiari ... ne quis ab loco -ret. *abl. separat.*: LIV. 4, 29, 5 quod . . . iniussu -erit praesidio (decess- *Gronov., fort. recte*). *cf.* 5, 6, 14. 24, 37, 9. 38, 37, 11. SIL. 7, 93 -ere signis haut licitum (*cf.* SCAEV. dig. 4, 6, 45). *indicatur quo*: CAES. civ. 1, 13, 4 deseritur a suis Varus; nonnulla pars militum domum -it (3, 87, 2). AMM. 25, 5, 8 ad Persas. *β de servis mercennariisque*: BELL. Hisp. 18, 4 servus . . . clam a Caesaris praesidiis in Pompei castra -ssit. LIV. 26, 27, 8 ab dominis (VLP. dig. 21, 1, 17, 6). VAL. MAX. 4, 4, 6 mercennarium ... -isse (*item* SEN. dial. 11, 12, 5). IVLIAN dig. 41, 4, 7 pr. SCAEV. dig. 34, 1, 13, 2 *opp* morari. VLP. dig. 21, 1, 17, 1 PAVL. dig. 40, 12, 38, 3. VVLG. Philem. 15 -ssit ad horam a te (ἐχωρίσθη). *de imperatore imperio se abdicante v. p. 1287, 64.*

B ***vi praepositionis evanescente i. q. cedere, abire*** (*de nonnullis, in quibus verbum pluraliter positum est, dubitatio relinquitur, an potius ad A referenda sint*): **1** *de animantibus*: **a** *de hominibus*: *α absolute*: LVCIL. 273 si -sseris (*Cichorius*, -erit *codd.*) horno (*sc. in provinciam*). CAEL. hist. 32 custodibus -ssis multi interficiuntur (*cf. p. 1275, 20*). VARRO Men. 410. rust. 1, 69, 3 descendimus de aede et ... -imus omnes. 2, 1, 1 cum Menates -isset. 3, 6, 1 RHET. Her. 4, 51, 64. CIC. de orat. 3, 17 ut ... ante meridiem -erunt paulumque requierunt. Verr. 2, 88 simulac -erunt (*opp.* quamdiu adsunt). 2, 138 tum discedunt; postridie revertuntur. 3, 55 qui, antequam aditum in ius esset ... -isset. 3, 59 hominem fraudandi causa -isse. 3, 71 -unt omnes; nam ceteri quoque impetrant, ne retineantur. 4, 67. 5, 51 ipse ... tyrannus non -bat longius (CIC. Att. 3, 8, 3. 16, 13[b], 1 *opp.* propius accedere. epist. 14, 2, 4 ad Q. fr. 1, 4, 2 CAES. Gall. 5, 19, 3. 6, 39, 4. BELL. Alex. 10, 1 longius paulo. BELL. Afr. 6, 6 quanto longius. LIV. 8, 20, 5 SEN. dial. 5, 22, 2. *cf.* CIC. Att. 5, 17, 6 quam longissime potuerit). Verr. 5, 65 iubet illos -ere et candelabrum relinquere. dom. 8. 10 *opp.* remanere. 95 duplicatā gloriā (*de abitu in exilium*). Phil. 1, 1 nec vero usquam -bam nec a re publica deiciebam oculos. 1, 6 ea mente -ssi, ut adessem kalendis Ianuariis. 6, 14 possessores animo aequiore -ent. 7, 18 praesertim cum bonorum praesidia -erint, illi parati sint ad nutum futuri. fin. 4, 52 -et ... nihilo firmior ad dolorem ferendum quam venerat. Tusc. 5, 118 *syn.* abire. Att. 5, 11, 3 nusquam (9, 3, 1 Q. CIC. pet. 43. *cf.* HOR. epist. 1, 7, 25 me noles usquam -ere. *v. etiam p. 1281, 2*). 5, 16, 1 etsi in ipso itinere et via -bant publicanorum tabellarii. 6, 6, 3. 7, 12, 2 *opp.* manere. 7, 14, 3. 9, 13, 4 eo tardior ad -endum fui, quod difficile est de discessu voluntario sine ulla spe reditus cogitare. 10, 8, 10. 10, 15, 4. 12, 18, 4 -entem ... te ... non sine magno dolore dimittam. 12, 35 antequam (a te *add. c Z b*) proxime -ssi (12, 37, 2). 13, 8. 13, 9, 1. 13, 19, 1. 13, 49, 1 ille -ssit iratus (*cf.* epist. 7, 24, 2). 14, 15, 2. 15, 20, 4 *al.* epist. 4, 2, 4. 6, 3, 4. 6, 14, 2 hac opinione (hanc opinionem *codd.*) -ssi, ut (*cf. p. 1280, 25*). 7, 32, 1. 9, 2, 3 me idcirco -ere, quod *eqs. al.* HIRT. Cic. Att. 15, 6, 4 CAEL. Cic. epist. 8, 3, 1. 8, 6, 2. CATVLL. 64, 123 ut eam ... liquerit immemori -ens pectore coniunx. 64, 134 sicine -ens . . . immemor, a, devota domum periuria portas? LVCR. 4, 914 ne fieri negites, quae dicam posse, retroque vera repulsanti -as pectore dicta. CAES. Gall. 1, 39, 3 *opp.* remanere. 4, 15, 4 Caesar iis, quos in castris retinuerat, -endi potestatem fecit (IVST. 14, 1, 4. 22, 4, 3 SVLP. SEV. chron. 1, 14, 5. 1, 25, 6. *cf.* AMM. 16, 12, 34 -endi copiam [16, 12, 58. 29, 5, 26]). 5, 53, 7 magnas Gallorum copias ... convenisse ... sed ... -isse adeo ut fugae similis discessus videretur. 5, 58, 3 *equites* dispersi ac dissipati -unt (*opp.* accedere). 6, 33, 4 -ens (descendens *B M*[1]. *cf. p. 1275, 44 sqq.*) post diem septimum sese reversurum confirmat. 6, 35, 7 omnem ... exercitum -isse. 7, 20, 1 cum omni equitatu. *al.* civ. 3, 41, 4 *al.* BELL. Alex. 38, 2. 39, 1 tuto. *ibid.* sine causa. *al.* NEP. Att. 4, 5. VERG. ecl. 3, 78 me -ere flevit. Aen. 2, 109 saepe fugam Danai Troia cupiere relicta moliri et longo fessi -ere bello (*cf.* HOR. sat. 1, 5, 93 *ille* -it maestus [AVSON. 460, 8. AMM. 20, 4, 13]. epist. 1, 14, 6 me ... -ere tristem [APVL. met. 3, 17]. PRIAP. 63, 18 *puella* prurinosa [pruriginosa *Aed.* pruriensque *Büch.*] -it. OV. met. 11, 189 tacitus. 13, 445 immemores ... mei -itis, ... Achivi [*verba Achillis*]. fast. 3, 555 dubii [LIV. 7, 25, 4]. *al.*). Aen. 2, 644. 6, 545. 8, 167. *al.* HOR. sat. 2, 7, 37 Mulvius et scurrae, tibi non referenda precati, -unt. TIB. 1, 3, 21 audeat invito ne quis -ere Amore aut sciat egressum se prohibente deo. 1, 5, 41. 2, 4, 49. PROP. 2, 5, 9 nunc est ira recens, nunc est -ere tempus. 3, 24, 27 flebo ego -ens (OV. epist. 5, 43). OV. am. 1, 12, 3. 2, 18, 5 *al.* epist. 10, 57 venimus huc ambo: cur non -imus ambo? ars 1, 603 cum -et mensā conviva remotā, ipsa tibi accessūs turba locumque dabit. 2, 233 militiae species amor est: -ite segnes. non sunt haec timidis signa tuenda viris. rem. 243 nec satis esse putes -ere (dediscere *R*): lentus abesto. met. 1, 398 -unt (descendunt *vulg. sed cf.* 1, 381). 3, 436 tecum venitque manetque, tecum -et, si tu -ere possis. *al.* 4, 338 gradu ... verso. 7, 364 tum cum -ret Herculis agmen. 9, 350 quae cum perterrita retro ire et ... vellet -ere. 10, 411. 412. 11, 687 manus ... ad -entem, cupiens retinere, tetendi. *al.* 15, 28 numen abire iubet: prohibent -ere leges. trist. 1, 3, 58 quasi -ens oscula summa (*i. suprema*) dedi. fast. 1, 281 pace fores obdo, ne qua -ere possit. 2, 582 dicit -ens ebriaque exit anus. *al.* LIV. 10, 2, 14. 40, 14, 11. VITR. 10, 16, 7 *ille* cum classe sua -ssit. PAVL. FEST. p. 318 *montem* plebes, cum secessisset a patribus, . . . -entes Iovi consecraverunt. SEN. contr. 1, 6, 11 ut primam honestam occasionem invenerit -endi, -isse *puellam*. VAL. MAX. 4, 1, 7 *opp.* remanere. SEN. Med. 449 -o exeo, penatibus profugere quam cogis tuis. benef. 4, 11, 3. dial. 1, 2, 11 alienae saluti consulit et instruit -entium fugam. CVRT. 10, 2, 17 *opp.* retineri. LVCAN. 8, 152. PLIN. nat. 31, 60 *non* sine oleo -entes (*sc. ex balineis*). CARM. epigr. 333 (CORP. IV 813) otiosis locus hic non est, -e morator. MART. 5, 25, 3 ecquis, io, revocat -entemque reducit? QVINT. inst. 1, 5, 36 si plures a se dimittens ita loquatur 'abi' aut -e (*exemplum soloecismi; opp.* venire). 6, 1, 39. decl. 269 p. 97, 20 *opp.* redire. 348 p. 372, 4 *opp.* permanere. TAC. hist. 2, 33 *opp.* remanere. 3, 68 ut in aede Concordiae positurus insignia imperii domumque fratris petiturus -ssit. ann. 6, 44 fugae specie -ssum. 13, 39 propere. SVET. Otho 11, 1 -ere et abire. Vesp. 4, 4 cum ... aut -ret saepius aut praesens obdormisceret. IVLIAN. dig. 42, 1, 60. VLP. dig. 5, 1, 19, 2 ubi sic venit, ut confestim -at. PAVL. dig. 41, 2, 3, 8 quod si servus vel colonus . . . decesserint -erintve (SIDON. epist. 4, 25, 1). PAVL. dig. 47, 2, 21 pr. *opp.* revertor. MACER dig. 49, 16, 13, 5 eius fugam qui, cum sub custodia vel in carcere esset, -erit. APVL. apol. 75. met. 3, 12 *syn.* digredi. ITALA gen. 21, 16 (Aug. quaest. hept. 1, 54) -ssit (ἀπελθοῦσα, VVLG. abiit). Ios. 22, 32 (Lugd.) -ssit (ἀπέστρεψε, VVLG. reversus . . . est). Is. 52, 11 (Cypr. laps. 10) -ite, -ite (ἀπόστητε, VVLG. recedite, recedite). Matth. 2, 13 (cod. k) cum illi -issent (ἀναχωρησάντων, VVLG. recessissent). PORPH. Hor. sat. 1, 1, 11 vadere ... id est -ere. VOPISC. Aurelian. 25, 3 *iuxta pos.* terga dare. IVST. 2, 11, 7 *opp.* remanere. AMM. 16, 12, 37 incondite (*cf.* 31, 7, 15 incomposite). 28, 2, 8 *syn.* digredi. 28, 2, 13 gressu ... veloci. 31, 11, 5 cito. 31, 13, 9 gradiens retro. FVLG. myth. 3, 6 p. 67, 19 *opp.* advenire. VVLG. gen. 26, 17 *syn.* recedere. I Macc. 2, 31 (κατέβησαν. *cf.* 2, 29 *syn.* descendere). 6, 63 festinanter (ἅπῆρε). 11, 43 omnis exercitus (ἀπέστησαν). II Macc. 12, 7 -ssit quasi iterum reversurus (ἀνέλυσεν). Luc. 21, 21 qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes et qui in medio eius, -ant (ἐκχωρείτωσαν). act. 28, 25 (ἀπελύοντο). CLAVD. 28, 253. RVT. NAM. 1, 269 intrantemque capit -entemque (deced- *Baehrens*) moratur postibus affixum ... poema. EVGRAPH. Ter. Andr. 709 ut impedimentum (*meton. de homine*) ad interrogationem -ret. *β additur unde*: **a, ab**: ab *homine* (*accedente acc. mensurae*: PLAVT. Asin. 603 ne iste . . . ab ista non pedem -at, *syn.* abire [CIC. Deiot. 42 negat unquam se a te in Deiotari tetrarchia pedem -isse. POLLIO Cic. epist. 10, 31, 6 nullum ... vestigium abs te -urus sum. *sim.* APVL. met. 10, 26

[Graeber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

certamen in virtute constitit. Liv. 42, 43, 4 -entibus a societate communis concilii Boeotorum quibusdam populis. Vitr. 7, 5, 8 quae commonefacere potui, ut ab errore -atur in opere tectorio (*cf.* Sen. benef. 4, 38, 1 non est levitas a cognito et damnato errore -ere. Zacch. 1, 1 p. 1073^{c} convictus ab errore -as. *v. etiam infra l. 59*). Sen. nat. 3 pr. 18 a sordidis. epist. 48, 11 ab ingentibus promissis. 74, 12 ab hoc -e iudicio. 78, 18 ad alias cogitationes avertere animum et a dolore -ere. 95, 32 non erat animus ad frugalitatem magna vi reducendus, a qua paulum -erat. Lvcan. 5, 261 liceat -ere, Caesar, a rabie scelerum. Plin. nat. 18, 206 quo . . . laetior mens -at a caelo (*sc. perlustrando*) et facta sentiat, quae futura praenosci non possint. Ps. Qvint. decl. 14, 1 p. 265, 17 a deterrimae mulieris caritate. Tac. ann. 1, 43 -ite a contactu ac dividite turbidos. Plin. epist. 1, 6, 1 non tamen ut omnino ab inertia mea et quiete -rem. Ivlian. dig. 5, 4, 7 a communione (10, 2, 51, 1. Vlp. dig. 10, 2, 16 pr. a communione usus fructus. 10, 3, 6, 1. *cf.* Apvl. met. 10, 14 ab isto . . . nexu communionis). 12, 2, 40 ab omni controversia (Vlp. dig. 44, 5, 1, 2 Pavl. dig. 4, 8, 19, 1. *cf.* 12, 6, 43 ab omni contentione). 18, 2, 17 a priore emptione (Pompon. dig. 18, 5, 2 Papin. dig. 46, 3, 95, 12. Vlp. dig. 18, 2, 4, 2 *opp.* ad secundam pervenire. 38, 5, 1, 13. 16. Pavl. dig. 4, 2, 21, 4 ab emptione locatione. 18, 5, 7, 1). 36, 4, 6, 1 a possessione (*syn.* de possessione decedere. Vlp. dig. 10, 2, 18, 6. 42, 5, 33, 1). Pompon. dig. 12, 2, 42 pr. ab omni condicione (*ibid. iterum*). Afric. dig. 18, 2, 18 a priore venditione (Scaev. dig. 18, 5, 8 Pavl. dig. 20, 6, 10). Maecian. dig. 40, 5, 35 a causa testamenti. Scaev. dig. 4, 4, 47, 1 a toto contractu (Vlp. dig. 18, 2, 4, 2). Tryph. dig. 26, 3, 10 a *prima voluntate* (*cf. al. sens. p. 1288, 62 sq.*). Vlp. dig. 6, 1, 35 pr. a proprietate. 12, 4, 1 pr. a lite (Pavl. dig. 12, 6, 65, 1 Evgraph. Ter. Phorm. 633 [Ter. ut . . . his desistat litibus]). 20, 6, 4, 1 a pignore. 38, 5, 1, 12 a re. 39, 1, 5, 4 ab opere (*aliter p. 1279, 46 sqq.*). 41, 2, 10 pr. a conductione. 42, 1, 15, 9 a nomine. 46, 2, 8, 3 ab obligatione iudicati (Pavl. dig. 46, 2, 30 a prima obligatione in universum). 46, 5, 10 a prima stipulatione prorsus. 49, 1, 3, 3 an liceat ei -ere ab hac (*sc. causa appellandi*) et aliam causam allegare? 50, 5, 13 pr. ab eo (*i. sacerdotio*). Marcian. dig. 20, 4, 12, 4 ab hypotheca in totum. 20, 6, 5 pr. *bis.* Tert. nat. 1, 1 utique ab iniustitia priore. Capitol. Maximin. 4, 8 a militia (*cf. l. 75 sq.*). Ivst. 6, 7, 12 velut ex placito consensu a proelio -itur. Amm. 21, 3, 4 nusquam a tutela . . . Galliarum. Veg. mil. 4, 27 a laboris intentione. Chiron 27 a quibus *adiutoriis* (*sc. ustione et sanguinis detractione*) numquam -i potest. Vvlg. II par. 35, 15 nec puncto quidem . . . a ministerio. Sirach 7, 2 -e ab iniquo (*ἀπόστηθι. cf.* 35, 2 ab omni iniquitate [II Tim. 2, 19]). Rvfin. Adamant. 5, 28 a praesumptione animi . . . falsa et dogmatibus *falsis*. Pomer. 2, 24, 2 ab omnibus omnino vitiis. Cod. Iust. 6, 30, 22, 13 et adire hereditatem et sine damno ab ea -ere. Pass. Petr. 8 a maritali toro. *adde*: Avg. civ. 21, 27 etiamsi *non* ab eis (*peccatis*) vita (*i. homo, quamdiu vivit*) -at (-ant *al.*) in melius commutata. e *re*: Cic. epist. 15, 4, 6 perfeci, ut e regno ille -ret. Amm. 28, 1, 44 e vicaria potestate. de *re*: Vlp. dig. 42, 5, 9, 6 inde de possessione (Marcian. dig. 42, 5, 35 de possessione. 46, 3, 40). *abl. separat.*: Sil. 3, 88 -e periclis incerti Martis durosque relinque labores. Pompon. dig. 43, 26, 15, 4 quia non -erit animo possessione (Afric. dig. 41, 2, 40, 1. *cf. supra l. 49*). Scaev. dig. 36, 1, 81 toto. Ivvenc. 4, 604 iusti -ere poena. Fvlg. Virg. cont. p. 106, 9 bello (*cf. p. 1286, 64 sqq.*). Boeth. herm. sec. 2, 3 p. 79, 8 labore. *adverb.*: Cic. Att. 2, 16, 3 incumbamus . . . ad illa praeclara studia et eo, unde -ere non oportuit, aliquando revertamur (*cf. p. 1286, 77*). Iulian. dig. 8, 5, 18 inde (*sc. ex bonis adversarii; opp.* possidere). Vlp. dig. 42, 5, 9, 6 *v. supra l. 49.* Rvfin. Greg. Naz. orat. apol. 37 p. 31, 24 ad paganorum errores, unde -ssum fuerat, redire (*ἣν πεφεύγαμεν. cf. supra l. 3 sqq.*). a d: Varro ling. 8, 31 cum -ssum e⟨s⟩t ab utilitate ad voluptatem. Venvl. dig. 45, 2, 12 pr. actor ad alia negotia. Amm. 14, 6, 4 *populus* iam . . . vergens in senium . . . ad tranquilliora vitae -ssit (26, 7, 1 ad pacatiora iam vitae). 25, 4, 12 ad vitam . . . privatam (*absolute*: Amm. 24, 3, 7). 28, 6, 25 ad otium. *absolute*: Cic. de orat. 2, 213 neque assiliendum statim est ad genus illud orationis . . . nec cum in eam rationem (*sc. πάθους καὶ ἤθους*) ingressus sis, celeriter -endum est. Ivv. 7, 50 si -as, laqueo tenet ambitiosi consuetudo mali. Imp. Hadr. Call. dig. 49, 14, 3, 6 facilius invenientur conductores, si scierint fore ut, si peracto lustro -ere voluerint, non teneantur. Vlp. dig. 18, 2, 2 *sc. ab emptione* (19, 1, 13, 27 ut aut stetur emptioni aut -atur. Dig. 18, 5 tit.). Pavl. dig. 3, 5, 15 si ab initio ad unum negotium accessit, ut finito eo -ret (*cf. p. 1286, 78 sq.*). 19, 2, 54, 1. 37, 9, 2 *sc. ex possessione* (*cf.* 41, 2, 3, 9 Iulian. dig. 41, 5, 2 pr. Vlp. dig. 39, 2, 15, 34). Amm. 24, 3, 7 *v. supra l. 64.* Cod. Iust. 12, 19, 3 in scriniis palatii militantes . . . post *tot* annos transactae militiae si -endum sibi esse decreverint (*cf. supra l. 36*).

β speciatim: (I) *de transitione rhetorica*: a, ab (*additur* ad *p. 1288, 3*): Cic. Planc 6 -am ab ea contentione, ad quam tu me vocas et veniam ad illam *eqs.* (*cf. p. 1288, 27 sqq.*). ac. 2, 115 -amus a nobismet ipsis, de sapiente loquamur. fin. 3, 20 quoniam . . . ab his principiis naturae -ssimus. div. 1, 47 -o parumper a somniis, ad quae mox revertar. off. 1, 53 ut . . . ab illa infinita (*sc. societate hominum*) -atur *eqs.* Vitr. 7, 2, 1 cum a pavimentorum cura -ssum fuerit tunc de . . . operibus est explicandum. Sen. contr. exc. 3, 4 ut a patris potestate -as et ad aestimationem beneficii venias (*an* -amus . . . veniamus?). Plin. nat. 12, 107 (*alluditur ad notionem propriam*) -ssimus a terris oceanum spectantibus ad convexas in nostra maria. 20, 264 -uri (-ssum *codd.*) ab hortensiis unam compositionem . . . subteximus. Amm. 23, 5, 17 a vetustate. *adverb.*: Qvint. inst. 7, 1, 20 -amus hinc quoque (*argumento infirmiore dimittendo, syn.* omittere, remittere). Hier. epist. 3, 6 ut ad id redeam, unde -eram. (II) -ere a b *aliquo i. q. aliquem praeterire silentio, excipere*: Cic. de orat. 1, 191 ut ei (*i. Aculeoni*), quom ab hoc (*i. Scaevola*) -eritis, nemo de iis qui peritissimi sunt, anteponatur. Scaur. 3 quis invenitur, cum ab Aiace fabulisque -sseris, . . . qui *eqs.* Att. 1, 17, 5 amoris . . . erga me, cum a fraterno amore domesticoque -ssi, tibi primas defero. epist. 1, 9, 18 cum a vobis meae salutis auctoribus -erim, neminem esse, cuius *eqs.* 6, 12, 2 omnes Caesaris familiares . . . habeo implicatos consuetudine . . . sic, ut, cum ab illo -erint, me habeant proximum. Tusc. 2, 33 a te enim malo -ere, sed ille *eqs.*

b *se avertere, recedere ab eo quod par, iustum, propositum est i. q. deflectere*: a, ab: Varro ling. 6, 44 ab eadem mente . . . dictum et amens, qui a mente sua -it (*vulg.*, descendit *codd. cf.* Pavl. Fest. p. 159 demens *dicitur*, quod de sua mente decesserit et amens, quod a mente abierit. *v. etiam l. 47*). Cic. de orat. 1, 152 si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid, cum ab eo -erit, *eqs.* (*cf.* div. in Caec. 47 si ab isto libro, quem tibi magister ludi . . . dedit, verbo uno -sseris. fin. 4, 10 *non* a commentariolis suis -ere). orat. 36 Ennio delector . . . quod non -it a communi more verborum. 65 a re saepe -unt, intexunt fabulas (*i. q. aberrant, digrediuntur*). 109 an ego Homero, Ennio . . . concederem, ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur . . . ipse numquam ab illa acerrima contentione -rem? (*cf. p. 1287, 78*). 111 *Demosthenes* illud medium quotiens vult arripit et a gravissimo -ens (descendens *Schütz*) eo potissimum delabitur. top. 32 tralatione . . . utens -bat a verbis propriis rerum ac suis. Verr. 3, 107 propter cuius auctoritatem . . . *ille* ab omnium Siculorum consuetudine -ret et civem Romanum cognitorem daret (Font. 12 quam longe videar ab consuetudine mea et cautione ac diligentia -ere. Bell. Hisp. 29, 7 neque tamen illi a sua consuetudine -bant, ut *eqs.*). Cluent. 146 multo esse indignius in ea civitate, quae legibus contineatur, -i ab legibus (Gell. 11, 18, 10 a lege illa decemvirali. Apvl. mund. 38 a sacra lege [*Plato leg. 4 p. 716 a ἀπολείπεσθαι*]. *al.*). fin. 4, 41 a natura (Sen. epist. 99, 17. *cf.* Cic. off. 1, 67 nihil a statu naturae . . ., nihil a dignitate sapientis [*cf.* Amm. 27, 6, 14]). 4, 44 a superiorum auctoritate. ac. 2, 58 ab hac (*sc. regula*) mihi non licet transversum, ut aiunt, digitum -ere (*cf.* Att. 13, 20, 4 in omni vita sua quemque a recta conscientia transversum unguem non oportet -ere. *cf. p. 1278, 81 sqq.*). Tusc. 4, 42 ubi semel a ratione -ssum est (*cf.* off. 1, 80 praesenti animo uti et consilio nec a ratione -ere. *v. etiam p. 1289, 14*). div. 2, 114 ille . . . Graecus . . . a constantia atque a mente (*cf. l. 20 sq.*) atque a se ipse -ssit (*cf.* Brut. 273 nescio quomodo discessu meo -ssit a sese ceciditque. fin. 5, 33 prius a se poterit quisque -ere, quam appetitum earum rerum, quae sibi conducant, amittere). off. 1, 32 ab officio (Caes. Gall. 1, 40, 2 tam temere . . . ab officio). 2, 6 ab hoc discendi genere. 3, 79 a fide iustitiaque (Schol. Germ. Bas. p. 65, 25 temere ab aequitate atque iustitia. Sen. suas. 1, 12 a fide. Vvlg. I Tim. 4, 1 a fide [*ἀποστήσονται*]). epist. 9, 16, 3 a iure (Papin. dig. 46, 6, 12. Amm. 28, 1, 40 a iure . . . iustitiaque crebro -ens ferreus cognitor). Vitr. 2, 8, 5 a quadrato. 5, 6, 7 ab symmetria. Val. Max. 4, 3, 12 multum a prisca continentia. Sen. epist. 122, 5 hoc est luxuriae (*i. hominum luxuriosorum*) propositum . . . nec tantum -ere a recto, sed quam longissime abire, deinde etiam e contrario stare. Qvint. inst. 8, 6, 28 pusillum a vero. 12, 2, 14 ab illa cavillatione. 12, 2, 26 a suscepta semel persuasione. Fronto p. 148, 7 N. ab eloquentia. Scaev. dig. 50, 1, 24 a forma observata. Florent. dig. 35, 2, 90 a voluntate eius, qui testamentum fecit (*cf. alio sensu p. 1287, 26*). Vlp. dig. 47, 12, 3, 5. Tert. adv. Marc. 5, 2 p. 572, 9 ab ordine creatoris per fidem dei alterius. nat. 2, 4 -itur vocabuli interpretatione pariter et divinitatis opinione. Porph. Hor. epod. 2, 67/8 ab ea *vita*, in qua consueverit. Don. Ter. Phorm. 6 a sublimitate tragica. Amm. 17, 14, 1 nusquam ab utilitate Romanae rei maiestateque (*fere i. q. neglegere*). Vvlg. psalm. 118, 118 a iudiciis tuis. Rvfin. Adamant. 5, 25 corpus . . . dixit *Paulus* et sive id immortale sive gloriosum . . . dixit, nusquam tamen a corporis appellatione -ssit. Avg. c. mend. 7, 10 p. 428, 21 cum tanto quisque ab aeternitate -at, quanto a veritate -it, absurdissimum est dicere -endo inde posse ad boni aliquid aliquem pervenire (Praedest. 1, 23 p. 595^{A}. *v. etiam p. 1289, 25*). Cassiod. inst. div. 15 p. 1127^{B} a recto calle. Pallad. hist. mon. I 15 p. 292^{D} a naturali . . . prudentia. Bened. reg. prol. 101 ab *Christi* numquam magisterio. *adde de bestiis*: Cic. Tusc. 5, 38 bestiis aliud alii praecipui a natura datum est, quod suum quaeque retinet nec -it ab eo (*syn.* manet in lege naturae). *adverb.*: Sen. epist. 90, 39 nulla nos finium propagatio eo (*i. ad statum beatum, in quo pauperes non inveniebantur*) reducet, unde -ssimus (*sc. per avaritiam*). Avg. c. mend. 7, 10 inde (*cf. supra l. 73*).

c *i. q. oblivione obrui, evanescere, perire*: Clavd. 1, 173 ante *fient ἀδύνατα* . . ., quam Probus a nostro possit -ere sensu (*cf.*

[Graeber]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

infra l. 63 sq.). CARM. epigr. 116 (= CORP. VIII 1557) de animo certa es quia numquam disced⟨es⟩ meo.

2 *de rebus*: **a** *i. q. se avertere, recedere, omittere vel sensu durativo i. q. distare, abesse*: a, ab: VITR. 7, 11, 1 id aes et ea harena . . . inter se dando et accipiendo sudores a proprietatibus -unt. 10, 3, 6 *vela* in capite mali summo collocantur -entia longius a centro. MANIL. 1, 551 quia per medium est tellus suspensa profundum, binis a summo signis -it et imo. AVIEN. ora 622 regio -it procul salso ab fluento. orb. terr. 314 qua navigero tellus -it ab aestu. 370 pars quae coeaneo -it ab aequore. **b** *i. q. deflectere* (*cf. p. 1288, 18*): a, ab: VARRO ling. 5, 119 accessit matellio a matula dictus [et dictus], qui, posteaquam longius a figura matulae -ssit, et ab aqua aqualis dictus. 9, 71 *vocabula* tamen fere non -unt ab ratione sine iusta causa. CIC. Tusc. 4, 11 vehementiorem *appetitum* volunt esse, qui longius -erit a naturae constantia. SEN. dial. 9, 8, 9 optimus pecuniae modus est, qui nec in paupertatem cadit nec procul a paupertate -it (*cf.* QVINT. inst. 8, 6, 23 nec procul ab hoc genere -it metonymia). epist. 72, 3 non enim ubi *philosophia* interrupta est, manet, sed ... usque ad initia sua recurrit, quod a continuatione -ssit. VITR. 9, 8, 13 -ens (*Krohn*, descendent *codd.*) foramen a perpendiculo. COLVM. 3, 2, 30 quaedam . . . stirpes cum locis vocabula mutaverunt, quaedam propter mutationes locorum ... etiam a qualitate sua -erunt. PLIN. nat. 11, 78 in tantum a lorica gerenda -ssere mores, ut oneri sit etiam vestis. 35, 103 *ars* longius a veritate (*cf.* BOETH. herm. pr. 1, 6 p. 81, 11 alia *negatio* mox a veritate -it). SERV. Aen. 1, 452 *figura* numquam a principalitate. BOETH. arithm. 1, 10 p. 21, 19 quater XVI LXIIII sunt et sedecies IV idem complent. rursus bis XXXII facti a LXIIII non -unt. 2, 2 p. 80, 17 quoto ipsi (*sc. multiplices*) loco ab unitate -erint (2, 2 p. 82, 17. *cf.* 2, 31 p. 123, 8 dualitatem, qui numerus primus ab uno -ens alter factus est). 2, 31 p. 123, 6 quod a prima illa immutabili *natura* -ens prima *substantia* sit altera. 2, 32 p. 125, 16 binarius et cuncti parte altera longiores, qui a finita substantia -erunt (*cf.* 2, 35 p. 132, 17 omnis . . . infinita et indeterminata potentia ab aequalitatis natura et a ... substantia -ens). mus. 1, 6 p. 194, 3 superpartiens *numerus* ... quodam modo a simplicitate -it (*ibid. iterum*). 1, 21 p. 212, 27 chroma . . . quasi ab illa naturali intentione -ens et in mollius decidens. 2, 13 p. 201, 16 *aliquae potestates* ab oppositorum ... potestate. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 84, 9 quae (*i. mentis divinitas*) cum ... a suae vivacitate naturae non -erit. CASSIOD. art. 3 p. 1180^{D} *enthymema* a syllogismi ratione. **c** *proficisci, originem ducere: generatim*: MANIL. 3, 222 ut parte ex illa, qua *sol ortus est*, -at numerus *horarum signis surgentibus attributarum*. *speciatim de verbi notione*: SEN. benef. 5, 10, 2 quaedam ad alios pertinere et sic esse formata, ut tota significatio illorum -at a nobis (*sc. suppl.*: *et spectet ad alterum, veluti* praestare, vendere, frater, par *al.*). **d** *i. q. evanescere, perire, non iam adesse vel conspicuum esse, demi, detrahi*: *α de rebus corporeis: absolute*: SEN. epist. 15, 11 -ant aliquando ista insidiosa bona et sperantibus meliora quam assecutis. 74, 18 omnia ista (*sc. bona*) nobis accedant, non haereant, ut si abducentur, sine ulla nostri laceratione -ant. dial. 6, 12, 3 melius est -ura nobis bona quam nulla contingere (*cf.* 6, 12, 1 *syn.* quod detractum est ... quod contigit). PETRON. 14, 4 ne ... praeda -ret. STAT. Ach. 2, 22 iam ardua ducere nubes incipit et longo Scyros -ere (decrescere Q^{2}) ponto. MIN. FEL. 18, 6 quando umquam regni societas aut cum fide coepit aut sine cruore -ssit (desiit *Vrsin.*). VVLG. IV Esdr. 4, 29 si ... non ... -erit locus, ubi seminatum est malum, non veniet, ubi seminatum est bonum. GREG. M. moral. 2, 36 tenebrarum umbra. a: VVLG. apoc. 18, 14 poma desiderii animae tuae (*appellatur Babylon*) -erunt a te et omnia pinguia et praeclara perierunt a te (*ἀπῆλθεν*). SVLP. SEV. dial. 1, 23, 2 neque umquam a dextera mea liber iste -it. *β de rebus incorporeis*: ex: CIC. rep. 6, 9 numquam ex animo meo -it illius optimi atque invictissimi viri memoria (*cf. p. 1288, 84*). a: VVLG. Sirach 23, 12 non -et (*ἀποστήσεται*) a domo illius plaga *i. calamitas*. de, ab: AVG. in epist. Ioh. 7, 1 res ergo, quae numquam debet de corde -ere nec ab ore -at. *dativ. commod.*: CAES. Gall. 2, 7, 2 quorum adventu et Remis cum spe defensionis studium propugnandi accessit et hostibus eadem de causa spes potiundi oppidi -ssit. *absolute*: CLAVD. 3, 178 ilicet ambitio nasci, -ere rectum, venum cuncta dari. ARATOR act. 2, 281 progressa prius cur iam -at imago (*i. actio symbolica, de circumcisione*). BAVDON. vita Radeg. 2, 9 cum ante eam vicibus psalmus cessasset, lectio numquam -ssit (*nisi forte scribendum est* lectione . . . -ssit *vel* a lectione -ssit).

syn. et iuxta posita: ad I B 1: abire (PLAVT. Asin. 251. 603 CIC. Verr. 3, 73 Tusc. 5, 118 Ov. met. 15, 28 QVINT. inst. 1, 5, 36 SVET. Otho 11, 1). descendere (VVLG. I Macc. 2, 29). digredi (APVL. met. 3, 12 AMM. 28, 2, 8). dilabi (AVG. civ. 19, 12). dissolvi (LVCR. 5, 360 AVG. civ. 19, 12). egredi (TIB. 1, 3, 21). exire (Ov. fast. 2, 582 SEN. Med. 449 *al.*). recedere (CIC. Phil. 8, 21 *al.*). retro ire (Ov. met. 9, 350). terga dare (VOPISC. Aurelian. 25, 3). *ad II B 2*: abire (CIC. Cato 80 SEN. Thy. 882 HIER. epist. 14, 2, 1). evadere (SEN. nat. 6, 18, 2). expelli (SEN. nat. 6, 13, 2). *ad III A 1 b α*: diffluere (LVCR. 3, 435). scindi (LVCR. 3, 640). se scindere (SEN. Oed. 321). *ad III A 2 a*: recedere (ACT. Petr. 18). relinquere (AVG. in euang. Ioh. 78, 1 VVLG. psalm. 37, 22 der-). *ad III B 1 a*: digredi (CIC. epist. 12, 18, 1 *proprie, item* ire; -ere *transl.*). recedere (NERAT. dig. 2, 14, 58). *ad III B 2 b*: mutare (COLVM. 3, 2, 30).

opp: ad I A 1: coire (PLIN. epist. 96, 7). congredi (AVSON. 426, 12). congregari (SEN. dial. 3, 5, 2). convenire (CIC. inv. 2, 132 CAES. Gall. 5, 17, 5. 5, 58, 7). *ad I B 1*: accedere (CIC. Att. 4, 1, 2. 16, 13^{b}, 1 Q. CIC. pet. 49 CAES. Gall. 5, 58, 3 PALLAD. hist. mon. I 10 p. 287^{A}). adesse (CIC. Verr. 2, 88). adire (CIC. Phil. 14, 3 LVCAN. 6, 771 AVIEN. Arat. 875). advenire (SVET. Cal. 4 FVLG. myth. 3, 6 p. 67, 19). manere (CIC. Att. 7, 12, 2 Ov. met. 3, 436 SEN. nat. 7, 20, 2). permanere (QVINT. decl. 348 p. 372, 4). redire (QVINT. decl. 269 p. 97, 20). remanere (CIC. dom. 10 CAES. Gall. 1, 39, 3 VAL. MAX. 4, 1, 7 TAC. hist. 2, 33 IVST. 2, 11, 17). retineri (CIC. Verr. 3, 71 CVRT. 10, 2, 17). reverti (CIC. Verr. 2, 138 Att. 2, 5, 1. 4, 16, 3 CAES. Gall. 6, 33, 4). venire (CIC. fin. 4, 52 epist. 15, 17, 1 PRIAP. 63, 18 Ov. epist. 10, 57 met. 3, 436 SEN. contr. 1, 2, 17 QVINT. inst. 1, 5, 36 *al.*). *ad II A 1*: confluere (VARRO ling. 10, 50). *ad II B 2*: accedere (CIC. Cluent. 83). adesse (CIC. Cato 80). immanere (TERT. anim. 10). redire (SEN. Med. 927). reverti (TERT. anim. 31). revolvi (SEN. benef. 5, 8, 5). secedere (PRVD. ham. 919). succedere (QVINT. inst. 11, 1, 16 AVG. conf. 4, 11, 16). *ad III A 2 a*: accedere (CIC. Cael. 10). se coniungere (CIC. Sull. 52). *ad III B 1 a*: accedere (PAVL. dig. 3, 5, 15). adire (CIC. Phil. 8, 33 Brut. 314 COD. Iust. 6, 30, 22, 13). adsilire (CIC. de orat. 2, 213). pervenire (VLP. dig. 18, 2, 4, 2). *ad III B 1 b*: accedere (CIC. orat. 109). *ad III B 2 c*: nasci (CLAVD. 3, 178).

deriv.: discessio, discessivus, discessus. *Graeber.*

discendo (-nsio, -nsus) *v.* desc-. **discēns** *v.* disco.

discēnsor *v.* dissensor.

discentia, -ae *f.* [*a* discens, discere. *Th.*]. TERT. anim. 23 *Plato* novum elaboravit argumentum, *μαθήσεις ἀναμνήσεις* ... id est -as reminiscentias esse *puerulorum* animae . . . ipsis solis deditae studiis (HIER. adv. Rufin. 3, 40). 24 quorum -ae reminiscentiae fiunt. *Gudeman.*

✱**disceptātio,** -ōnis *f. a* disceptare. *actio disceptandi.* GLOSS. *διάγνωσις, διαδικασία, διάσκεψις, διάλεξις, διαίτησις, παρατριβή, ζήτησις.* altercatio, contentio, examen, dimicatio, rixa, disputatio, iudicium. *inde a* CIC. *omisi aliquot locos apud* LIV. QVINT. TERT. *inferiorisque aetatis auctores, reliquos recepi omnes.*

I ***loci significantiores*: A** *quaestio de iure*: **1** *litigantium* (*controversia sim. cf.* CIC. part. 104 ex rationis ... et ex firmamenti conflictione et quasi concursu quaestio quaedam exoritur, quam -em voco): CIC. inv. 1, 7 deliberativum *genus*, quod positum in -e civili habet in se sententiae dictionem. 1, 10 positam in dictione ac -e aliquam controversiam (MAR. VICTORIN. rhet. 1, 8 p. 179, 37 *ad h. l.* dictio potest esse demonstrativa materia, -o vero deliberativa et iudicialis. deinde dictio potest esse narratio, . . . -o vero quaestiones [-is *B O*]; ibi enim totius controversiae pugna versatur). Cluent. 79 C. Iunium . . . non -e dicendi, sed clamore hominum de foro ... esse sublatum. 88 iudicia ... partim ruinae similiora aut tempestati quam iudicio et -i fuisse. 90 illa . . . quaestio aut -o aut iudicium fuit? 96 non fuit illud . . . iudicium iudicii simile . . .; vis illa fuit et . . . quidvis potius quam iudicium aut -o aut quaestio. leg. agr. 2, 57 nulla -e, nullo consilio privata publicare, publica liberare. 3, 1 aequitatem vestrae (*Quiritium*) -is ... retinuissent (*infra*: certamen contentionemque fugerunt). Flacc. 24 -em et cognitionem veritatis ... fore. Sest. 40 nec mihi ... iudicium ... nec legitimam ... contentionem nec -em aut causae dictionem, sed vim *eqs.* ... denuntiabat. Rab. perd. 17. Mil. 23 cum esset controversia nulla facti, iuris tamen -em esse voluit. Deiot. 5 *causa* in -e versata est. de orat. 1, 65 in -bus atque usu forensi. 2, 42 quae in foro atque in civium causis -busque versantur. 2, 78 causam appellant rem positam in -e reorum et controversia. 2, 113. 3, 117 -es, quae ad cognitionem referuntur. 3, 118 quae ... in officii -e versantur. 3, 122 in civium -bus. off. 1, 132 contentio -bus tribuatur iudiciorum, contionum, senatus. epist. 5, 2, 8 me ... non iudicio neque -e, sed vi ... evertere. LIV. 3, 24, 9 comitiorum. 35, 6, 8 de litteris ... -o in senatu fuit. 35, 17, 2 dum suas quisque ... querellas ... inserit ..., ex -e altercationem fecerunt (*cf.* 38, 32, 4). 35, 50, 2 nulla ... nec -o nec dubitatio fuit, quin ... iudicarent. 37, 54, 7 -o aut nobis impedita est aut vobis ... deliberationem praebitura videtur. 39, 24, 14 civitatibus, quibus cum rege -o erat. 41, 22, 4 de quibus ambigebatur rebus, -em ab rege ad Romanos revocabant. 42, 46, 2 superior fuisse in -e. QVINT. inst. 12, 8, 10. SCAEV. dig. 34, 3, 28, 9 ex qualitate -is iudicem aestimaturum. LAMPR. Alex. 16, 3. IVST. 8, 3, 14 -um suarum iudicem eligerent. VVLG. exod. 18, 16. COD. Iust. 9, 46, 5 (*ca. a. 290*) in publicorum ... iudiciorum quaestionibus, non etiam in liberalibus causis, quae privatas -es continent. **2** *iudicis vel arbitri* (*sententia, iudicium, arbitrium*): LIV. 41, 23, 13 provocantes (provinciis *codd.*) de controversiis ad -em populi Romani. QVINT. inst. 11, 1, 43 nec eodem sono publica iudicia et arbitrorum -es aguntur. VLP. dig. 2, 15, 8, 24 haec ... habent -em praetoris. SYMM. epist. 4, 71, 1 finalis ... quaestio, quam -o ... rectoris absolvit. rel. 21, 7 opto iudicium: experientur me sub imperiali -e constantem. COD. Theod. 1, 6, 3

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*a. 364*) sacrae -is arbitrium suscepto litis examine terminabit *praefectus urbi.* 9, 1, 13 (*a. 376*). 2, 4, 7 (*a. 409*) actiones ... servato iudicantum -e finiantur. VAL. CEM. hom. 14, 5 superbus ... in iudicio sententiam daturus aliud ... sensisse se simulat, ut alterius -e dissentiat. COD. Iust. 1, 3, 25 pr. (*a. 456?*) -em ... archiepiscopi ... experiri. CONC. Rom. a. 501 p. 423, 9 invitum ad -em nostram (*sc. episcoporum*) adducere. COD. Iust. 7, 62, 37 pr. **3** *generatim* (*iudicium, actio, examen*): AMM. 15, 5, 28 per quaestiones familiarium sub -e ignobili crudeliter agitatus (discerptatione *V*). PS. RVFIN. in Ioel 3, 2 -em movere in vallem Iosaphat (*supra*: ad tribunal ... exhibiti. VVLG. disceptabo cum eis). COD. Theod. 11, 26, 1 (*a. 369*) quotiens in -e constiterit inique discussionem fuisse confectam. EVCHER. instr. 2 p. 145, 7 sententiam divinae -is (*ibid.* iudicium dei). AVELL. p. 80, 2. ENNOD. opusc. 2, 20 p. 294, 8 libram -is intrare (*cf. antea*: ad examen adduci). CASSIOD. compl. in I Cor. 5, 1 de illis ... divina -o iudicavit. 6, 1 iudicium ... sanctorum ..., qui etiam mundum in futura -e iudicabunt (in psalm. 52, 7). in psalm. 139, 13 (*ibid.* iudicium). CONC. Rom. a. 501 p. 428, 8 cum impugnatoribus suis in -e confligere. LEX Burg. lib. const. 51, 1.

B *quaestio de variis rebus* (*disputatio, colloquium, tractatio, dubitatio; interdum i. q. concilium, v. infra l. 49*): CIC. de orat. 2, 5 quaecumque in hominum -em cadere possunt. 3, 111 *v. p. 1294, 43.* 3, 116 simplex est -o, ut si disseratur: expetendane sit gloria? (*opp.* ex comparatione). 3, 119. part. 104 in his causis eadem et prima quaestio et -o extrema est (QVINT. inst. 3, 11, 11). off. 1, 34 duo genera decertandi, unum per -em, alterum per vim. 3, 53. GELL. praef. 19 inter eiusdem Musae aemulos certationibus -busque. 2, 7, 1 quaeri solitum est in philosophorum -bus, an. 5, 13, 1 seniorum hominum ... -o quaedam fuit ... de gradu ... officiorum. 14, 2, 13 est ... -o ista multiiugae et sinuosae quaestionis. MIN. FEL. 14, 2 cum non laudi, sed veritati -o vestra nitatur. TERT. anim. 56. adv. Marc. 5, 10 p. 605, 26 ut et secundam apostolus -em (discrep- *codd.*) aeque de corpore induxerit. DON. Ter. Andr. 820 officiorum -em ... patrum inter se de officio ... tractantium. HIL. syn. 11 cum nonnulla putaretur esse de fide -o, diligenter omnia apud Sirmium tractata sunt et discussa. trin. 9, 30 AMBR. Abr. 2, 6, 27. 2, 9, 61. Noe 1, 5, 55 sunt purae animi -es, quae virtuti adhaereant. HIER. vir. ill. 38 *inter Clementis opera*: de ieiunio -o. in Hab. 1, 2 p. 608. VVLG. Rom. 14, 1 infirmum ... in fide assumite, non in -bus cogitationum (*εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν*). I Tim. 2, 8 levantes puras manus sine ira et -e (*χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. cf.* AMBR. Cain et Ab. 1, 9, 39 HIER. tract. in psalm. 143 p. 279, 5 sine cogitationibus et -bus. RVFIN. orig. in cant. 1 p. 83^{D}. *cf.* AVG. in psalm. 93, 3 serm. ed. Mai 115). RVFIN. Adamant. 2, 1 tit. incipit -o secunda. Greg. Naz. orat. 3, 20, 1 p. 136, 9 venite ad consessum dei et ad -em ac confabulationem eius intrate. AVG. civ. 2, 13 p. 68 D. in hac -e ... ratiocinatio summam quaestionis absolvit. *nota* gen. ad litt. 12, 14 p. 399, 8 intellectus ... in -e se tenet. c. Parm. 1, 6, 11 *Donatistae* causam suam ... non potuerunt ... in transmarinis tot -bus (*i. conciliis*) obtinere. MACR. somn. 1, 19, 15 quod sine ulla -is ambage ... probabit assertio. AVELL. p. 66, 10. 67, 25 LVP. EVPHRON. epist. p. 66^{C}. CASSIOD. inst. div. 17 p. 1134^{C} cum haereticis ... altercatione confligunt, ita ut ... certamine controversias subeant et iudicibus mediis gloriosa -e confligant. *nota* FRONTO p. 154, 13 N. fabulam ... de -e vitis et arboris ilicis.

significatu obscuriore: PASS. Petr. 9 his dictis vix est sedata seditio et praefecti -o (disceptio *E*, discerptio *f*).

II ***iuncturae*:** **A** *verbales: nom.*: -o: accidit: VVLG. exod. 18, 16. constat: PAVL. dig. 3, 5, 33. est: CIC. div. 2, 150 *passim.* est sine exitu: LIV. 32, 40, 3. existit: CIC. part. 105. 108 ex scripti contentione. oritur: CIC. part. 106 *bis.* LIV. 33, 13, 7. 38, 13, 9 LACT. inst. 1, 3, 17. AMBR. Isaac 4, 20 *ex gen. 26, 21*: orta est -o (VVLG. rixati sunt; *ἐκρίνοντο*). tenet: LIV. 27, 5, 15. 38, 9, 12. venit in quaestionem: QVINT. decl. 294 p. 166, 8. versatur: CIC. part. 132 in scriptis. vertitur: LIV. 36, 7, 1. *acc.*: -em: adducere: CIC. part. 104 in angustum. constituere: CIC part. 109 COD. Iust. 6, 37, 23, 2. consummare: AVELL. p. 297, 12. decidere: COD. Iust 6, 37, 23, 2. deferre: APVL. mund. pr. (*v. app. crit.*). delegare: LIV. 5, 25, 7 ad pontifices. differre: AMM. 28, 6, 9. experiri: COD. Iust. 1, 3, 25 *a. 456? v. supra l. 5.* finire: LIV. 34, 62, 18. habere: LIV. 33, 41, 1. 42, 41, 9 VLP. dig. 26, 2, 10, 2 SERV. ecl. 3, 1 RVFIN. hist. 5, 18, 8 (*διορίζεσθαι*). 6, 33, 2 (*ζητήσεις καὶ διαλόγους*). iactare: LIV. 39, 48, 2. incohare: LEO M. epist. 167 p. 1200^{A}. inducere: TERT. adv. Marc. 5, 10 p. 605, 26 *v. supra l. 32.* ingredi: ENNOD. epist. 6, 14, 1 p. 157, 8. interrumpere: LIV 40, 36, 5. movere: LIV. 32, 40, 1 PS. RVFIN. in Ioel 3, 2. peremere: VLP dig. 5, 1, 70 *de peremptorio edicto* permittere: LIV. 38, 32, 7 PS. AVR. VICT. orig. 17, 4. protelare: INST. Iust 4, 13, 11. quaerere: PRISCILL. tract. 3, 64 p. 49, 28. reicere: LIV. 21, 31, 7 ad Hannibalem (*v. app. crit.*). revocare: LIV. 41, 22, 4 *v. p. 1290, 73.* servare: LIV. 39, 4, 4 *integram.* solvere: MVTIAN. Chrysost. hom. 11, 1. sumere: ARNOB. nat. 1, 7. suscipere: VAL. MAX. 2, 8, 2. tollere: LACT. inst. 5, 1, 5. *dat. abl. praepp.*: -i: finem imponere: LIV 38, 32, 4 TERT. resurr. 62 p. 123. subdere: COD. Theod. 9, 1, 18 (*a. 396*). -e: vincere: CIC. off. 1, 64. in -em: avertere: LIV. 3, 24, 9 certamen. trahere: LIV. 4, 49, 12 Postumium. venire *de rebus*: LIV. 39, 36, 12 SIDON. epist. 2, 7, 2. vocare: CIC. de orat. 3, 129. ad -em: provocare: LIV. 41, 23, 13 *v. p. 1290, 79.* HIER. in Hab. prol. p. 589/90.

B *nominales*: *epitheta*: anceps: LIV. 5, 25, 7. caelestis: SALV. gub. 1, 50. civilis: CIC. inv. 1, 7 COD. Iust. 6, 34, 1 (*a. 229. opp.* crimen). 3, 8, 3 (*a. 262. opp.* quaestio criminis). coniecturalis: SCHOL. Cic. Bob. p. 121, 24 St. deliberativa: MAR. VICTORIN. rhet. 1, 8 p. 179, 37. dialectica: GELL. 20, 5, 3. divina: EVCHER. instr. 2 p. 145, 7 CASSIOD. compl. in I Cor. 5, 1 *v. p. 1291, 15.* domestica: QVINT. inst. 7, 4, 9. 31. faceta: DON. Ter. Ad. pr. 3, 4 (*v. app. crit.*). familiaris: SYMM. epist. 9, 121. fidelis: EPIST. pontif. 322 Migne 20, 589^{A}. forensis: CIC. de orat. 1, 22. 2, 175. 3, 111. fraterna: AVG. bapt. 2, 4, 5. gloriosa: CASSIOD. inst. div. 17 p. 1134^{C} *v. p. 1291, 51.* ignobilis: AMM. 15, 5, 28. imperialis: SYMM. rel. 21, 7 *v. p. 1290, 84.* infinita: CIC. de orat. 3, 125 part. 106. ingens: LACT. inst. 3, 13, 2. inutilis: AMBR. Abr. 2, 6, 27. iucunda: TERT. resurr. 2 p. 27, 5. iudicialis: MAR. VICTORIN. rhet. 1, 8 p. 179, 37 SCHOL. Cic. Bob. p. 165, 7 St. COD. Iust. 8, 33, 3, 6. legitima: CIC. top. 95 rep. 4, 12 CASSIOD. var. 4, 28. libera: CIC. part. 43 (*opp.* legitimis iudiciis). longa: LIV. 34, 57, 4. magna: LIV. 38, 32, 4 LACT. inst. 6, 10, 18. medica: EPIST. pontif. 322 Migne 20, 589^{A}. parva: LIV. 38, 9, 12. 38, 13, 9. 39, 48, 2 RVFIN. hist. 6, 33, 2. pecunialis: QVINT. decl. 294 p. 166, 8. pecuniaria: COD. Iust. 8, 46, 4 (*a. 259*). peropportuna: LIV. 21, 31, 7. plena: AMM. 28, 6, 9. privata: QVINT. decl. 294 p. 166, 8. prolixa: QVEROL. p. 28, 8. prospera: LIV. 35, 15, 9. publica: SCHOL. Cic. Bob. p. 92, 6 St. pura: AMBR. Noe 1, 5, 55 *v. p. 1291, 36.* sacra: COD. Theod. 1, 6, 3 (*a. 364*) *v. p. 1291, 1.* simplex: CIC. de orat. 3, 116 *v. p. 1291, 22.* tenebrosa: AMBR. Cain et Ab. 1, 10, 44. tranquilla: AVELL. p. 80, 2. vehemens: VVLG. iud. 12, 2. ex aequo: LIV. 37, 36, 5. 39, 36, 1. in factum: PAVL. dig. 3, 5, 33.

cum *aliquo*: CIC. div. 2, 150 nobis ... est. LIV. 21, 18, 8. 32, 21, 25 *al.* TERT. resurr. 2 p. 27, 6 cum haereticis. DON. Ter. Ad. pr. 3, 4 (*v. app. crit.*) RVFIN. hist. 6, 33, 2. contra *aliquem*: VVLG. iud. 12, 2. inter *aliquos*: LIV. 10, 18, 7. 33, 13, 7. 35, 15, 2 *al.* VAL. MAX. 2, 8, 2. GELL. praef. 19 *v. p. 1291, 26.* LACT. inst. 1, 3, 17 *al.* IVST. 32, 2, 3 RVFIN. Greg. Naz. orat. praef. 5 p. 4, 22 AVG. epist. 228, 12 *cf.* SIDON. epist. 2, 7, 2.

pro epitheto sunt: enuntiata secundaria: CIC. part. 105 existet illa -o: minueritne maiestatem, qui. 106. LIV. 21, 18, 8 -o est, licueritne. 32, 21, 25. QVINT. decl. 332 p. 308, 6 esse ... -em, uter mereatur. VLP. dig. 26, 2, 10, 2 an ... sit. PAVL. sent. 3, 5, 14 sive falsum sive ruptum ... testamentum, salva eorum -e. TERT. anim. 56. SCHOL. Cic. Bob. p. 175, 19 St. -o ..., ⟨an⟩ ... debeat. *genetivi rerum*: -o: bonorum: COD. Iust. 3, 1, 3 (*a. 224*). cogitationum: VVLG. Rom. 14, 1 *v. p. 1291, 38.* controversiae: MVTIAN. Chrysost. hom. 11, 1 (*ἀντιλογίας ἀμφισβήτησις*). definitionis: CIC. de orat. 3, 115. deliberationum: CIC. de orat. 1, 22. dicendi: CIC. Cluent. 79 *v. p. 1290, 49.* de orat. 2, 291. examinis: ENNOD. opusc. 2, 84 p. 313, 23. fidei: HIL. trin. 9, 30. eiusdem formulae: LIV. 39, 25, 6. universorum generum: CIC. de orat. 3, 125. unius horae: LIV. 40, 16, 1. iudicationum: QVINT. inst. 3, 11, 18. iudiciorum: CIC. de orat. 1, 22 QVINT. inst. 2, 4, 24 ARNOB. nat. 1, 2. iudicii divini: PRISCILL. tract. 3, 58 p. 46, 11. iuris: CIC. Mil. 23 *v. p. 1290, 59.* QVINT. inst. 3, 6, 82 FORTVN. rhet. 1, 11 COD. Iust. 6, 37, 23, 2. iustitiae: HIER. in Hab. prol. p. 589/90. legis: FORTVN. rhet. 1, 11 COD. Iust. 9, 20, 4 (*a. 239*). negotii: AVELL. p. 297, 12 COD. Iust. 7, 62, 37 pr. INST. Iust. 4, 13, 11. officii: CIC. de orat. 3, 118 *v. p. 1290, 64.* philosophiae: GELL. 10, 4, 1. praeteriti temporis: CIC. part. 69. quaestionum moralium: AVG. civ. 8, 3 p. 324 D. rei: PS. AVR. VICT. orig. 17, 4. rerum: LIV. 38, 32, 7 GELL. 7, 13, 10 APVL. mund. pr. (*v. app. crit.*) PRISCILL. tract. 3, 64 p. 49, 28. saeculi: AMBR. Abr. 2, 9, 61. seditionis: LIV. 21, 31, 7. verborum: LIV. 21, 19, 2. veritatis: CIC. Cluent. 81. *add. gerund.*: TERT. pudic. 21 custodiendae ⟨necne⟩ legis. adv. Marc. 1, 21 p. 317, 17 servandae legis necne. AVG. epist. 196, 1 cavendi Iudaismi.

synonyma, apposita: causa, certamen (LACT. inst. 1, 3, 17), certatio, cognitio (*adde* AMBR. Cain et Ab. 1, 10, 44), conflictus (SERV. ecl. 3, 1), contentio (*adde* CIC. div. 2, 150), controversia (*adde* CIC. de orat. 2, 113. 291 part. 106), dubitatio, examen (ENNOD. epist. 6, 14, 1 p. 157, 8), iudicium, quaestio (*adde* CIC. de orat. 3, 129 FORTVN. rhet. 1, 11 COD. Iust 3, 1, 3 [*a. 224*]). *opp.*: altercatio.

disceptātor, -ōris *m. a* disceptare. *qui disceptat.* GLOSS. *διαγνώμων, διαγνώστης, διαιτητής*; litigator, contentiosus, altercator, disputator, inquisitor, examinator. -es: iudices. *cf.* CIC. part. 10 -r, id est rei sententiaeque moderator. *inde a* PLAVTO, *v. p. 1293, 14.*

I *de iure: arbiter, iudex*: **A** *loci notabiliores*: CIC. leg. agr. 1, 23 populo Romano -e uti (Flacc. 97 populum Romanum -em ... non recuso). part. 28 in personis nostris, -um, adversariorum. LIV. 39, 25, 1 cum Romani legati -um loco, Thessali ... accusatores, Philippus ... tamquam reus consedissent. TAC. ann. 16, 22 -em senatum nobis relinque. AMM. 30, 4, 15 vim negotii sub ore -is ... instruuntur. SCHOL. Stat. Theb 4, 530 de -e animarum et censore vitae (*Minoe Cretensi*). AMBR. Cain et Ab. 1, 6, 24 -em verbi doctoremque virtutis ... declinant (*cf. supra* legislator). *transl.*: AVG. c. Faust. 16, 6 p. 445, 12 Moyses carnalium ciborum ... facit discretionem et inter pisces ac volucres ... helluonis in modum -r sedet.

B *iuncturae*: **1** *verbales*: -r: decernit: LIV. 8, 23, 8. diiudicat:

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. Cic. Caecin. 6. dirimit discrimen: Novell. Iust. 11, 4. est: Liv. 40, 17, 1 Novell. Iust. 11, 4. examinat negotium: Cod. Theod. 6, 4, 16. fert sententiam: Salv. epist. 4, 15. 24. iudicat: Cic. leg. 3, 8. tollit controversias: *cf.* Arnob. nat. 4, 16. -em: dare: Avg. un. eccl. 18, 46 p. 291, 18 Cod Iust. 3, 3, 3 (*a. 294*). desumere: Sidon. epist. 5, 5, 3. eligere: Vlp. dig. 4, 8, 3, 1. habere: Cic. Verr. 4, 184 Liv. 42, 42, 4 Val. Max. 2, 10, 4. legere: Qvint. inst. 9, 4, 132. recusare: Cic. Flacc. 97. relinquere: Tac. ann. 16, 22. sumere: Liv. 1, 50, 8 Ps. Avr. Vict. orig. 23, 1. -i: placet *aliquid*: Pompon. Vlp. dig. 4, 8, 17, 3. -e: uti: Cic. leg. agr. 1, 23 epist. 13, 26, 2 Liv. 35, 45, 3. **2** *nominales*: -r: aequus: Liv. 42, 42, 4. bonus, clemens: Victric. 16. constans: Ambr. exc. Sat. 1, 58. domesticus: Cic. Caecin. 6. iniquus: Cic. or. frg. A III 2 Lavrent. Chan. p. 123^{c}. scientissimus: Ps. Avr. Vict. epit. 12, 5. severus: Cic. Cael. 35. *alicui* (*homini vel rei*): Plavt. Most. 1137 utrisque -r ... adest, age disputa. Qvint. inst. 9, 4, 132 huic causae. Sidon. epist. 5, 5, 3 negotiis. *alicuius rei*: Cic. Verr. 4, 184 -es huius criminis. rep. 3, 33 legis ... inventor, -r, lator (Lact. epit. 40, 8 ira 19, 9). 5, 3 litis (Apvl. flor. p. 101 litiŭm ... et iurgiorum. Ps. Avr. Vict. epit. 12, 5 iurgiorum). leg. 3, 8 iuris (3, 9 Ambr. exc. Sat. 1, 58 Cod. Iust. 3, 1, 14, 1). Tac. ann. 14, 18 agrorum. Ivl. Val. 2, 16 communis commodi. Ps. Avr. Vict. orig. 23, 1 controversiae. Ambr. Cain et Ab. 1, 6, 34 verbi (*v. p. 1292, 80*). Heges. 4, 7 l. 4 negotiorum (*Ios. bell. Iud. 4, 274 δικαστὰς ... τῶν διαφόρων*). de *aliqua re*: Caes. Gall. 7, 37, 5 cur ... Haedui de suo iure ... ad Caesarem -em (disceptaturi M^{2}) ... veniant. Liv. 35, 45, 3 reconciliatore pacis et -e de eis, quae ..., utendum. 40, 17, 1 Val. Max. 2, 10, 4 Qvint. inst. 11, 1, 44. inter *aliquos*: Liv. 1, 50, 8. 40, 17, 1 Vlp. dig. 4, 8, 3, 1 Apvl. flor. 22 p. 101 Avg. c. Faust. 16, 6.

II *de aliis rebus: disputator, argumentator, dubitator*: Tert. carn. 24 nuda ... pronuntians carnem omnes -es eius ferit (*ibid.* argumentatores quatit). Hier. tract. in euang. Marc. p. 350, 17 *de philosophis*: nullus ... -um saecularis litteraturae. Cassiod. hist. trip. 1, 1 p. 881^{c} *Theodosius* -r ... positus iudexque librorum.

obscurius: Tert. adv. Marc. 4, 35 p. 540, 17 *Christus* inspexit illos secundum legis arcanum, significantis Christum esse verum -em (dispect- *Kroymann*) et elimatorem humanarum macularum.

syn.: ad I: arbiter: Cic. rep. 5, 3 epist. 13, 26, 2 Pompon. Vlp. dig. 4, 8, 17, 3 Apvl. flor. 22 p. 101 Arnob. nat. 4, 16 Symm. rel. 39, 5 Sidon. epist. 5, 5, 3. cognitor: Symm. epist. 2, 75. 5, 63, 3 rel. 39, 5. iudex: Arnob. nat. 4, 16 Symm. rel. 39, 5 Salv. epist. 4, 15 Cod. Iust. 3, 1, 14, 1. 3, 3, 3 Novell. Iust. 11, 4. *ad II*: argumentator, iudex. *opp.: ad I*: auscultator: Cic. part. 10. iudex: Cic. Caecin. 6 Lact. ira 19, 9.

f. **disceptātrīx,** -īcis. *quae disceptat.* **1** *de rebus*: Cic. ac. 2, 91 dialecticam inventam ... veri et falsi quasi -em et iudicem. Lampr. Comm. 5, 4 quos ... ex plebe ac nobilitate ... forma -e collegerat. Cod. Iust. 3, 26, 7 (*a. 349*) colonis ... gravitatem tuam ... -em esse. **2** *de personis*: Amm. 14, 11, 26 *de Nemesi*: regina causarum et arbitra rerum ac -x. Avg. conf. 6, 2, 2 *mater* accusatrix potius consuetudinis suae quam -x ... prohibitionis.

disceptim *σαφῶς, φανερῶς*: Gloss. II 50, 50 (disertim *i, Vulc.*). *cf. c.* disceptare.

***discepto,** -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* captare. *Th.*]. *deponens: v. p. 1295, 57.* Gloss. *διαγιγνώσκω, διαιτῶ, διαλαμβάνω.* -ant *διασκέπτονται.* -at disputat (IV 331, 52 -at diffutat [disputat? *Götz. cf.* IV 332, 13 disfutat -at]), dividit, tractat, aestimat, dissipat (disputat? *Götz. cf.* IV 54, 11), flitad (*anglosax.*). -vero sciro. -ari manifestari. *inde a* Cic. (*sed* disceptator *iam* Plavt.); *vocabulum orationis pedestris, nisi quod legitur apud* Sil. 16, 186. *omnes dedi locos praeter aliquot apud* Liv. Tert. Avg. Svlp. Sev.

I ***intransitive:*** **A** *absolute*: **1** *de iure*: **a** *de litigantibus vel generatim* (*certare, litigare*): Cic. Quinct. 46 possumus ... depositis armis ... de re pecuniaria -are? Cluent. 94 accusante tribuno plebis condicione aequa -ari posse non putarunt *iudices* (*cf. infra*: iniqua condicione reum causam dicere). Planc. 87 erat non iure, non legibus, non -ando decertandum. de orat. 2, 183 reos ... appello ... omnes, quorum de re -atur. part. 98 cum de verissimo accusatore -atur. 104. Att. 6, 1, 15 ut Graeci inter se -ent suis legibus. Caes. civ. 1, 24, 6 si coram de omnibus condicionibus -etur. 3, 107, 2 *v. p. 1294, 74.* Sall. Iug. 11, 2 inter se de ... negotiis. Liv. 8, 23, 8. 26, 17, 11 -ando palam de legibus. 26, 33, 4 coram imperatore ... inter Marcellum Siculosque -atum fuerat. 28, 21, 5 -ando controversias finire. 31, 48, 5. 34, 43, 6 de provinciis consulum -atur. 35, 8, 5. 35, 16, 6 ex aequo (39, 47, 6. 42, 23, 6). 35, 32, 14 verbis ... de eis, quae ambigerentur. 35, 33, 5 Romam mittere legatos, seu -are seu rogare senatum mallent. 38, 32, 3. 38, 35, 1 ad consulem inter Achaeos Lacedaemoniosque -atum est. 38, 39, 17 de Pamphylia ... inter Eumenem et Antiochi legatos. 39, 26, 14. 39, 37, 9 servorum -antium apud dominos. 42, 24, 6 *al.* Plin. nat. 3, 23 Tarracone -ant (*i. iudicia habent*) populi xlii (*sim.* 5, 109 eodem foro -ant Orthronienses). Fronto p. 173, 2 N. publico vel privato iudicio. Gran. Lic. p. 27, 10. Pompon. dig. 1, 2, 2, 6 actiones ..., quibus inter se homines -rent. Papin. dig. 22, 1, 1 pr. iudicio bonae fidei. Call. dig. 48, 19, 28, 12 qui iactura affectus est, damni -et. 50, 13, 5 pr. de re pecuniaria -atur (*ibid.* agitatur, cognoscitur, quaeritur). Vlp. dig. 43, 5, 1, 7 de statu. Mod. dig. 44, 1, 10 *litigator* proprio nomine -ans. Apvl. apol. 15 *Socrati* apud iudices ... paulisper -anti (*ibid.* litiganti. *opp.* apud omnes homines ... disserenti). Tert. adv. Marc. 4, 28 p. 519, 8 in causa ... -antium fratrum. Vvlg. Iob 31, 13 si contempsi subire iudicium cum servo meo et ancilla mea, cum -rent adversum me. 34, 19 contra pauperem. Pomer. 3, 8, 2 *superbi* de loco superiori -ant. Papyr. Berol. 628^{r} I 10 (*aet. Neron.?*) utraeque partes nec (*i. ne*) disce⟨de⟩rent, priusqu⟨am⟩ ad -an⟨du⟩m i⟨ntrodu⟩cti f⟨uis⟩se⟨nt⟩. *cf. Mitteis, Herm. 32 (1897) 631 adn.* de iure: Cic. Balb. 29 de civitatis ... iure, non de foederibus -amus. 64 periculo suo de publico iure. Liv. 21, 19, 1 de foederum iure verbis. 34, 62, 5 de iure vectigalium. Fronto p. 169, 4 N. sortiendi. iure: Cic. Caecin. 1 considerati hominis esse ..., qua de re iure -ari (decepturi, decertari *codd.*) oporteret, armis non contendere. Hirt. Gall. 8, 55, 2 spes ... iure potius -andi quam belligerandi. Sall. Iug. 21, 4 de controversiis suis inter se iure potius quam bello -are (*totam sententiam om. mell. codd.*). *cf. etiam infra l. 39.* Gell. 20, 10, 7 in iure.

b *de iudice* (*decernere, sententiam dicere, arbitrium facere*): Cic. Verr. 4, 169 huic ... spes nulla salutis esset, si publicani ... iudicarent: minor esse nunc, iudices, vobis -antibus debet. 6, 183 ut, -ante populo Romano, mecum sibi rem videant futuram. Cluent. 3 de invidia ... sic inter nos -are debetis *iudices*, ut. Deiot. 6 causam si in foro dicerem eodem audiente et -ante te (*Caesare*). part. 28 qui -ant (*i. iudices*). Liv. 3, 40, 11 senatu -ante. 5, 4, 2 exercitu. 28, 21, 8 verbis ... Scipio (*in causa fratrum; ibid.* se iudicem habituros). 34, 62, 15 qui inter populum ... et regem in re praesenti -rent (*cf.* 34, 62, 16 neutro inclinatis sententiis). 35, 33, 8 accerseretur Antiochus ad ... -andum ... inter Aetolos et Romanos. 39, 33, 1. Tac. ann. 2, 51 inter filios ... et leges. Plin. epist. 7, 15, 2 inter amicos. Vlp. dig. 4, 8, 11 pr. *arbitrum* inter eos (*litigantes*) -are (*ibid.* sententiam dicere). 10, 4, 3, 13 (*ibid.* iudicat). Cod. Iust. 2, 9, 2 (*a. 238*) super negotio -urus. Itala I Cor. 6, 1 (Cypr. testim. 3, 44) adversus alterum negotium habens -are apud iniustos (*κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων*, Vvlg. iudicari apud iniquos). *obscurius* Ivl. Val. 2, 33 *Darius*: inter haec verba blanda -es, *Alexander*. Impp. Diocl. et Constant. frg. Vat. 277 (*a. 286*) praeses provinciae ... de ceteris inter vos discep⟨tat⟩urus. Symm. rel. 44, 3 me (*sc. iudice*) -ante. or. 2, 1 inter obsides victoris iure -ans. Amm. 15, 7, 1 in -ando iustissimus. 22, 10, 2 Clavd. Mam. anim. 2, 7 p. 127, 10 *v. p. 1295, 47.* Cod. Iust. 2, 46, 3, 2 de ... restitutione (2, 46, 3, 1 iudicandi facultatem. *ibid.* causas dirimere).

2 *de aliis rebus, quae verbis peraguntur* (*disputare, disserere*): Cic. de orat. 3, 111 omnis ... res eandem habet naturam ambigendi, de qua quaeri et -ari potest, sive in infinitis consultationibus -atur sive in eis causis, quae in civitate et in forensi disceptatione versantur. Brut. 292 cum de sapientia -etur. orat. 45 latius ... de genere quam de parte -are licet. 116 nisi ... inter eos qui -ant convenit, quid sit illud, de quo ambigitur nec recte disseri ... nec ... potest. fin. 4, 60 ac. 1, 32. 2, 65. off. 1, 50 ratio et oratio, quae docendo, discendo, communicando, -ando, iudicando conciliat inter se homines. Fronto p. 114, 17 N. Socrates ne coargueret, Zeno ne -ret, Diogenes ne increparet. Vlt. Syll. gramm. IV 245, 37 de natura ... syllabarum. Gell. 1, 3, 29 Theophrastus ... cum discernendi magis -andique diligentia quam cum decernendi sententia ... scripsit. 4, 17 tit. de natura ... particularum ... exemplis rationibusque ... -atum. Apvl. flor. 18 p. 86 penes extrarios ... promptissime. Tert nat. 2, 2 de qualitate ... et de natura ... -ent *philosophi*. pudic. 12 anim. 3 *al.* adv. Marc. 2, 1 p. 333, 13 in hoc ..., quod ... sit (cor. 8 in origines). 4, 12 p. 454, 2 ad ipsam materiam. Cens. 17, 15 Vettium ... cuivis docto in -ando parem. Arnob. nat. 2, 7 de rebus -atis obscuris. Hier. epist. 12 *discipuli* de dignitate. Vvlg. act. 11, 2 adversum illum (*sc. Petrum Iudaei. διεκρίνοντο*). Rvfin. Clement. 1, 20 -andi tempus *inter Petrum et Simonem magum* (1, 19 disputationibus nostris; *ibid.* mihi certamen cum Simone). Avg. civ. 2, 1 p. 53 D. -andi finis ... et loquendi modus. 9, 23 p. 399 *al.* Svlp. Sev. chron. 2, 35, 5 adversus quos (*catholicos*) de fide (2, 39, 2 *al.*). Oros. hist. 5, 16, 2 *consules* inter se gravissima ... contentione -ant. Vincent. Ler. 29, 42 de sanciendis fidei regulis. Evstath. Bas. hex. 1, 1 p. 863^{B} de verborum subtilitate. Cassiod. gramm. VII 215, 1 Donatus ... in secunda parte ita -at: *eqs.* Ven. Fort. vita Hil. 8, 27 contra haereticos -andi de religione licentia.

3 *translate de eis quae manu peraguntur* (*decernere*): Cic. Att. 8, 11^{d}, 8 ego condicionibus ..., illi armis -ari maluerunt. epist. 4, 4, 3 armis ... de iure publico. 4, 14, 2. Caes. civ. 3, 107, 2 Ptolomaeum atque ... Cleopatram ... de controversiis iure apud se potius quam inter se armis -are. Sil. 16, 186 *v. p. 1295, 41.* Tac. ann. 2, 65 Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 342, 19. Cic. epist. 6, 1, 5 pilis et gladiis, non consiliis neque auctoritatibus ... de iure publico -ari. Sall. Iug. 21, 4 bello (*v. l. 17. cf. etiam p. 1295, 21*).

B cum *aliquo*: **1** *de iure*: Cic. Tull. 20 servus respondit ... dominum esse ad villam; posse eum cum eo -are. Verr. 3, 38 ut sibi cum palaestritis ... aequo iure -are liceat. Liv. 29, 31, 5 de quo (*agro*) ... cum Gala non modo verbis -atum, sed etiam armis certatum fuerat. 31, 49, 9 -andi cum praetore consuli potestatem factam.

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

34, 62, 8 de agro ... cum regis legatis. 36, 9, 2 per legatos ... secum. 42, 14, 7. TAC. ann. 4, 6 *Caesar* cum privatis. 6, 5 ob rem pecuniariam. IVST. 21, 5, 5 cum perditissimo ... de minimis rebus (*sc. Dionysius exul*). VVLG. Ier. 2, 9 iudicio contendam vobiscum, ait dominus, et cum filiis vestris -bo. Ioel 3, 2 cum eis super populo meo. **2** *de aliis rebus*: CIC. fin. 4, 45 Zenonem cum Polemone -antem. ac. 2, 126 an Stoicis ipsis inter se -are, cum iis (*Academicis*) non licebit? AVG. civ. 8, 5 p. 326 de theologia cum Platonicis. AVIAN. fab. apol. 24 venator cum leone -ans de viribus. *c. dat. v. infra l. 59.* adversum (-us) *aliquem: v. p. 1294, 6. 61. 66.* contra: *v. p. 1294, 6.* inter *aliquos: passim, v. supra.*

C *pro subi. sunt res*: PLANC. Cic. epist. 10, 10, 1 in uno proelio omnis fortuna reipublicae -at· (-atur *Wesenberg*). TERT. adv. Marc. 4, 4 p. 429 quatenus communio eius inter nos et Marcionem de veritate -at.

II ***transitive*** (*cf.* ARVS. gramm. VII 467, 17): **A** *pro obi. sunt nomina*: **1** *de iure*: CIC. Mil. 23 is ... praepositus quaestioni, qui haec iuste sapienterque -et (LIV. 45, 15, 5 haec inter ipsos -ata). TAC. ann. 15, 14 multum invicem -ato. RVFIN. hist. 5 ind. 20 quae Irenaeus contra haereticos apud ... Romam -vit (*τοῖς σχισματικοῖς ἐγγράφως διείλεκται*). CIC. or. frg. B 15 illa dissensio -ata bello. top. 95 in controversiis -andis (*saepius; v. vol. IV p. 786, 59*). leg. 2, 21 foederum, pacis ... fetiales iudices, nuntii sunto, bella -anto. LIV. 37, 55, 4 legatos ... senatum missurum ad res Asiae -andas componendasque. POMPON. dig. 4, 8, 14 arbitrio ... dies statuere ... et ita causam -are (ITALA psalm. 73, 22 [Cas.] exurge deus meus: -a causam meam [*δίκασον τὴν δίκην σου*; VVLG. iudica causam tuam]). CAPITOL. Aur. 10, 10 rebus agendis litibusque -andis (ARVS. gramm. VII 467, 17). ARNOB. nat. 1, 25 disceptationis huius -are momenta. COD. Theod. 1, 16, 8 (*a. 362*) pedaneos iudices, hoc est qui negotia humiliora -ent. COD. Iust. 7, 33, 12, 3 inter absentes causam. **2** *de aliis rebus*: CIC. de orat. 1, 44 ista inter Graecos dici et -ari solere. part. 100 omnia, quae de iure civili aut de aequo et bono -antur. fat. 46 hoc modo hanc causam -ari. Tusc. 4, 6 cum Academici eorum controversias -rent. GELL. 2, 2, 10 quod colloquimur ..., quod de officiis -amus, privata actio est. TERT. adv. Marc. 1, 21 p. 317, 27 *quaestionem.*

2 *i. q. diiudicare*: VARRO ling. 8, 51 cum -entur in rectis casibus is, ea, id. 9, 57 natura ... tria genera transit et id est in usu -a⟨tum *Reiter*, -o *F*⟩ ... usus docuit -are doctam rem ab hominibus. 9, 104 verba (POMP. gramm. V 231 *et saepe*). 10, 84 genus. TER. MAVR. 328. DIOM. gramm. I 321, 29 cognomina. 474, 5 metrum ... rhythmo -atur. distat enim metrum a rhythmo. CONSENT. gramm. V 380, 15 ea quae in id exeunt. *al.* SEN. epist. 95, 65 notas ... quibus inter se similia -entur. TERT. pudic. 2 paenitentiae ... condicio -atur. ARNOB. nat. 2, 23 *syn.* discernere. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 3, 5 *syn.* diiudicante. HIL. trin. 4, 41 quid exaequata -as ... discernis? PROB. Verg. ecl. 6, 31 sunt qui binis principiis mundum -ent. AMBR. in psalm. 1 praef. diversa opera -anda virtutum. 48, 6 sapientia non facultates -at, sed voluntates. AMBROSIAST. in II Cor. 5, 11 iudicium ... ad singulorum -anda opera. CLAVD. 26, 39 potestates priscus -at ordo iustitiae. MACR. sat. 1, 7, 26 nondum quisquam servitio vel libertate -batur. MART. CAP. 2, 127 omnia rerum ... -ans ... Prudentia. 6, 709. FAVST. REI. grat. 2, 9 p. 79, 2 inter malum et bonum. POMER. 1, 6, 1 inter eam scientiam ... et eam. BOETH. arithm. 1, 23 p. 47, 9. APRING. in apoc. 19, 15—16 ut -et universa *iudex* et singulorum facta determinet. *res differentiam efficiunt*: MART. CAP. 4, 348 proprium est quod ... unamquamque rem ab omnium communione -et ut in homine risus. 6, 605 nos cum illis diversitas temporum velut quadam contrarietate -at. 8, 846 inaequalitas ... dierum spatia noctiumque -at. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 87, 17. *i. q. differentias notare*: TER. MAVR. 2254 *moram* pollicis sonore vel plausu pedis -are. HIL. gen. 60 dies varie rerum -at ora. MART. CAP. 6, 597 scaphia ... horarum ductus -ant.

part. perf. pass. pro adi. **discrīmināt̆us,** -a, -um: PRVD. perist. 10, 350 aedem -is (*i. distinctis*) illatam coloribus.

deriv.: discriminatim, discriminatio, discriminator.

discrīmināsus, -a, -um *a* discrimen. *i. q. periculosus*: CLAVD. DON. Aen. 11, 563 -um fuit hastae iactu liberari. *adv.* **discrīminōsē:** IVL. VAL. 2, 24 id factum ... valetudinem ... -ius vicerat. [*Rubenbauer.*

discrīptio, -ōnis *f. a* discribere. *de* di- *et* de- *v. p. 1354, 36 sqq. ad* discribo. di- *in lapide*: LAVD. Murdiae (Corp. VI 10230) 17 *infra l. 64.* GLOSS. διαχάραξις (de- *trad.*) *et* διαγραφή (di- *et* de- *trad.*) *ad* di- *et* de- *pertinere possunt. legitur inde a* CIC. [PLIN. nat 3, 46. 49. 63 *v. p. 665, 2.*]

i. q. distributio: CIC. Sull. 52 tum -o (*Büch.*, de- *codd.*) totam per urbem caedis atque incendiorum constituta est. Flacc. 32 in -e (de- *codd.*) aequabili sumptus. *ibid.* discripsit ... pecuniam ad Pompei rationem, quae fuit accommodata L. Sullae -i (de- *codd.*). dom. 129 servorum omnium vicatim celebrabatur tota urbe -o (de- *codd.*). Planc. 45 decuriatio tribulium, -o (*Büch.*, de- *codd.*) populi. rep. 2, 39 quae discriptio *Servii Tullii* si esset ignota vobis, explicaretur a me. Tusc. 4, 1 cum ... equitum peditumque -o ... esset constituta. 4, 10 *illorum* -em sequar, qui animum in duas partes dividunt. 5, 68 in -e expetendarum fugiendarumque rerum. off. 1, 21 privatarum possessionum -o (*B*). LAVD. Murdiae (Corp. VI 10230) 17 quom -o partium (*sc. hereditatis*) habeat gratum ... animum in viros *eqs.* PS. FRONTIN. strat. 4 pr. quae parum apte -i (*Büch.*, de- *codd. opt.*; discretioni *dett.*) priorum ad speciem alligatae subici videbantur. SVET. Tib. 30 legionum et auxiliorum -e (*M*; de- *rell.*). DON. Ter. Hec. pr. 3, 6 docet ... Varro *non* ... esse mirandum, quod actus impares scaenarum ... sint numero, cum haec distributio in rerum -e (*L*, de- *rell.*), non in numero versuum constituta sit. GREG. M. epist. 8, 24 p. 25, 19 solliciti -e iudicii.

syn.: decuriatio (CIC. Planc. 45).

[**discrīptor,** -ōris *m.* GLOSS. V 190, 26 -es dicuntur, qui populum per centurias et tribus dividunt. *cf.* diribitor *p. 1232, 18. alia v. sub* descriptor.]

discrīptus (**-ē**) *v. p. 663, 7 sqq.* *Vetter.*

discruciātus, -ūs *m. a* discruciare. *i. q. cruciatus, excruciatus*: PRVD. ham. 834 vermibus et flammis et -bus aevum immortale dedit.

discrucio, -āvī, -ātum, -āre *a* dis- *et* cruciare. *inde a* PLAVTO. NOT. Tir. 66, 66 -at.

1 *corpora animalium valde cruciare, excruciare*: CIC. Phil. 13, 37 ut ... Trebonium et ... Brutum, Cassium -atos necaret. SVET. Aug. 14 eundem ... -atum necasset. APVL. met. 9, 32 -bar frigore. FIRM. math. 4, 19, 5 corpore erunt modici ... et quos intrinsecus collectus dolor assidua ratione -et. 5, 6, 2 renes acerbo dolore -at *luna*. SYMM. epist. 6, 73 rienum dolore -or. AMM. 27, 12, 3 -atus cecidit ferro poenali. PS. AMBR. laps. virg. 8, 32 te omni tormentorum genere -andam. HIER. hom. Orig. in Ezech. 5 p. 928 inedia et squalore et macie -etur. ORIENT. comm. 1, 316 vita perennis laetificans iustos -ansque reos. *singulariter*: TERT. anim. 53 p. 386, 4 rapida ... mors ... nullam animae moram praestat nec discessum eius in momenta -at (*i. nec efficit, ut anima paulatim ac minutatim [cf. ibid. p. 385, 12] inter cruciatus a corpore discedat*).

in enecandi notionem transit: MARCELL. med. 4, 22 stercus scrofinum ... lendes pedunculosque -at.

2 *frequentius adhibetur ad animum (mentem) spectans*: **a** *formae activi*: CARM. epigr. 1044[B], 10 (*saec. I in.; Viminacii Moes. super.*) et hic miserum ut -et stimulus (*cf. Bücheler ad l.*). SEN. epist. 95, 3 illos, quos honores nulla non arte atque opera petiti -ant. 115, 16 cotidianas sollicitudines, quae pro modo habendi quemque -ant. APVL. met. 9, 16 amoris languidi desidia tuos volentes amplexus (*i. te amplexus gestientem*) -at. 11, 15 fortunae caecitas dum te pessimis periculis -at. FIRM. math. 5, 6, 9 quos perpetui operis laboriosa sollicitudo -et. PS. AMBR. serm. Sess. 1, 5 non condicio languentium ac morientium proximorum sollicitudo -at (*sc. eum*). AVELL. p. 11, 8 legatos ... interim sola dilatione -at. EPIST. pontif. (*a. 430*) Migne 50, 491[C] non vos ista -ent (βασανιζέτω). NICET. appell. 2 p. 4, 25 B. si ira -at et exagitat dissensio, accede ad Christum. PETR. CHRYS. serm. 172 p. 649[A] invidia (*velut* carnifex) ... torquet animos, -at mentes. CASSIOD. in psalm. 127, 1 *pericula* homines inani pavore -ant. *reflex.* se -are: PLAVT. frg. inc. 32 quid murmurillas tecum et te -as? APVL. Plat. 2, 22 si de tali se causa -et. CASSIOD. in psalm. 101 praef. se ... lamentabili afflictione -at (101, 7. *cf.* 142, 1 peccatorum suorum recordatione). 101 concl. se -ando. var. 12, 11, 2 nesciunt ... esse lucripetes nec aliqua se negotiationis calliditate -ant. **b** *formae passivi*: PLAVT. Cas. 276 -or miser amore. Poen. 368 -or miser, nisi *eqs.* Trin. 103 haec cum audio in te dici, -or (excrucior *codd., corr. Ritschl*) miser. CIC. Q. Rosc. 31 quod ... ipse celeriter arripuit, id cum tarde percipi videt, -atur. AVR. Fronto p. 92, 22 N. tanto angore -or. VERVS Fronto p. 131, 3 N. cura -bor. SYMM. epist. 1, 54 continuo animi dolore -or. 6, 64, 3 -or incerto per moram servuli, qui ... necdum revertit. ENNOD. epist. 4, 27, 5 p. 117, 17 super tarditate ... *illius* et opinionum varietate -or. dict. 28, 5 p. 506, 8 furore incensa -or. SCHOL. Hor. epod. 17, 23 sensus hic: ego -or m⟨a⟩eroribus et tu vacas deliciis. *adduntur* animi, animo, animum: *cf.* DOSITH. gramm. VII 424, 21 -or animi et animo et animum (DIOM. gramm. I 318, 25 BEDA gramm. VII 270, 13). 425, 29 -or animi et animo (DIOM. gramm. I 311, 17. IDIOM. cas. gramm. IV 570, 25 -or [discutior *cod.*] animi κατὰ ψυχὴν [ἐρεννῶ *del.*] τρύχομαι et animo [obcrucior *del.*] τιμωροῦμαι τὴν ψυχήν). CHAR. gramm. I 295, 29 -or animi et animum. GLOSS. -or animi βασανίζομαι τὴν ψυχήν. animi: PLAVT. Aul. 105 -or animi quia ab domo abeundum est mihi. TER. Ad. 610 -or animi (*cf.* ARVS. gramm. VII 468, 11 SCHOL. Ter. p. 158, 3).

form. pass. cum acc. c. inf. coniungitur: PLAVT. Bacch. 435 CATVLL. 66, 76 CAEL. Cic. epist. 8, 3, 1 CIC. Att. 14, 6, 1.

syn.: crucio, concrucio, excrucio. *deriv.*: discruciatus. *Nelz.*

discubitio, -ōnis *f. a* discumbere. *i. q. sedile, accubitus,* ἀνάκλισις (GLOSS.): ITALA Luc. 9, 14 (cod. d) reclinate eos -es (κατακλίνατε ... κλισίας, VVLG. facite illos discumbere). AVG. serm. ed Mai 118, 1 in unius -is instramento. ASSVMPT. Moys. 7, 8 habebimus -es et luxuriam. CORP. XIII 1766 loco exculto cum -e et tabula (*cf. Ihm, Matronenkultus p. 52*).

discubito, -āre *a* discumbere; *cf. c.* cubitare, secubitare. *i. q. quiescendi causa semotum iacere*: ALC. AVIT. hom. 7 p. 114, 26 facit furoris incontinentia, ne tacens -et *diabolus.*

discubitus, -ūs *m. a* discumbere. *cf. c.* accubitus, secubitus. *acc. plur.* -os: ITALA Marc. 12, 39 (cod. b) Matth. 23, 6 Luc. 11, 43 (codd. b l). 14, 7 (codd. a f). 20, 46 (cod. a). *i. q. actus vel locus discumbendi, se reclinandi, plerumque in convivio: sing.*: VAL. MAX. 2, 1, 9 ne seniorum adventum -u praecurrerent. VVLG. Sirach 41, 24 erubescite ... de -u in panibus (πήξεως ἀγκῶνος ἐπ' ἄρτοις). GAVDENT. serm. 13 p. 934[B] explanantes -um Lazari (*sc. in domo divitis*). PETR. CHRYS. serm. 66 p. 387[C] si Lazarus ad tuam (*divitis*) mensam venisset, tu ad istum -um (*sc. in inferno*) non venisses. p. 388[B] pro molli -u sustine tormentorum dura. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 2 p. 351[B] -um ... mensam et cetera *exornans. plur.*: primi -us: ITALA Matth. 23, 6 (cod. a ORIG. in Math. 18, 10) diligunt primos -us (πρωτοκλισίαν, VVLG. primos recubitus). Luc. 11, 43 (codd. b l) primos -us (πρωτοκαθεδρίαν, VVLG. primas cathedras). IREN. 3, 14, 3 AMBR. hex. 5, 15, 52. VVLG. Marc. 12, 39 in cenis. Luc. 20, 46 in conviviis (πρωτοκλισίας *utroque loco*). ACT. Archel. p. 36, 3.

disculcio (**-iatus**) *v.* discalceo.

disculpo, -ptum, -ere *a* dis- *et* scalpere *vel* sculpere. *i. q. scalpendo vel sculpendo insignire*: TERT. pall. 4 pectus squamarum (*sc. loricae*) signaculis -ptum. *cf.* desculpo.

[**disculsio:** GLOSS. V 189, 39 -o expulsio (disclusio *vel* dispulsio *Götz*)].

[Gudeman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

disculum *a* discus, -um *deminutive*: GLOSS. IV 342,13 ferculum: -um discus.

discum, -ī *v. p. 1370, 28.*

***discumbo,** -cubuī, -cubitum, -ere *a* dis- *et* cumbere. *de sensu*: DIFF. ed. Beck p. 30,18 accumbere est ad quietem reclinare, -ere ad epulas, decumbere in infirmitate. p. 51, 23 -unt diversis partibus plures. *seqq. definitiones verborum* accumbendi, succumbendi, procumbendi, concumbendi. SCHOL. Hor. carm. 1, 27, 8 succumbere deorum est, ... -ere hominum, recumbere ferarum. GLOSS. -it iacet, epulatur. -amus *ἀναπέσωμεν*. -e *ἀνάπεσον*. -uit accubuit, incubuit. -entes fusi (*cf.* SERV. auct. Aen. 1, 214, 708). *legitur inde a* PLAVTO. *cf. etiam* decumbo (*p. 221, 40 sqq.*). [*dub.*: **discubitum** (*semel per errorem scribitur* discivitum GLOSS. IV 332, 3) *part. perf. pass. vel supinum ex* dis- *et* cumbere, *ut videtur, tractum, sed sensu prorsus alieno*: GLOSS. V 450,60. 496,73. 567,31 disiunctum. semotum. IV 332, 3 disclusum.]

I *i. q.* ***se collocare in lecto,*** *pulvinari hic illic etiam de singulis. de re cf. Marquardt-Mau, Privatleb. p. 300. 322.* **A** *dormiendi causa*: PLAVT. Merc. 100 -itum noctu ut imus (*praecedit* decumbo *de epulante*). CIC. inv. 2, 24 cenare et in eodem loco somnum capere voluerunt, cenati -erunt ibidem.

B ***cenandi*** *causa accumbere in triclinio, convivio*: **1** *absolute*: ISID. orig. 20, 11, 9 apud veteres Romanos non erat usus accumbendi, ... postea, ut ait Varro de vita populi Romani, viri -ere coeperunt, mulieres sedere (diff. 1, 524). VARRO Men. 102 -imus mussati. CIC. Att. 5, 1, 4 -uimus omnes praeter illam. LVCR. 3, 912 -uere tenentque pocula saepe homines. SALL. hist. frg. 3, 83 -uere: Sertorius inferior in medio, super eum L. Fabius (PETRON. 57, 1 supra me). NEP. frg. 24 temperius ut -ret. SEN. epist. 47, 5 ad cenandum -uimus. CVRT. 8, 5, 9 cum quibus cum -isset rex, paulisper epulatus convivio egreditur. PETRON. 21, 6. 22, 2 pedes -entium. 31, 3. 57, 2 secundum illum. 67, 3. 70, 10 IVV. 5, 12. 6, 434 TAC. hist. 2, 68 ann. 4, 54. 6, 50. 11, 2. 14, 57 epulandi causa. 15, 69 SVET. Iul. 48. 74 Aug. 70, 1 Cal. 45, 2 Claud. 32. GELL. 3, 2, 2 lemm. ratio ... in -endo sedendoque. TERT. spect. 28 cum illis. nat. 1, 7. ITALA Luc. 13, 29 (codd. a f r) -ent in regno (*ἀνακλιθήσονται*, VVLG. accumbent). PORPH. Hor. epist. 1,5, 29 CARM. poet. min. V 64,11 SPART. Hadr. 22,4 TREB. Gall. 20, 4 LACT. inst. 4, 15, 16 HIL. in Matth. 9,1 OPTAT. 5,10 AVSON. 157, 20 AMM. 21, 4, 4. HYG. fab. 126 p. 110, 15 cum ancillis Vlyssis -unt (*vix secundum Homerum de concubitu intellegendum, cf.* p. 110, 21). VVLG. I reg. 16,11. Tob. 7, 9 ad prandium. 9, 8 Matth. 9,10. 14,19 Marc. 2,15. 14,18 et -entibus eis et manducantibus. Luc. 5, 29. 7, 36 -uit (22, 14). Ioh. 6,10. 12, 2 *saepe* HIER. prol. gal. RVFIN. Orig. in cant. 1, 87[A] AVG. in psalm. 66, 8 SVLP. SEV. dial. 1, 4, 3. 2, 7, 4 cum epulante. 2, 12, 10 MART. CAP. 5, 538 PETR. CHRYS. serm. 83 p. 433[C]. SIDON. epist. 3, 13, 4 cum -erit. ENNOD. carm. 1, 9, 152 -ere servum. CYPR. GALL. gen. 1396 ubi -uit. HIST. Apoll. 40 vade, -e et epulare. PASS. Theclae D 13 *al.* *in titulis*: DECRET. decur. Gab. (Corp. XIV 2795) 10. 13 CORP. IX 3160. X 5654. 5657. 2795. CARM. epigr. 856, 2 sum -ens. *impersonaliter*: CIC. Verr. 2, 66 mature veniunt, -itur. VERG. Aen. 1, 700 STAT. Ach. 1, 756. TAC. ann. 11, 27 -itum inter convivas. FLOR. epit. 4, 8, 4.

2 *additur ubi*: VERG. Aen. 1, 708 toris (OV. met. 8, 566. 12, 155 LVCAN. 10, 136. PETRON. 67 in quo *toro*). TIB. 2, 5, 95 in herba. OV. met. 12, 212 antro. STAT. silv. 4, 2, 10 mediis ... in astris cum Iove et Iliaca. 4, 2, 33 mensis (AMM. 31, 5, 6 in nepotali mensa). Theb. 1, 528 parte alia. QVINT. inst. 11, 2, 13 quo quisque -erat. PS. FRONTIN. strat. 4, 3, 7 lectis. TAC. ann. 3, 14 in convivio. 14, 22 in villa. ACT. Arv. 2, 33 (*a. 87*) in triclinio (11 A TREB. trig. tyr. 23, 5. *cf.* SVET. Cal. 37, 2). ACT. Arv. 16 B toralibus. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 10/11 in imo rex ipse -it. AMM. 29, 2, 4 in quibus *domibus*. 30, 1, 19 honoratiore -uit loco (VVLG. Luc. 14, 8 in primo loco). SCHOL. Hor. sat. 2, 8, 23 in medio (PASS. Thom. 98, 20). VVLG. Marc. 8, 6 super terram. *al.* AVG in psalm. 144, 9 super pectus domini (epist. 167, 10 virg. 27, 27 contin 11, 25). PETR. CHRYS. serm. 29 p. 283[B] -bat Iesus plus in Matthaei mente quam sigmate (*i. mensa*). *impersonaliter*: VAL. FL. 2, 190 -itur ... porticibus. 8, 255 toris -itur. GELL 2, 2, 9 cum sedeatur, ambuletur, in convivio ... -atur. 3, 19, 1 apud cenam ... -itum fuerat.

II *i. q. recumbere in terra*: AMPEL. 2, 6 canis ad pedes eius -ens. HERM vis. 3, 12 *senior* iam non -it, sed et stat (*οὐκέτι ἀνακεῖται, ἀλλὰ ἔστηκεν*; non iam iacens *rec. Pal.*). *de re*: PALLAD. 3, 11 vitis ..., quae per terram proiecta -it.

discuneātus, -a, -um [*a* dis- *et* cuneus *vel* cuneare. *Th.*]. *i. q. cuneo disclusus*: PLIN nat. 9, 90 insidiantur ... polypi *conchis* apertis impositoque lapillo extra corpus, ne palpitatu eiciatur: ... illae se contrahunt, sed frustra, -ae.

discupio, -ere *a* dis- *et* cupere. **1** *i. q. valde cupio, flagito*: PLAVT. Trin. 932 -o dicere. CATVLL. 106, 2 cum puero bello praeconem qui vidit esse, quid credat nisi se vendere -ere? CAEL. Cic. epist. 8, 15, 2 te videre et omnia intima conferre -o. *?* **2** *i. q. neglegere, ex propria praepositionis vi ortum*: ITALA act. 6, 1 (cod. d, *cf.* h *v. l. 82*) quia -untur in ministerio diurno viduae (quod ... viduae ... a ministris ... -ierentur: cod. h *e lectione Buchanani*; *παρεθεωροῦντο*, VVLG. despicerentur). *Gudeman.*

***discurro,** -(cu)currī, -rsum, -ere *a* dis- *et* currere. *forma percfecti reduplicata legitur* SEN. suas. 4, 2 SVET. Cal. 32, 2, *v. etiam l. 5; non redupl.*: VERG. Aen. 5, 580 LIV. 25, 25, 9. 31, 26, 4. 34, 37, 1 SEN. contr. 2, 2, 9 SEN. nat. 6, 29, 1 CVRT. 4, 15, 10 VVLG. gen. 49, 22 (*Amiat. praes.*) HIER. tract. in psalm. 143 p. 280, 19 GREG. TVR. Franc. 4, 51. NOT. Tir. 27, 17 -currit. 27, 27 -cucurrit. GLOSS. *διατρέχω. περιτρέχω.* *legitur inde a* CAES. (*semel*) BELLO Alex. (*semel*) VERG. (*6[ies]*). *usus transitivus v. l. 74 sqq. 84. p. 1367, l. 50 sqq. 79 sqq.* [*dub.*: LVCAN. 4, 733 equitem late -ere (*UG*, dec- *ceteri libri*) campis. *loco corrupto*: VERVS Fronto p. 116, 20 N. -is autumno (*legit Hauler*).]

I ***proprie*** *i. q. huc illuc, in omnes partes celeriter se mouere, currere, vagari* (GREG. M. in Ezech. 1, 5, 9 omnis ... qui -it accedit in locum, in quo non fuit et eum deserit, in quo fuit); *ubi de pluribus dicitur, saepe subintellegendum in diversas partes festinare (praesertim addito quo vel unde)*: **A** *de* ***animantibus:*** **1** *de personis (praecipue militibus)*: **a** *generatim*: *α pedibus*: VERG. Aen. 9, 162 -unt variantque vices. LIV. 25, 25, 9. PAVL. FEST. p. 57 in Lupercalibus nudos -ere (MIN. FEL. 24, 3 TERT. spect. 5 PS. AVR. VICT. orig. 22, 1. *cf.* AVELL. p. 458, 28). VITR. 2, 8, 12 inter se congregantes -bant. SEN. clem. 1, 3, 5. dial. 5, 32, 3 propter quae litigamus -imus (*i. trepidamus*) anhelamus (*cf.* epist. 13, 13 aestuare ac -ere. ENNOD. carm. 1, 4, 94 suspiret, cupiat, -at, ferveat). dial. 9, 2, 9. 11, 10, 6 quid tanto tumultu -itis? nat. 29, 1 insanis attonitisque similes. epist. 2, 1. 122, 16. CVRT. 3, 8, 26 festinatio -entium. PETRON. 59, 6. SIL. 4, 549 instat Hiber levis et levior -ere Maurus. TAC. ann. 1, 44 *milites seditiosi*. SVET. Tib. 75, 1. Cal. 32, 2 more victorum. Claud. 10, 2 -ens forte gregarius. APVL. met. 8, 25. PORPH. Hor. carm. 1, 15, 27 furit ac per hoc -it, ut te repperiat. IVST. 12, 7, 8 exercitus ... -it (*sc. in partes diversas*). AMM. 31, 2, 8 incomposita acie cum caede vaste -unt. HIER. epist. 64, 11, 2 sacerdotes. VVLG. prov. 6, 3 -e festina. MART. CAP. 1, 36 cum -endum esset. ENNOD. opusc. 1, 51 p. 275, 11 ne impunita esset libido -entium (*i. transfugarum*). *additur ubi*: CAES. civ. 3, 105, 3 ut in muris armata civitas -ret (OV. fast. 2, 285 deus velox -ere gaudet in altis. ANTH. 415, 39 SVLP. SEV. Mart. 23, 6 DRAC. Orest. 849 IORD. Get. 10, 66). OV. met. 14, 419 per omnes -unt silvas (LIV. 25, 34, 11. 33, 28, 3 PS. QVINT. decl. 19, 16 SVET. Claud. 21, 6 APVL. met. 4, 30. CYPR. epist. 44, 3 oppidatim per quasdam civitates. IVST. 5, 7, 4 AVSON. 352, 19 AMM. 16, 3, 3. 17, 12, 3. 20, 6, 2 per turres ... et minas. *al.* CLAVD. rapt. Pros. 3, 50 luctu. OROS. hist. 5, 24, 13. CONC. Latun. a. 673—675 p. 218, 10 vacare [*i. vagari*] aut -ere. *saepe.* *per homines*: GREG. TVR. Franc. 9, 8). LIV. 22, 17, 3 hominum passim -entium (24, 39, 6 SEN. benef. 3, 23, 2 dial. 9, 2, 2. *cf.* SVLP. SEV. dial. 1, 6, 13 ubique). 26, 9, 8 circa deum delubra (27, 51, 7 *cf. l. 69. 79*). LVCAN. 1, 476 qua Nar ... illabitur amnis, ... -ere Caesaris alas. 5, 295 totis -ere castris (VAL. FL. 1, 312 transtris. STAT. Theb. 7, 455 muris. SVET. Nero 57, 1 NEMES. ecl. 4, 6 cyn. 49. PALLAD. hist. mon. I 24 p. 305[B] toto ... mundi fine -ens [*περιεχόμενος* p. 109, 8 Butl.]. *v. infra l. 70*). LVCAN. 10, 359 interque maritos -ens (*cf.* AMM. 20, 5, 5 inter tela. VAL. CEM. hom. 18, 4). AVR. Fronto p. 230, 17 N. parvolam nuntio nostram melius valere et intra cubiculum -ere. AMM. 15, 4, 9 prope munimenta Romana. IORD. Get. 282 super Sarmatarum rege -it. *quo vel ad quem finem*: BELL. Alex. 31, 2 Alexandrini trepidantes in omnes partes castrorum -ere coeperunt (VERG. Aen. 11, 468 in muros tota -itur urbe. LIV. 5, 21, 6 *al.* SEN. contr. 2, 4, 1 in omnia ... ministeria. SEN. dial. 5, 6, 3 in multa ... negotia. CVRT. 6, 2, 16. APVL. met. 7, 9 in ... fugam). VERG. Aen. 12, 577 ad portas (LIV. 5, 36, 5 ad arma [25, 37, 11. 27, 41, 8 *al.* SEN. suas. 6, 5 ab armis ad arma. SEN. dial. 5, 2, 3. 10, 3, 1 ad lapides et arma. CVRT. 9, 7, 8 TAC. Agr. 35]. 4, 34, 2 ad praedam [5, 21, 14. 9, 31, 16 CVRT. 4, 15, 10 *al.*]. 25, 29, 9 ad caedem. 31, 18, 7. 42, 58, 4 miles ad sua quisque tentoria -it. *al.* SEN. dial. 10, 12, 5. nat. 4, 6, 2 ad paenulas. PETRON. 114, 1 ad officia. ad *c. gerund.*: LIV. 1, 9, 10 ad rapiendas virgines. 3, 50, 12. 8, 27, 9. 25, 2, 7. 25, 10, 10. 27, 16, 7 ad diripiendam urbem. 35, 11, 5. SEN. epist. 95, 24 ad inferendam cenam. CVRT. 4, 1, 31 ad populandos agros. 5, 12, 6. 9, 9, 8 MARCELL. chron. H p. 96, 504). LIV. 35, 4, 2 praedatumque ... -bant Romani. PETRON. 37, 1 huc atque illuc (CAPITOL. Maximin. 5, 1 HIER. tract. in psalm. 143 p. 280, 19. RVFIN. hist. mon. 29 p. 454[B] puerulos. GREG. TVR. Mart. 4, 17). APVL. met. 1, 5 ultro citro (AMM. 14, 11, 10 *al.*). *unde*: LYGD. 1, 3 vaga nunc certa -unt undique pompa. FLOR. epit. 4, 2, 77 circa obsidionem urbium utrimque -rsum est (AMM. 29, 5, 26). AVIEN. orb. terr. 516 hinc Metapontini -unt latius arvo. *nota c. dat. (?)*: PANEG. in Mess. 68 ut inferno Plutonis subdita regno magna deum proles levibus -ret umbris (*alii intellegunt 'specie levium umbrarum'*). *usus transitivus i. q. huc illuc percurrere*: AMM. 16, 2, 10 tramite obliquo -rso. 21, 12, 3 -rsis Thraciis Constantinopolim introiit. 25, 10, 1 -rsis itineribus (29, 5, 17). 31, 2, 21 Mediam. VVLG. II Macc. 5, 26 civitatem (*εἰς τὴν πόλιν ... εἰσδρομών*). IORD. Get. 155 Tusciam usque ad urbem Romam -entes. 271 Illyricum totum -entes in praeda. *β alia ratione*: LIV. 25, 9, 2 ut *equites* -rent circa vias perlustrarentque omnia (*cf.* 33, 15, 2. VAL. FL. 6, 203. SVET. Cal. 19, 3 [*proverbialiter*] non magis Gaium imperaturum quam per Baianum sinum equis -urum. AMM. 26, 3, 5. VVLG. Esth. 8, 10 per veredarios. OROS. hist. 1, 13, 4 *al.* ITIN. Anton. Plac. rec. A 40 -entes cum ipsis equis [PALLAD. hist. mon. I 1 p. 254[D]]). AMM. 14, 6, 16 basternis. 17, 2, 3 navibus -ere flumen (24, 4, 9 itineri-

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bus et cumbis per varia -entes. ANTH. 723,16 cursus aequoris). MART. CAP. 1, 7 *rotis.* *de deo, diabolo sim.*: MIN. FEL. 10, 5 deum . . . -entem scilicet atque ubique praesentem. AMM. 14, 11, 26 *Nemesis* per elementa -ens. PETR. CHRYS. serm. 13 p. 231A *diabolus* circa nos, servos eius, . . . -it. SVLP. SEV. Mart. 23, 3 inter se ac deum nuntios -ere. *in locut. vulgari, ut vid.*: CYPR. epist. 14, 3 audio quosdam improbe et insolenter -ere (*i. vitam agere -endo*), ad ineptias... vacare (*cf.* RVFIN. Orig. in exod. 1, 5 *diabolus* te facit -ere per saeculum). *in locut. metaph. (?)*: VVLG. gen. 49, 22 filiae -erunt super murum (HIER. quaest. hebr. in gen. *ad l.* gradu composito incedentes super murum). *de rebus personatis*: LVCAN. 4, 574 -ens Fama per orbem (CVRT. 4, 1, 24 PELAG. in I Thess. 1 p. 683A CARM. epigr. 279, 9 [*a. 357*] *al.*). IVVENC. 2 praef. 11 gloria. HIER. in Is. 37, 33 p. 466 mors (*sc. pestis*) saeva -it (*i. dilatatur. sim.* DRAC. Romul. 8, 628. *aliter* DRAC. satisf. 217 si debilitas faceret -ere [*i. abire*] mortes).

b *speciatim: de ludis, exercitiis militaribus i. q. in diversas partes deflectere*: VERG. Aen. 5, 580 olli -ere pares. LIV. 7, 33, 11 cum equites . . . -unt in cornua legionibusque in mediam aciem aperiunt viam (*cf.* VEG. mil. 3, 22). 28, 14, 19 in cornua (CVRT. 3, 2, 14). CLAVD. 28, 633 in gyros. *de ambitu matutino clientium*: MART. 4, 78, 3 -is tota vagus urbe. 12, 26, 3 per urbem. *de itineribus magistratuum*: COD. Theod. 1, 16, 11 (*a. 369*) provinciis praesidentes per omnium villas sensim . . -ant. 8, 5, 66, 1 (*a. 407*) per provinciam suam. CONC. Cabil. a 639—654 p. 210, 17 (*syn.* circuire). *cf.* AMM. 21, 16, 18 catervis antistitum, iumentis publicis ultro citroque -entibus per synodos.

2 *de bestiis*: VERG. Aen. 12, 590 *apes* per cerea castra -unt (PS. QVINT. decl. 13, 12). SEN. contr. 10 praef. 9 quidquid ferarum -it. PETRON. 40, 2 canes Laconici etiam circa mensam -ere coeperunt. MART. 8, 33, 15 aranea (HIER. tract. in psalm. I p. 109, 16). APVL. met. 4, 18 facies ursae mediis aedibus -entis. 4, 19. 6, 10 formicula (EVSTATH. Bas. hex. 9, 3 p. 959C). 7, 15 *al.* AMM. 29, 5, 41 equo, per saxa et rupes -ere citius assueto (VVLG. Zach. 6, 7 PALLAD. hist. mon. II 3 p. 347D [διατρέχοντας p. 20, 17 Butl.]). HIER. adv. Iovin. 2, 5 gallina. VVLG. iud. 15, 5 ut huc illucque -rent *vulpes*. CLAVD. carm. min. 18, 5 *mula*. DRAC. laud. dei 1, 279 PASS. Theclae B 36 p. 100, 16. *nota*: HIL. gen. 12 quae per liquidos -unt agmina campos. HIER. in Am. 3, 8 p. 336 aves volantes per aerem et sublimius -entes. SIDON. carm. 5, 403 anguis -it per aciem.

B *de rebus*: **1** *quae ipsae se movent*: VERG. georg. 4, 292 *Nilus* septem -it in ora (SEN. nat. 4, 2, 8 per totam -it Aegyptum. LVCAN. 10, 238. APVL. met. 2, 5 *fons* deae vestigio -ens. flor. 6 p. 19. AMM. 23, 6, 26 fluvii multi per haec loca -unt). SEN. epist. 102, 25 suffusus sanguis -ensque per totum (CHIRON 4). PALLAD. 4, 10, 11 aqua. HIER. tract. in psalm. I p. 141, 17 pluvia in universo orbe -it. SEN. suas. 4, 2 sidera in quas -cucurrerint partes (LVCAN. 1, 643). SEN. benef. 4, 23, 4 *stellae* (nat. 7, 13, 1 PLIN. nat. 18, 351). dial. 11, 6, 7 ⟨sol⟩ . . . per omnis signorum partes -it (SCHOL. Germ. Sang. p. 228, 3. 231, 2 *sole* a *terra* longius -ente. 231, 11 ab oriente in occidentem. MART. CAP. 8, 879 *al. transitive*: AMM. 26, 1, 13 duodecim siderum domicilia sol -ens. 28, 4, 24 polum -ens luna. MACR. somn. 1, 6, 53 omnem zodiaci et longitudinem et latitudinem circum perque -it. 1, 18, 12. ARNOB. in psalm. 18 p. 349C horarum mensuras. CASSIOD. var. 1, 35, 2. 1, 45, 8). EVSTATH. Bas. hex. 1, 3 p. 870C circum te -unt ea, quae moventur in caelo. LVCAN. 4, 369 aera non passus vacuis -ere venis. PS. QVINT. decl. 8, 18 spiritus per tacitos meatus . . . -ens (GREG. TVR. Mart. 2, 3 flatus spiraminis). CLAVD. rapt. Pros. 1, 173 ventus (CASSIOD. in psalm. 15, 6). ENNOD. carm. 1, 7, 42 aura. HIER. epist. 53, 9, 2 -unt fulgora (VVLG. exod. 9, 23 -entia fulgura super terram. Nah. 2, 4 GREG. TVR. Franc. 4, 51). c. Ioh. 32 elementa . . . -unt in venas. VVLG. deut. 33, 26 nubes. sap. 3, 7 scintillae in arundineto -ent (διαδραμοῦνται). Ezech. 1, 13 visio -ens in medio animalium. VINDIC. med. 8 accepti cibi disiecta materies. **2** *quae moventur*: ANTH. 440, 1 rates Siculo -ent aequore (AMM. 22, 6, 4 navigiorum ultro citroque -entium. 25, 8, 3. 31, 5, 3). AVIEN. orb. terr. 1246 spicula (*cf.* CASSIOD. in psalm. 126, 6 *sagitta*). HIER. epist. 18A, 8, 3 lampades. GREG. M. epist. 2, 21 scriptis -entibus (2, 23 [*ibid* alternantibus]. *saepe*). *de partibus corporis*: VVLG. Zach. 4, 10 oculi . . . -unt in universam terram (CLAVD. 21, 310). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 9 *lingua* per aspera dentium intervalla -ens.

II ***translate:*** **A** *de hominibus*: **1** *i. q. percurrere per, decurrere* (*plerumque de scriptoribus*): SEN. contr. 2, 2, 9 sine certo ordine per locos -erat (-bat *Gertz; H. J. Müller*). AVG. civ. 4, 11 per cuncta (CASSIOD. inst. div. 33). epist. 130, 22 per omnia precationum sanctarum verba (ENNOD. epist. 2, 6, 3 p. 45, 7 per infabricata verba). MAX. epist. p. 2. PALLAD. hist. mon. I p. 255B per . . . prophetas (περιέρχομαι). QVINT. inst. 2, 4, 15 *pueri* a media in utramque partem -ere . . . cogantur. *c. obiecto i. q. res singillatim tractare, excutere, perlustrare*: PS. ORIG. tract. 3 p. 26, 21 per singulas species -enda est disputatio. CHALC. comm. 253 -rsis penitus latibulis quaestionis. AMM. 30, 7, 1 actus eius -ere per epilogos breves. PETIL. Aug. c. Petil. 2, 29, 66. AVG. epist. 108, 18 collectis vestris atque -rsis (*i. perscrutatis*). MART. CAP. 4, 343 universa. 9, 955. CASSIOD. inst. div. 10 sex modos intellegentiae studiosa voluntate -ere. ISID. orig. 6, 2, 14 omnia heroico metro -unt. *nota*: AMM. 17, 4, 1 super quo *obelisco* nunc pauca -am. **2** *i. q. recurrere* (*dilucente propria significatione*): SEN. epist. 84, 11 relinque ista iamdudum, ad quae -itur. 90, 36 ad rapinam ex consortio. *i. q. pervenire*: GREG. M. in Ezech. 1, 12, 10 non iam per exteriores concupiscentias in appetitum laudis . . . -at. CASSIOD. in psalm. 101, 8 per omnium satisfactionum modos -ere. *huc referendum videtur*: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 12 p. 1122B suos actus naturae continentis contagione -unt. **3** *i. q. diversas sententias sequi, dissentire*: IVST. 13, 6, 17 in duas partes -entibus ducibus (OROS. hist. 3, 23, 19).

B *de rebus*: **1** *corporeis*: **a** *materies, linea sim.* (*motus rebus non inest, sed per hominum oculos additur*): AETNA 393 materiam penitus (*per Aetnam*) -ere (*cf.* PETR. CHRYS. serm. 29 p. 282A *aurum* per ima venarum). MANIL. 2, 274 in tres aequales -it linea ductus. CELS. 4, 1 multis . . . venis per id -entibus (7, 19. 8, 1 PLIN. nat. 2, 166. 11, 182 *al. cf.* 26, 105 nervis). LVCAN. 2, 355 infulaque in geminos -it candida postes. PLIN. nat. 13, 117 *incisurae*. 33, 40 -ant catenae circa latera. 33, 81 arcus. 35, 6 stemmata . . . lineis -bant ad imagines pictas. 37, 5 -entibus maculis. 37, 189 *bis*. OPT. PORF schol. carm. 6 versus . . . per anfractus varios susum ac deorsum -unt. *i. q. decurrere*: AVIEN. Arat. 12 -ente meatu. ITIN. Anton. Plac. rec. A 23 platea. 30 per medio -it cancellus. **b** *sonus, vox, sermo* (*cf. p. 1367, 11 sqq.*): SIL. 7, 347 -it tessera castris. AVIEN. Arat. 1428 late murmura -unt. HIER. epist. 51, 3, 4 sermo (AVG. civ. 1, 6. MACR. sat. 1, 2, 5 -ens . . . inter reliquos grata vicissitudo *sermõnis*). ENNOD. epist. 4, 30, 1 p. 119, 2 verba. *adde*: ENNOD. epist. 16, 1 p. 185, 5 quidquid boni facundis accesserit, germana gaudiorum per populos voce -it (*i. divulgatur*).

2 *incorporeis*: **a** *i. q. vagari, extendi*: OV. rem. 443 secta bipertito cum mens -it utroque (SEN. dial. 10, 10, 5 quietae mentis est in omnes vitae suae partes -ere. CLAVD. rapt. Pros. 2, 201 EVSTATH. Bas. hex. 1, 9 p. 876C). HIER. in psalm. I p. 109, 18 vita hominum huc et illuc -it. BARNAB. 4, 2 non demus animae nostrae spatium, ut possit habere potestatem -endi cum nequissimis (συντρέχειν). MART. BRAC. ira 3. SEN. nat. 6, 14, 2 febris . . . per omnes *partes* pari aequalitate -it. VVLG. lev. 13, 12 -ens lepra in cute. CASS. FEL. 18 dolor (51). 52 torpor . . . per membra patientibus -it. DRAC. laud. dei 2, 641 vapor. PS. QVINT. decl. 8, 19 -entem per omnia . . . errorem. 13, 15 *apium* labor. AMM. 26, 1, 1 historiae . . . -ere per negotiorum celsitudines assuetae. BOETH. mus. 1, 21 descriptio. in Porph. comm. sec. 1, 8 p. 156, 7 definitio. ENNOD. carm. 1, 8, 49 non mihi per campos -at lingua patentes. PETR. CHRYS. serm. 4 p. 195B inter diversos pignorum casus genitoris pietas stupefacta -it. CORIPP. Ioh. 3, 4 gaudia. **b** *i. q. decurrere*: ENNOD. epist. 5, 2, 1 p. 124, 21 peritiae successio illo quo patrimonia iure -it. COD. Iust. 2, 13 (14), 1 pr. ut . . . iudiciariae lites . . . suo Marte -rent (3, 1, 13, 9. *cf.* 4, 1, 12, 2 percurrat).

deriv.: discursim, discursio, discurso, discursus.

discursātio, -ōnis *f. a* discursare. *plur. v. l. 52.* *i. q. actus discursandi:* *de hominibus*: SEN. dial. 10, 3, 2 officiosa per urbem -o. TERT. apol. 39 inde (*de cena dominica*) disceditur non in catervas caesionum nec in classes -um. *de bestiis: eundo*: FRONTIN. strat. 1, 5, 28 pecus . . . magna -e montes . . . collustravit. *volando*: LACT. opif. 3, 7 *aves* cibos convehunt et totos dies in huiusmodi -e consumunt. 3, 20 avium per aërem libera -o. *translate*: FACVND. defens. 12, 3 p. 844A pro sui animi -e (*i. mobilitate*).

discursātor, -ōris *m. a* discursare. *i. q. miles qui passim vagatur*: AMM. 14, 2, 6 hoste -e rupium abscissa volvente. 16, 12, 21 pedites -es et leves. 21, 7, 4 -bus expeditis. 29, 5, 7. 31, 10, 21.

discursim *adv.* [*a* discurrere. *Th.*]. IVL. VAL. 1, 51 cum [mille] funditoribus totidem obire -m (*i. discurrendo*).

discursio, -ōnis *f. a* discurrere. GLOSS. διαδρομή. **1** *proprie: de actu discurrendi: hominum*: FIRM. math. 3, 3, 6 iussu principum vel ducum hac atque illac frequenti -e mittuntur (*de magistratibus; cf. p. 1367, 22*). AMM. 15, 4, 11 non iusto proelio, sed -bus. 31, 9, 2 hi . . . -e rapida maturabant. ENNOD. dict. 1, 18 p. 428, 5 per dulcia cubiculorum limina confusa -o. NOVELL. Iust. 24, 1 non secundum ordinem legitimum . . . accedere, sed secundum quandam -is figuram (ἐπιδρομῆς). 26, 3 pr. belli causa -o (ἐκδρομή). *siderum*: CHALC. comm. 84 de stellarum errantium inconstanti -e. **2** *in locut. metaph. et translate*: ITALA prov. 2, 15 (Vind.) pravae -es (τροχιαί, VVLG. gressus) eorum. 2, 18 (Vind.) penes infer⟨os⟩ cum terrigenis -es (ἄξονας, VVLG. semitae) s⟨uas⟩. EVSTATH. Bas. hex. 1, 8 p. 876B torquebitur . . . mens ad nullum certum exitum perveniente -is indagine. CASSIOD. hist. 1, 14 -bus uti et adversus nos machinari.

discurso, (-āvī, -ātum), -āre [*cf. c.* discurrere *et* cursare. *Th.*]. *i. q. huc atque illuc identidem currere*: **1** *de hominibus*: QVINT. inst. 6, 3, 54 Suram multum in agendo -antem (11, 3, 126 -are . . . et . . . satagere ineptissimum). FLOR. epit. 3, 18, 10 duce et auctore belli -ante Poppaedio. AMM. 14, 4, 1 Saraceni ultro citroque -antes. HIER. epist. 50, 4, 1 non loquendo et -ando, sed tacendo et sedendo. MART. CAP. 1, 35 ne . . . -are sub praeceptis Iovialibus denegaret *Cyllenius*. MARCELL. chron. II p. 103, 532. *c. praepos.*: SEN. dial. 10, 14, 3

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

per officia -ant. MARCELL. chron. II p. 68, 405 (= IORD. Rom. 321) Isauri per montem Tauri -antes. *c. ablat.*: HIER. in Mich. 1, 2 p. 457 tota clerici urbe -ant. *nota usum transitivum*: AMM. 15, 5, 4 duce Gallias . . . -ante. MARCELL. chron. II p. 103, 530 Getis Illyricum -antibus. **2** *metaphorice de rebus*: CHALC. comm. 241 quod vero visu non sentitur, -antis aciei (*sc. radii speculis identidem refracti*) lumine proditur. ILDEF. vir. ill. 7 -antium (*i. hic et ibi susceptorum*) negotiorum . . . itinere.

discursus, -ūs *m. a* discurrere. *legitur inde ab* HIRT. *et* OV. (*nusquam dat. sing.*). *plur. inde ab* OV., *gen. plur.* -uum: EDICT. imp. Diocl. II 14.

I *proprie i. q. actus discurrendi*: **A** *animantium*: **1** *hominum*: *praecipue militum huc illuc vagantium*: HIRT. Gall. 8, 29, 2 magno clamore -uque passim fugae se mandant (ENNOD. opusc. 1, 38 p. 271, 18 fugacium -us). OV. fast. 2, 223 Fabii vallem latis -bus implent. LIV. 23, 16, 12 in sua quisque ministeria -u trepidant. 25, 25, 5 contineri ab -u miles avidus praedae non posset (*cf.* 25, 25, 8. 25, 31, 9 in -u diripientium militum. QVINT. inst. 8, 3, 69). 33, 15, 5. VAL. FL. 3, 220 aciem vanis -bus implet (*cf. l. 16*). SIL. 9, 279 agilique virorum -u. STAT. Theb. 10, 560 fervent -bus arces. TAC. Agr. 35 *equitis* strepitu ac -u (*cf.* FLOR. epit. 2, 6, 14 equitum virorumque. *de equitando etiam* PLIN. paneg. 14, 3). hist. 1, 84 in -u ac . . . confusione. APVL. met. 3, 28 -us hostilis. PANEG. 2 (10), 2, 4 inter -us iuventutis. 3 (11), 2, 4 AMM. 16, 12, 37. 24, 1, 13 militum per longinqua -us. 31, 10, 2 per fallaces -us. *al.* OROS. hist. 3, 1, 12 navali -u (*opp.* pedestrem expeditionem). 3, 2, 11. 7, 27, 5. 7, 40, 10 magnis cruentisque -bus. PETR. CHRYS. serm. 26 p. 274^{B} si in -bus indefessus miles. SIDON. epist. 3, 3, 7. carm. 7, 249 -u, flammis, ferro . . . delebant. NOVELL. Valent. 18, 13 barbarorum -bus (18, 9 *syn.* incursibus). ENNOD. opusc. 1, 86 p. 285, 5 per exoticos -us. *aliorum*: LIV. 26, 9, 6 ⟨dis⟩cursu (*suppl. Madv.*) hominum affingentium vana auditis. SEN. contr. 1, 3, 6 hac . . . sacerdotis inter supplicia et vota -us est. SEN. dial. 9, 7, 5 assiduus generis humani -us est. epist. 77, 3. 104, 17 VAL. FL. 5, 427. QVINT. inst. 1, 12, 10 infantium . . . totius diei -us. 2, 19, 9 *in agenda oratione* (*cf.* PLIN. epist. 2, 19, 2). 4, 2, 3 de -u amicorum Chrysogoni. PS. QVINT. decl. 4, 16 aliquis vagi numinis errore perstrictus est, vitam transigit ille -bus. 5, 11. APVL. met. 6, 1 Psyche variis iactabatur -bus. 11, 7 -u religioso. NEMES. cyn. 2 venandi . . . labores -usque citos (*cf.* CYPR. GALL. gen. 891 longis -bus actus). EDICT. imp. Diocl. II 14 locorum adque -uum totiusque negotii ratio supputetur. HIL. in Matth. 31, 11 post -us recursusque multiplices. AMM. 14, 7, 16 *funes* coniunctos per ampla spatia civitatis acri raptavere -u. 15, 12, 4 -bus vagis. HIER. in Nah. 3 p. 565 incertis per cuncta -bus. epist. 22, 8, 3 euangelii praedicandi . . . -us. 52, 3, 2 huc illucque -us. PRVD. c. Symm. 1, 581 variis -bus. 2, 863 nudique petuntur -us iuvenum *Lupercorum*. CLAVD. 8, 143 qui vatum -us erat? 20, 100 lascivis flueret -bus aestas. MACR. sat. 1, 10, 24 -um publicum et laetitiam religionis. 5, 17, 3 per urbem mediam . . . facere -um. MART. CAP. 1, 5 palaestra crebrisque -bus exercitum corpus. PAVL. epigr. 74 PETR. CHRYS. serm. 40 p. 312^{B}. *adde*: TERT. anim. 28 Platonis de animarum reciproco -u. IVNIL. 2, 9 angelorum . . . -us propter humanam vitam (*cf.* HIER. in Is. 6, 2 p. 92 velocitatem et in cuncta -um). GREG. M. in Ezech. 1, 5, 11 -us atque mobilitas spiritus. *de pompis in re militari*: LIV. 30, 33, 3 in dextram laevamque -u . . . viam . . . darent. TAC. hist. 2, 25 subito -u terga cinxerant equites. FRONTO p. 12, 13 N. ille in pyrrica versicolorum -us (*cf.* APVL. met. 10, 29). *de ambitu clientium* (SCHOL. Hor. gloss. *Γ* sat. 2, 6, 18 ambitio: -us circa amicos): MART. 7, 39, 1 -us varios vagumque mane . . . et have potentiorum. TAC. ann. 4, 74 Romae sueti -us. *inde fere i. q. ambitus, apparatus, labor ad rem persequendam susceptus*: SEN. dial. 8, 6, 5 -us et sudor (*opp.* quies). PS. QVINT. decl. 2, 8 sceleribus . . ., quae -um, quae exigunt laborem. IVV. 1, 86 ira, voluptas, gaudia, -us. PLIN. epist. 1, 9, 7 strepitum istum inanemque -um. 8, 23, 5 quo -u . . . aedilitatem . . . petiit. TERT. idol. 11 de -bus negotiationibusve. LIV. perioch. 117 -us utriusque partis virorum ad accipiendas provincias. *c. gen.*: PANEG. 9 (12), 12, 3 bellorum toto orbe surgentium -um apparatumque. *de itineribus magistratuum*: PANEG. 5 (8), 3, 2 in diversa -us vel revisenda. CASSIOD. var. 4, 74, 4 saionum. 5, 14, 7 iudicum. COD Theod. 8, 5, 16 pr. (*a. 363*) in qua *provincia Sardinia* nulli paene -us veredorum seu paraveredorum necessarii esse noscuntur. *singulariter*: OPTAT. 2, 18 p. 51, 20 loca . . . qui fuerint vestri -us (*i. recessus*). COD. Theod. 15, 1, 45 (*a. 406*) homines inter incendia -us (*i. possibilitatem fugiendi*) ac liberandi sui facultatem invenient. **2** *animalium*: LIV. 22, 17, 3 *boum*. SEN. dial. 3, 3, 8 ex fremitu -uque vesano statim quies soporque sequitur. 6, 7, 2 equarum. nat. 1 praef. 10 formicarum. APVL. met. 7, 15. 9, 11 *Lucii in asinum mutati*. LACT. opif. 3, 1 *animalia* gestire -bus. MACR. sat. 5, 11, 4 *apum*. PALLAD. hist. mon. I 5 p. 267^{B} sues agrestes -bus ac strepitu lascivientes (*σκιρτῶντας καὶ φεύγοντας* p. 43 Butl.). OV. hal. 40 lupus *piscis* . . . -u fertur vario (PLIN. nat. 32, 13). PANEG. 6 (7), 1, 3 fama . . . -us volucres mutuata (ZACCH. 1, 27).

B *rerum*: **1** *quae ipsae se movent*: SEN. dial. 1, 1, 2 siderum coetum -umque. epist. 36, 11 stellarum (117, 19 PS. APVL. Ascl. 30 *al.* *aliter*: PLIN nat. 1, 2, 36 de -u stellarum [*i. de stellis deciduis*]. 2, 100). ZACCH. 1, 25 transitus solis lunaeque -us (EVSTATH. Bas. hex. 6, 8 p. 931^{A} solis -bus. SEDVL. carm. pasch. 1, 252 rapidis -bus [= op. pasch. 1, 22]. *cf.* GLOSS. IV 464, 20 solisque labores [*Verg. Aen. 1, 742*] -us diurnos). SEN. dial. 6, 18, 5 rivorum lenis inter prata -us (*cf.* LVCAN. 10, 249 commeat . . . tacitis -bus unda). nat. 5, 18, 11 inhibito -u furentium *ventorum* (CASSIOD. in psalm. 134, 7. *cf.* ENNOD. opusc. 1, 66 p. 279, 11 procellarum). PLIN. epist. 6, 20, 9 nubes . . . tortis vibratisque -bus rupta. LVCAN. 3, 640 -usque animae diversa in membra meantis. **2** *quae moventur, exagitantur*: LIV. 37, 24, 2 *navis* libero inter ordines -u praetervecta (AMM. 23, 6, 11 navium crebri -us. COD. Theod. 7, 17, 1 [*a. 412*] -us opportunitatem. SIDON. epist. 1, 5, 6 lyntrium). VAL. MAX. 3, 1, 1 telorum. MACR. sat. 7, 1, 1 -um variantibus poculis minutioribus.

II *translate*: **A** *de hominibus*: SEN. contr. 2 praef. 3 facilis ab hac in omnes artes -us est. EPIST. pontif. 365 (*a. 422*) Migne 20, 782^{C} ut fierent illinc (*ab ecclesia Antiochena*) . . . saepe -us (*i. defectiones. opp* communio). *i. q. libido*: CASSIAN. conl. 22, 35 -us sunt sensuum coercendi. 24, 4, 3 animi. 9, 3, 2 ab omni -u atque evagatione. inst. 5, 10 mentis *al.* *i. q. commercium*: COD. Theod. 9, 24, 1, 1 (*a. 320*) redemptique -us. **B** *de rebus*: PLIN. nat. 13, 96 oblongo . . -u *venarum mensarum* (*cf.* 34, 118. 178. TERT. carn. 9 venarum ramosos -us ut ambages rivorum. VEN. FORT. vita Hil. 9, 24 arefacto). 16, 66 macularum. *de herbis*: PLIN. nat. 14, 13 *vites* -u atria media complentes. 17, 144 inter se radices serpunt mutuoque -u necantur. *de tempore*: GREG. M. moral. 29, 2.

discus, -ī *m.* [*δίσκος. Th.*]. ISID. orig. 20, 4, 9 -us antea iscus vocabatur a specie scuti . . . postea -us vocatus, quod det escas id est apponat (*cf.* GLOSS. II 592, 45 scus discus). *forma* -um: NOT. Tir. 107, 84 (*acc.?*) GLOSS. III 397, 8. *legitur inde a* PLAVTO CIC. HOR. [*it.* desco, *francog.* dais. *M.-L.*]

1 *proprie* (GLOSS. *δίσκος, δισκάριον*. SCHOL. Hor. ars 380 -us massa, quam iuvenes inter se iactabant). *de forma cf. p. 1371, 8. de usu vel in certamine* (PAVL. FEST. p. 211 pentathlum . . . constat iactu -i *eqs.* SCHOL. Hor. carm. 1, 8, 11 -um, quo iuvenes in agone contendebant; fortior iudicandus, qui ultra designati eum finem spatii iecisset. *fusius* STAT. Theb. 6, 646 *sqq.*) *vel exercitio* (*Daremberg-Saglio, Diz. epigr. III 277 sqq.; Jüthner, PW. V 1188*): PLAVT. Bacch. 67 (*vers. spur.*) pro -o damnum capiam. 428 hasta, -o, pugilatu . . . sese exercebant. Most. 152 -o, hastis, pila . . . victitabam. HOR. sat. 2, 2, 13 pete cedentem aera -o. carm. 1, 8, 11 -o . . . expedito (PORPH. *ad l.* dicit . . . eum gloriose et -um misisse). PROP. 3, 14, 10 missile . . . -i pondus in orbe rotat (STAT. Theb. 6, 681 rotat atque in nubila condit [Ach. 2, 154]). OV. met. 10, 177 latique ineunt certamina -i *Phoebus et Hyacinthus*. Ib. 587 misso . . . -o (*cf. l. 41.* SEN. nat. 2, 9, 3 ex loco superiore in piscinam. STAT. Theb. 6, 646 emisso . . . decernere -o. COMM. instr. 1, 11, 19 in altum. HYG. fab. 63 p. 62, 11). VITR. 7, 5, 6 statuae . . . -os tenentes *eqs.* SIL. 14, 506 seu splendentem . . . exigeret -um. STAT. silv. 3, 1, 155 nubila -o findere (5, 3, 53). Theb. 6, 664 pubes . . . adorato rediit . . . -o. 6, 670 terrā -umque manumque asperat. 6, 677. 712. 7, 21 sonat orbe recusso -us. MART. 14, 164, 1 volitant Spartani pondera -i (*v. l. 42*). 14, 173, 1. TAC. dial. 10 lacertos . . . iactu -i (*v. l. 34*) vanescere. PROB. Verg. ecl. 3, 106 *Hyacinthus* occisus -o (ACT. Achat. 2). HIER. tract. in psalm. I p. 241, 24 athletae ad -um contendunt. VVLG. II Macc. 4, 14 participes . . . in exercitiis -i (*τὴν τοῦ δίσκου πρόκλησιν*). CLAVD. rapt. Pros. 2, 134 -i . . . error. *nota*: CIC. de orat. 2, 21 -um audire quam philosophum malunt: qui simul ut increpuit, *eqs.* (*cf. l. 50. aliter p. 1371, 6*). *metonymice de iactu disci* (SCHOL. Hor. carm. 1, 8, 11 -o genus ludi): HOR. sat. 2, 2, 13 seu te -us agit. ars 380 indoctusque pilae -ive. HOMER. 1012 -o fortis Polypoetes. HYG. fab. 273 p. 147, 18 vicerunt . . . Telamon . . . -o (*cf. l. 39*). **2** *per comparationem*: **a** *genus escarii i. q. lanx* (GLOSS. V 618, 21 dapifer -us. vasculum, fasculum [ferculum *Loewe*]. *cf.* SCHOL. Hor. sat. 2, 6, 104. epist. 1, 5, 23 *app. gloss. cf.* PAVL. FEST. p. 27 aristophorum vas, in quo prandium fertur, ut -us): APVL. met. 2, 24 cenarumque reliquiis -us ornatus. VLP. dig. 47, 2, 19, 1 lancem vel -um vel pateram. PAVL. dig. 16, 3, 36, 2 -os duos. LAMPR. Heliog. 20, 7 barbas . . . exhiberet plenis fabatariis et -is (PS. FVLG. RVSP. serm. 55 p. 925^{C} caput). TREB. Claud. 17, 5 -um corymbiatum argenteum. BREV. de Hier. p. 154, 2 -us ubi caput S. Iohannis portatum fuit (*cf.* HIL. in Matth. 14, 3 inferri. VVLG. Matth. 14, 8 [*ἐν πίνακι*]. 14, 11 Marc. 6, 25. 27. 28. MARCELL. chron. II p. 84, 453, 1 in -o positum. EXC. barb. chron. I p. 281, 117 adductum est. PS. FVLG. RVSP. serm. 55). SERV. Aen. 1, 216 apud maiores ipsas apponebant mensas pro -is. PRVD. ditt. 185 somniat illapsum Petrus alto ex aethere -um confertum omnigenis animalibus (*cf.* VVLG. act. 10, 11 vas quoddam [*σκεῦος*]. AVG. in psalm. 30, 2 serm. 2, 5. 96, 13 significabat omnes gentes [c. Faust. 12, 15 PROSP. in psalm. 103, 11]. gen. ad litt. 10, 25 p. 330, 6. 12, 2 p. 381, 24. 12, 32 p. 427, 9 RVST. HELP. hist. testam. 17 ISID. orig. 7, 8, 38 [33 vas]). APIC. 2, 58. 4, 135. 7, 307 in -o verses. 8, 368. CASSIOD. hist. 11, 16 nec -is nec calicibus opus habet. GREG. TVR. Franc. 3, 7 -um . . . argenteum pro gratia dedit. VEN. FORT. vita Radeg. 24, 58 lavans. ISID. orig. 16, 7, 2 tellure -o operta. PASS. Thom. p. 109, 3. VITA Caes. Arel. 1, 37 mitto muneris loco . . . -um *eqs.* *nota adnominationem*:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

RVFIN. Basil. hom. 2,6 non habes aureos et argenteos -os, sed habes lunae -um ... radiantem. **b** *singularia* (*obscura* GLOSS. V 407, 39 discos fraus): *genus horologii*: VITR. 9, 8, 1 scaphen sive hemisphaerium [dicitur] *invenisse* Aristarchus Samius, idem etiam -um in planitie. *tintinnabuli* (*cf. Jüthner, Jahresh. d. Öst. Arch. Inst. VII* [*1904*]): AVR. Fronto p. 70, 7 N. -us crepuit, id est pater meus in balneum transisse nuntiatus est (*de eodem* MART. epigr. 14, 163, 1 aes thermarum). *comparatur cum disco caelum*: AVG. gen. ad litt. 2,10 p. 48,6. *terra*: MART. CAP. 6,590 positioni ... -i diffusioris *terram* assimilant. *luna* (*cf. l. 2*): ACT. Archel. p. 13,16 adimpletur lunae -us.

syn.: *ad 1*: orbis (OV. Ib. 588 STAT. Theb. 6, 656). *ad 2 a*: carneus (SCHOL. Pers. praef. in prol. p. 1 Kurz [p. 241 Jahn]), catinus (EVG. TOLET. carm. 65, 1), lanx, patera, vas (*v. p. 1370, 76. 79*).

deriv. et composita: disceus, discifer, discobole, discobolus, discoides, discophorus.

discussē *v. p. 1375, 79.*

✖**discussio,** -ōnis *f. a* discutere. *plur. v. l. 73. 79.* discussíonας: NOVELL. Iust. 147, 2. *legitur semel apud* SEN. nat., *frequentatur inde a saec. IV.*

B *translate* (*cf. p. 1386, 48 sqq.*): **1** *de personis*: CIC. Verr. 6, 182 quasi *homines nobiles* natura et genere -i sint. APVL. Plat. 2, 13 ita discrepantes et inter se -i sunt nec aliorum amici. a b *aliquo*: CIC. Att. 1, 17, 8 nostros equites paene a senatu esse -os (Lael. 41 populum a senatu -um. *cf. 1386, 55*). **2** *de rebus*: **a** *inter se*: CIC. Pis. 3 ea, quae sunt longissime -a, comprehendam. fin. 4, 40 nunc *ultima bonorum* ita separantur, ut -a sint (*syn.* seiuncta). PAVL. FEST. p. 369 earum rerum, quae natura -a⟨e⟩ sunt (*velut* dies ... nox). *in re dialectica* (*cf. p. 1387, 3 sqq.*): CIC. ac. 2, 97 omne, quod ita -um sit 'aut etiam aut non' non modo verum esse, sed etiam necessarium. GELL. 16, 8, 14 quae -a sunt. **b** a b *aliqua re* (*subintelleg. l. 25*) *fere i. q. abesse a, alienum esse a*: VARRO rust. 1, 23, 4 illa, quae ad hominum victum ... non pertinent neque ab agri utilitate sunt -a. CIC. S. Rosc. 39 quae vita maxime -a ⟨a⟩ cupiditate et cum officio coniuncta est. Cael. 53 mores M. Caelii longissime a tanti sceleris atrocitate esse -os. har. resp. 53 quorum mentes et res sunt perditae longeque a communi salute -ae. de orat. 1, 12 id ... quod longissume sit ab imperitorum intellegentia sensuque -um. top. 2, 8 extrinsecus ... ea ducuntur, quae absunt longeque -a sunt. 6, 29 iam a communitate res -a videbitur. ARNOB. nat. 7, 23 divina illa vis ab nocendi procul est dimota et -a natura. BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 25, 23 Hermini *ratio* ... a rerum veritate longe -a est. arithm. 1, 13 p. 30, 6 *numerus impar* a paris numeri natura substantiaque -us est. a s e: BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 3 p. 141, 17 in his tribus ... quae proprio triplicique a se fine -a sunt. 1, 8 p. 154, 20 quae omnia a se definitione -a sunt. 2, 6 p. 190, 20 non specie ..., sed numero.

part. perf. pass. pro adi. **disiunctus** (dīiūnct-), -a, -um. *compar. l. 45 al.* (magis -us *v. infra l. 66*), *superl. l. 36 al.* **1** *proprie de loco*: GLOSS. -as disparsas aut distantes. longe separatas. **a** *de rebus*: CIC. Manil. 9 in locis -issimis maximeque diversis. Marcell. 5 -issimas terras (PLIN. paneg. 15, 1. 25, 5 AMM. 15, 8, 6). ? CAES. Gall. 4, 17, 5 *tigna* duo ... iuncta (diiuncta *β*) intervallo pedum quadragenum. PANEG. 10 (4), 11, 5 -arum regionum longinquitas (AMM. 29, 1, 12 -issimis regionibus). AMM. 20, 3, 11 *luna* procedens ... iam -issima *sc. a sole* (-issima *Petschenig*, -issimo *cod.*, -issime *Valcsius*). EPIST. pontif. 321 (*a. 417*) Migne 20, 583[A] de -is remotisque provinciis. a b: CIC. Pis. 91 *Aetolia* procul a barbaris -a gentibus. **b** *de personis*: CIC. rep. 2, 63 quae -is populis tribui solent conubia. Att. 13, 11, 1 postea quam sum a te -ior. AMM. 20, 8, 21 longe -us. AVG. civ. 9, 12 deos ... homines ... -os locis. **2** *translate*: **a** *i. q. seorsum existens*: CIC. Caecin. 92 ad duas dissimiles res duo -a interdicta sunt. de orat. 3, 57 neque -i doctores, sed idem vivendi erant praeceptores atque dicendi. TERT. adv. Marc. 1, 4 p. 294, 27 duo summa magna ... distincta atque -a in suis finibus. BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 1 p. 165, 3 -a componere. arithm. 2, 41 p. 138, 12 necesse est habitudinem -am vocari. 2, 43 p. 141, 3 -a medietas (*cf. seq.*). 2, 44 p. 147, 29 proportio (mus. 2, 13 p. 243, 6. 9. 11). ALC. AVIT. carm. 6, 552 -o ... consilio. 6, 616 coniunctum facinus -a voce fatentur. *speciatim in re rhetorica*: CIC. part. 21 suave ... erit genus dicendi ... coniunctione, quae neque asperos habeat concursus neque -os atque hiantes (*de hiatu vocalium*). *aliter* TAC. dial. 18 Brutum *visum esse* otiosum atque -um ('*i. in minutas sententias divisum et periodorum ambitu carentem.*' *Gerber-Greef. sed v. Gudeman ad l.*). **b** *i. q. diversus, contrarius*: CIC. har. resp. 53 ex aliquo -o diversoque monstro significatum. Phil. 2, 18 ut ... non modo non cohaerentia inter se diceres, sed maxime -a atque contraria. de orat. 3, 61 *philosophorum* quasi familiae dissentientes inter se et multum -ae et dispares. fin. 2, 45 quae (*ratio et mens*) ... -a coniungat. LVCR. 3, 803 quid enim diversius esse putandumst aut magis inter se -um discrepitansque, quam *eqs.* AVG. c. Cresc. 4, 26, 23 coniunctissimus coetibus, -issimus moribus. EVSTATH. Bas. hex. 1, 7 p. 875[C] res -issimas ... coniunxit. BOETH. arithm. 2, 32 p. 125, 18 ex his, quae longe -a sunt atque contraria. herm. sec. 6, 14 p. 501, 20 ne -as (disiunctim *E*[2]) affirmationes et negationes contrarias diceremus. a b *aliqua re i. q. alienus*: CIC. Sest. 141 apud Athenienses ... longe a nostrorum hominum gravitate -os. ac. 2, 66 nihil est ... ab ea cogitatione ... errore, levitate, temeritate -ius. QVINT. inst. 2, 15, 2 quidam artem quidem, sed a scientia et virtute -am ... *rhetoricen* nominaverunt. ARNOB. nat. 7, 5 ira ab his (*deis*) longe et ab eorum condicione -a est. **c** *c. abl., fere i. q. expers*: CYPR. GALL. gen. 428 terra ... -a colonis. BOETH. herm. pr. 1, 2 p. 55, 7 orationem falsitate ac veritate -am. **d** *t. t. mus.* (*cf. p. 1389, 7*): MART. CAP. 9, 949 in spatiis (*i. diastematibus*) alia sunt composita, alia -a atque asyntheta. *fem. subst.* d i s i u n c t a e (*sc. chordae*): BOETH. mus. 1, 20 p. 209, 27 inferius omne tetrachordum -arum, id est diezeugmenon, vocatum est. 1, 26 p. 218, 24.

n. adi. pro subst. **disiunctum** (dīiunct-), -ī, *n.* NOT. Tir. 66, 8.

1 *t. t. dial. et rhet. i. q.* ***διεζευγμένον, diiunctio*** (*definitur* RHET.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Her. 4,27,37 -um est, cum eorum, de quibus dicimus, aut utrumque aut unum quodque certo concluditur verbo. GELL. 16, 8, 12 *διεζευγμένον ἀξίωμα* nos '-um' dicimus. AQVILA rhet. 43 p. 36, 3 *διεζευγμένον* -um. haec figura ita ornat et amplificat orationem, ut diversis redditionibus verborum membra...-at ac separet. MART.CAP. 5,536): GELL. 16, 8, 14 tunc id -um mendacium est. BOETH. c. Eut. 5, 45 de quibus illud -um nascitur. **2** *t. t. mus.* (*cf. p. 1388,78*): VITR. 5, 4,7 quartum *tetrachordum* -um, quod *διεζευγμένον* nominatur. BOETH. mus. 1, 20 p. 207, 27 octachordum ... diezeugmenon, quod est -um.

adv. **disiūnctē** (dīiūnct-). *compar. v. l. 12, superl. (?) p. 1388, 41.* *i. q. separatim, singillatim*: CIC. Phil. 2,32 non enim fortasse satis, quae -ius (distinctius *D*) dicuntur, intellegis? FEST. p. 293 nec ⟨Sacramviam⟩ appellari debere ait Verrius, sed -e, ut ceteras vias Appiam, Latinam. AVG. epist. 170, 5 haec omnia nec confuse unum sunt nec -e tria sunt. BOETH. arithm. 2, 44 p. 145, 22 hoc etiam -e licet. *? de loco i. q. remote v. p. 1388, 41.* *adv* **disiūnctim** *v. p. 1384, 35.*

syn.: diiugare, dimovere, discernere, distinguere, secernere, segregare, separare.

opp.: iungere, coniungere, copulare

deriv.: disiunctim, di(s)iunctio, di(s)iunctivus.

Tafel † [mortem pro patria obiit 15. XI. 1914].

disiūrgium, -ī [*a* dis- *et* iurgium *vel* iurgare. *cf.* discordium. *Th.*]. *i. q. lis*: CORP. VI 22355[a] inter me et te ... nullum umquam -um fuisse conscius sum mihi.

dislēnio, -ire *a* dis- *et* lenire: DIOSC. 1, 118 dactyli cariotae comesti aspretudine(m) arteriarum -it (*λῶνται*).

disligo, -āre *a* dis- *et* ligare: SCHOL. Prud. cath. 7, 157 revulsa: -ata. GLOSS. lat.-arab. ed. Seybold (Semit. Stud. 15/17, 1900) p. 475 solvo -o. GLOSS. V 624, 17 (*s. v.* trica) inextricabilis res quae non potest -ari.

dismarītus *v.* bim-. **dismediātus** *v.* dimidiatus *p. 1202, 47.*

dismēnstruus *v.* bimenstruus. **disminuo** *v.* dim-.

dismīror, -ārī *a* dis- *et* mirari. GLOSS. Plac. V 16,20 (= 62,17) -ando emirando.

dismitto, dismoveo *v.* dim-.

dismyrias, -adis *adi.*, *δισμυριάς*. ITALA apoc. 9,16 (Cypr. testim. 3, 59) numerus exercituum equestrium -es myriadon (*δισμυριάδες μυριάδων*, VVLG. vicies millies dena millia).

disōmus, -a, -um [*a δίσωμος Th.*]. *i. q. duo corpora habens*: CORP. IX 1729, 2 hoc vas -um sibi ... posuit.

? **disoricāre** *v.* destricare.

? **dispadat** NOT. Tir. 63,25 (*sequuntur* expadat, pandit, dispandit).

dispalēsco, -ere [*cf. c.* dispalari. *Th.*]. GLOSS. -o *σκορπίζομαι*. *i. q. palam fieri*: PLAVT. Bacch. 1046 perisse suaviust quam illud flagitium volgo -ere.

dispalo(r), -atus sum, -āre (-ārī) [*a* dis- *et* palari. *Th.*]. [*dub.*: EPISC. GALL. Leo M. epist. 99,1 quibus *spatiis* a nobis -ati (disparati *al.*) sumus. *ex coni.*: COLVM. arb. 26, 6 in eam *fissuram* ... cuneum, quo -etur (*Lundström*, quod is pat(i)etur *codd.*, quoad patietur *edd. vett.*), inserito]. NON. p. 101 -ari est separari (*affertur* SISENNA *l. 53 et 54*). GLOSS. -at *διασπᾷ*. -are separare. -atum diffugatum. -are *i. q. dissipare* (*plerumque* -ari *medialiter positum*): SISENNA hist. 35 -ati ab signis digressi omnes ac dissipati. 134 tanto plures passim -antur. PS. SALL. rep. 2, 5, 6 multitudo in artes vitasque varias -ata (NEP. Hann. 5, 2 *iuvencorum* multitudinem magnam -atam immisit). NEP. Lys. 1, 2 -ati in agris. GELL. 1, 11, 4 ne sparsi -atique proruerent *milites*. DICT. 6,1 passim ...-antur. AMM. 15,4,8 milites huc et illuc -antes. 20,4,21 metu mortis subitae -ati. 24,7,2 hostes ...-atos. 31, 2, 10 -antur. *translate*: AMM. 16, 12, 1 quo -ato foedo terrore.

dispandium NOT. Tir. 63,32 (*post* pandium, expandium). *a* dispandere.

dispando (-pendo *l. 66. 67*, -penno *l. 64. 71*), -pansum (-pessum *l. 69. 73. 74*), -ere [*a* dis- *et* pandere. *Th.*]. NON. p. 9 -pennere est expandere, tractum a pennis et volatu avium (*affertur* PLAVT. Mil. 1406 *ubi* -pendite *codd.*). [*e coni.*: PACVV. trag. 19 cervicum floros -pendite crines (*Ribbeck*, disperdite *cod.*). *cf. etiam l. 73 et 74.*] NOT. Tir. 63, 28 -pandit.

i. q. extendere, dilatare: PLAVT. Mil. 360 -pessis manibus (*cf. infra l. 79*), patibulum quom habebis (-pensis *A*, dispersis *P*. GELL. 15, 15, 4 *ad l.* -pessis dicit pro eo, quod est -passis). 1406 -pennite (*cf. l. 65*) hominem divorsum et distendite. LVCR. 1, 306 vestes ... -pansae in sole serescunt. 2, 1126 dum non ita sunt late -pessa (dispersa *codd.*). 3, 988 -pessis (dispersis *codd.*) ... membris. 6, 599 neu distracta suum late -pandat hiatum *natura*. PLIN. nat. 9,8 arbor in tantum vastis -pansa ramis (ISID. diff. 2, 62 palma manus est -pansis digitis, sicut et arbor -pansis ramis). SVET. Dom. 19 -pansam dexterae manus palmam. CARM. adv. Marc. 2,263 rufae cerae facies -panditur herba. PAVL. NOL. carm. 33, 84 suspiciens caelum ille manus -pandit. ISID. orig. 20, 4, 10 patena, quod -pansis patentibusque sit oris. 20, 5, 2 paterae ... patentes sunt -pansisque labris. *translate de oratione amplificanda*: VERVS Fronto p. 132, 12 N. an ... debeas ... illa omnia corripere an vero paulo altius (latius *Heindorf*) dicere nec tamen ita, ut mox nostra, -pandere ipse dispicies.

? (**dispango**), -pectus *v. p. 1394, 56.*

dispār, -păris *adi.* [*a* dis- *et* par. *Th.*]. *nominat. sing. ultima longa*: HOR. epist. 1, 18, 3 OV. Pont. 2, 10, 30 EPICED. Drusi 176 SIL. 8, 568. 15, 28 MART. 10, 65, 12. *brevis*: AVIAN. fab. 11, 5. 23, 8 CARM. de pond. 167. *abl.* -i: *inde a* RHET. Her. 4, 45, 59 *passim* (*metro certum non nisi* TER. MAVR. 2335). -e: STAT. Theb. 4, 214 NEMES. ecl. 2, 16. 4, 5 TER. MAVR. 1966 IVVENC. 3, 468 AVSON. 417, 47 CLAVD. rapt. Pros. 2, 45 PROSP. carm. de ingrat. 47 PRVD. ham. 16. 21. 421 ditt. 22 DRAC. laud. dei 3, 710 CARM. epigr. 1355, 1. *gen. pl.* -ium: CENS. 10, 6 AVG. civ. 19,13 p. 377, 9 D. vera relig. 30,55 CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 127, 7. *de significatu*: DIFF. ed. Beck p. 51, 21 -r est inaequalis, impar numero sine pare, -separ humilior (ISID. diff. 1,158 -r est inaequalis vel dissimilis, impar vero sine pari). GLOSS. *ἄζυγος. ἄνισος.* dissimilis. disparile. -es *ἄνισοι. ἄζυγοι. ἀνόμοιοι.* dissimiles. *legitur inde ab* ACC., *frequentat solus* CIC. (*40[ies]*). *pro comp.*: -r magis: GELL. 2, 23, 7 *p. 1391, 30 pro superl.*: multum -r: CIC. off. 1,109 -es. CLAVD. 20, 412 AVG. civ. 3,30. 5, 4 tit. longe -es: SIDON. *p. 1391, 62.* [*gen.* despa. *M.-L.*]

I *i. q. dissimilis, diversus, contrarius*: **A** *de animantibus*: **1** *nude additum*: TRAG. inc. 184 domino (CIC. Phil. 2, 104). VARRO rust. 3, 17, 4 -es disclusos habent pisces. CIC. de orat. 3, 61 *philosophorum* familiae dissentientes inter se et multum disiunctae et -es. Tusc. 5, 38 in -is animantis vitam transire. HOR. carm. 1, 17, 25 ne male -i (*tibi; sc. viribus? aliter* PORPH. *ad l.* in amore non consentienti scilicet intellegendum) incontinentes iniciat manus (male -i *alii copulari iubent, alii vetant*). *?* OV. am. 2, 2, 61 (*v. p. 1391, 3*). SEN. dial. 10, 13, 7 tam -ia animalia. TERT. adv. Marc. 1, 6 p. 297, 22 deos ..., alterum ... ferum ..., alterum mitem (1, 7 p. 299, 25 TRACT. c. Arrian. p. 12, 10 HIER. quaest. hebr. in gen. p. 12, 10). PORPH. Hor. epod. 7, 12 ferae (*opp.* eiusdem generis). epist. 2, 2, 189 ('voltu mutabilis' *sc. genius naturae humanae*) tam -r, quam sunt inter se hominum vultus. OPTAT. 5, 1 p. 120 ostende ... duas arcas ... et duas columbas -es, diversos ramos portantes. SYMM. epist. 1, 101, 2 duae personae -es. AMM. 16, 12, 61 sunt barbari humiles in adversis, -esque in secundis. CARM. epigr. 1128, 1 -r damna lege Parcarum et stamina -r (*i. diverso animi affectu, illa scilicet lugens, haec ridens, cf. quae seq.*). **2** *acced. abl. modi*: *?* ACC. trag. 156 virtuti (*abl.?*) sis par, -r fortunis patris. VARRO Men. 358 equi colore -es. HOR. epist. 1, 19, 29 rebus et ordine -r. PROP. 1, 20, 5 nomine. LIV. 1, 24, 1 nec aetate nec viribus -es. 1, 46, 5 longe -es moribus. 10, 38, 13 exercitus ... nec corporum specie nec gloria belli apparatu linteatae legioni -r. CVRT. 8, 13, 21 aequalem sibi et haud -em habitu oris et corporis. TAC. hist. 3, 84 Vitelliani ... numero fatoque -es. GELL. 13, 20 (19), 7 duos ... filios ... et matribus diversos et aetatibus longe -es (PANEG. 3 [11], 7, 7 aetatibus). LACT. inst. 5, 14, 19 -es multis gradibus homines. AMBR. Abr. 1, 5, 37 fide. AVG. civ. 5, 4 tit. geminis multum inter se morum et actionum qualitate -bus. 5, 6. MART. CAP. 9, 892 numero. **3** *acced. genet.*: *personae*: *?* ACC. trag. 156 *supra l. 37.* APVL. Plat. 2, 25 ne -es sui vel inter se dissimiles copulentur. *rei*: SIL. 5, 296 nec -r sortis Isalcas. 8, 568 haud -r animorum. **4** *acced. dativ.* (*cf. l. 37*): CIC. off. 1, 109 sunt his alii multum -es. HOR. epist. 1, 18, 3 matrona meretrici -r ... atque discolor. LIV. 10, 38, 13 (*v. l. 40*). MART. 10, 65, 12 tam -r aquilae columba non est. TERT. adv. Marc. 4, 8 p. 439, 21 -em se naturae suae ageret. CLAVD. 20, 412 multumque priori -r *exercitus*. EVSTATH. Bas. hex. 2, 7 p. 888[A] sibique ex contrarietate -em. GREG. M. moral. 26, 53 patri. **5** *acced. inter vel ab*: AVG. civ. 5, 4 (*v. supra l. 46*). SALV. eccl. 1, 43 in uno a se -es, quod illi gaudent, ... isti plangunt. **6** *acced. in c. acc.*: MART. CAP. 9, 889 nec Bromius in favoris gratiam -r fuit.

B *de rebus*: **1** *incorporeis* (*saepe opposita* par, idem): **a** *adi. nude additum*: POMPON. Atell. 136 nuntium -em, divisum. VARRO ling. 8, 32 ⟨...⟩ rebus -bus figuris (-bus f. *copulanda videntur*). 9, 9 si quis ... ita declinat verba, ut dicat -ia. 9, 46 ut alia ⟨paria sint, alia⟩ -ia. RHET. Her. 2, 3, 5 vitium (*opp.* par). **4**, 2, 3 res varias et -es (4, 45, 59 ex re -i. VITR. 2, 6, 4 dissimilibus et -bus rebus *al.*). CIC. inv. 1, 20 ratione (de orat. 2, 185 Phil. 8, 9 VITR. 4, 4, 2. 5, 6, 8 *v. p. 1391, 76* LACT. opif. 13, 6 *v. p. 1391, 83 al.*). inv. 2, 33 genere (de orat. 3, 26. 34 nat. deor. 2, 100 CAES. Gall. 7, 39, 1 SALL. Catil. 6, 2 VITR. 2, 6, 5). Verr. 6, 49 condicionem (prov. 17 LIV. 25, 40, 4 VLP. reg. 7, 4). Font. 49 fortunam longe -em (Mur. 43 div. 2, 90 LIV. 28, 12, 10 SEN. epist. 66, 22 SIL. 5, 544 TAC. hist. 4, 46 ann. 12, 17 AVSON. 468, 3). Mur. 63 poenas (CVRT. 5, 5, 7). Planc. 60 honorum gradus summis hominibus ... sunt pares, gloriae -es. 79 causa (off. 2, 61 OV. epist. 13, 77 LIV. 25, 40, 4 CVRT. 10, 2, 17 TAC. hist. 1, 72 PAVL. sent. 2, 5, 2 dig. 44, 1, 17 *al.*). de orat. 3, 25 voluptates. 3, 177 numeri (orat. 180. OV. Pont. 2, 5, 1 *de versibus elegis. aliter* BELL. Alex. 15, 6 in -i numero. GAIVS inst. 3,16 HERMOG. dig. 40, 1, 24, 1 HIER. epist. 36, 11, 3 AVG. civ. 12, 19 *p. 1391, 77* COD. Iust. 7, 71, 8, 4). de orat. 3, 178 motu cursuque (nat. deor. 2, 19. 51). Brut. 229 aetatem *Hortensi* in -em oratorum aetatem includere (*v. Kroll ad l.; aliter* CIC. off. 1, 122 aetates. TAC. ann. 5, 10 iuvenis haud -i aetate. PANEG. 3 [11], 7, 7). nat. deor. 1, 87 temporibus. 1, 97 mores (1, 98 Lael. 74 *al.*). fin. 2, 10 coloribus (LVCR. 2, 738). div. 2, 90 geminorum formas ... similes, vitam atque fortunam plerumque -em.

[Gudeman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 1, 7, 10 contentio (*sc. altera parte plus valente.* PANEG. 9 [12], 4, 2). CAES. Gall. 5, 16, 2 proelio. SALL. Iug. 52, 1 ipsi pares, ceterum opibus -bus. PRIAP. 36, 7 gressus *Vulcani.* OV. am. 2, 2, 61 quid -r (*fort. nomin. ad A 1*) certamen iuis? met. 9, 721 fiducia. LIV. 10, 41, 1 longe -bus animis (23, 29, 6 militibus longe -r animus erat. 30, 28, 10 haud -r habitus animorum. VITR. 7, 1, 12 TAC. hist. 4, 68 AMM. 21, 12, 11). LIV. 23, 29, 6 imperatorum utriusque partis haud ferme -es spes erant. 24, 5, 2 omnia quam -ia essent. 31, 24, 3 pari incepto haud -em eventum responsurum (PLIN. nat. 7, 165 TAC. ann. 12, 40 neque -i eventu. PLIN. epist. 3, 9, 18). 31, 46, 10 ut loca diversa, sic -i modo. 33, 3, 10 haud -i armatu. 33, 22, 2 merito (GAVDENT. serm. praef. p. 840[B] -bus meritis plagas irrogare consimiles). MANIL. 2, 166 natura (TAC. hist. 4, 86 PANEG. 4 [9], 19, 3 mentium. LACT. opif. 12 CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 127, 7). VITR. 2, 7, 1 -bus et dissimilibus virtutibus. 4, 7, 1. 4, 8, 7 figurae. 4, 9, 1 altitudinibus. 6, 1, 1 qualitatibus (6, 1, 5). SEN. benef. 3, 10, 3 *beneficia.* 3, 18, 3 titulo. dial. 6, 11, 2 gradu (PAPIN. dig. 31, 67, 2 gradus *sc. affinitatis*). 6, 21, 4 vivendi facultas. epist. 88, 9 sonum. CVRT. 3, 3, 26 -r ⟨f⟩acies erat equis virisque *Macedonum* (*sc. ac Persarum*). PLIN. nat. 2, 218 propter -es siderum in quoque tractu exortus diversi existunt aestus. SIL. 15, 28 habitus. STAT. Theb. 4, 214 *v. vol. III p. 1444, 44.* QVINT. inst. 10, 1, 67 quorum (*Sophoclis et Euripidis*) in -i dicendi via. TAC. hist. 2, 4 fama. ann. 4, 14 neque -r . . . antiquitas. 6, 39 nec -es . . . exitus. 14, 50 haud -i crimine. SVET. Vit. 5 et voluntate -i et existimatione (*sc. in provincia . . . in urbano officio*). IVLIAN. dig. 28, 6, 32 partibus (POMPON. dig. 18, 2, 12 GAIVS dig. 34, 5, 7, 2 *al. apud* ICTOS, *v. Vocab. iurispr.* MAECIAN. distrib. 8. 15). GAIVS inst. 3, 59 licet -r in eo servo dominium habuerint *plures* (*i. non aequale*). PAPIN. dig. 27, 7, 6 administratio non -r (*i. disiuncta, discreta, opp.* communis). GELL. 2, 23, 7 non -i magis pretio. 14, 1, 23 -i variaque animi agitatione. APVL. mund. 21 -bus qualitatibus naturae (*Ps. Arist. mund. 5 p. 396[b], 32 ἐναντιωτάτας φύσεις*). MIN. FEL. 27, 6 argumentum. TERT. adv. Marc. 1, 7 p. 299, 22 duo summa magna. TER. MAVR. 1381 temporum mensura. 2335 locorum -i custodia. 2388 non erit -r *versus* (*syn.* manebit idem). 2509 -is figurae versus (2550). CENS. 6, 10 sexu (NEMES. ecl. 4, 5 IVVENC. 3, 468 par -e sexu *sc. Adam et Eva.* AVG. civ. 5, 6 tit. CARM. epigr. 1355, 1). CENS. 10, 6 duarum vocum (AMBR. in psalm. 1 pr. 9 ex diversis et -bus vocibus). NEMES. ecl. 2, 16 forma (CLAVD. rapt. Pros. 2, 45 PRVD. ditt. 22 DRAC. laud. dei 3, 710). SOL. 27, 31 -es effectus ad nocendum (*sc. aspidum*). 53, 9 vultibus. ITIN. Alex. 4 eandem . . . iniuriam, sed -is contumeliae. SPART. Pesc. 9, 4 eadem fortuna . . . vita satis -r. ARNOB. nat. 3, 14 similesne sint dii . . . an formarum -i circumscriptione teneantur. 7, 28 p. 262, 5 essentiae -es substantiaeque non unae. AVR. VICT. Caes. 13, 12 cognomento et potestate (HIL. in psalm. 61, 2 potestatis aut aequalis aut -is). CET. FAV. 29 p. 310, 5 subtilitas . . . -is mensurae de spatio horarum (*i. q. dispertitionis spatii horarum?*). AVSON. 326, 5 pari iure, sed fiducia -i. 407, 4 aevo (417, 47 SYMM. epist. 1, 32, 4). AMM. 23, 6, 65 -r est tractuum diversorum ingenium. 23, 6, 88 licet dignitate -i (25, 3, 8 licet in negotio -i). FAV. EVL. p. 19, 15 intervallis (*ad* CIC. rep. 6, 18 *ubi* imparibus). HIER. epist. 1, 9, 2 non -r in utraque misericordia domini. PRVD. cath. 6, 42 horror. AVG. civ. 5, 2 aegritudines (*syn.* diversus). 5, 5 nascendi hora. *ibid.* fata (CARM. poet. min. V 87, 3 fato). 11, 33 angelorum societatibus diversis atque -bus (*ibid.* societates . . . inter se -es atque contrarias). MACR. sat. 5, 1, 16 sunt stili dicendi duo -i moralitate diversi. AVIAN. fab. 11, 5 concordia. 23, 8 pretium. MART. CAP. 1, 4 non -r affectio. 1, 6 non -r . . . formae . . . luculentas (*subst.*). PROSP. carm. de ingrat. 47 non -e motu. CASS. FEL. 1 p. 5 -i temporum dolori, . . . Graeci eterocraniam vocant. VAL. CEM. epist. p. 758[B] affectu. EVSTATH. Bas. hex. 7, 2 p. 938[A] magnitudo membrorum -r et diversa. SIDON. epist. 1, 9, 3 longe in paribus -es sodalium spes et spiritus erant. CARM. de pond. 167 -r erit pondus paribus *formis.* BOETH. arithm. 1, 2 par atque impar . . . cum -ia sint contrariaque. mus. 1, 2 p. 188, 5 inaequalitates. ENNOD. epist. 7, 19, 3 p. 187, 23 non -i administratione. CYPR. GALL. gen. 678 orsus. COD. Iust. 5, 3, 20, 7 pactionibus (5, 14, 10). **b** *ex adi. pendent casus vel locutiones praepositionales: ablat. modi*: CIC. de orat. 3, 34 formae figuraeque dicendi specie -es, genere laudabiles (orat. 33 *virtutes* specie -es). PANEG. 3 (11), 7, 7 -es . . . aetatibus. OPT. PORF. schol. 21 versus vario colore -r. *dativ.*: EPICED. Drusi 176 quam -r huic fuit illud iter. CVRT. 7, 8, 1 animo -em vultum. 8, 4, 8 tempestatem haud -em nocti. AVG. civ. 14, 24 naturas . . . multum ceteris -es. PS. AVG. quaest. test. I 108, 3 si non convenit rationi, . . . si -r (*sc. rationi*) est (*quod quidam putant*). inter se: CIC. Tusc. 1, 68 -bus inter se motibus. VITR. 5, 6, 8 inter se dissimili -ique ratione. APVL. Plat. 1, 17 PORPH. Hor. epist. 2, 2, 189. AVG. civ. 12, 19 -es inter se atque diversi sunt *numeri. p. 1390, 31.* ad *aliquid*: CIC. de orat. 3, 56 eadem prudentia, sed consilio ad vitae studia -i. ab *aliquo*: PS. AVG. quaest. test. I 97, 5 non est -r a generante nativitas *Christi* (97, 8). **c** *pendent particulae comparativae*: ac: TAC. ann. 12, 9 Follio haud -bus verbis, ac nuper Vitellius censet. quam (*cf. p. 1392, 35*): LACT. opif. 13, 6 in plantis . . . longe -r quam in manibus ratio est.

2 *corporeis*: **a** *nude additum*: CIC. Tim. 25 septem orbes (*cf. infra l. 33*). VERG. ecl. 2, 36 -bus septem compacta cicutis fistula. OV. met. 1, 711 calamis. 8, 192 avenis. Pont. 3, 4, 86 rotis (*de versibus elegis, cf. p. 1390, 76*). Ib. 346 ingemino -r . . . pede cultus. LIV. 22, 46, 5 -es ac dissimiles gladii. MANIL. 2, 390 signis. VITR. 2, 6, 4 dissimilibus et -bus rebus *igne* correptis (8, 3, 26). 8, 3, 26 -es variique . . . fontes. SEN. epist. 52, 5 duo aedificia ab imo (*Bücheler*, ambo *codd.*) -ia. 91, 16 monumenta. CVRT. 9, 9, 7 undas (*sc. maris et fluminis*). COLVM. 5, 2, 6 triangulus -bus . . . lateribus ager. arb. 21, 1 -i loco pro differentia agri (AMM. 19, 7, 5 ut loco -i, ita eventu dissimili. *aliter infra l. 44*). FRONTO p. 159, 16 N. straboni oculi -es sunt: potuisse te pares aut impares dicere. APVL. met. 7, 5 centunculis. Plat. 1, 17 de discrepantibus diversisque membris . . . et articulis -bus (TERT. adv. Marc. 1, 16 p. 311, 14 membra . . . alia comparia alia -ia). HIL. in psalm. instr. 24 claves claustris -bus coaptare. AVIEN. Arat. 93 polus. 388 flamma. SYMM. epist. 1, 1, 2 *picturae licentia* vestitum -em singulis tribuit. AMBR. in psalm. 1 praef. 9 -es citharae nervi sunt, sed una symphonia. RVFIN. symb. 42 auri . . . venam . . . aeris . . . longe -em. PRVD. ham. 421 virtute pari, sed -e ferro. DRAC. Orest. 940 calculus. **b** *pendent ex adi. casus: genet.*: CIC. Cato 78 cum simplex animi esset natura neque haberet in se quidquam -r sui atque dissimile. *abl. modi*: OV. met. 2, 682 -r septenis fistula cannis. 15, 329 huic . . . effectu -r . . . amnis. SEN. nat. 7, 17, 3 *cometae* -es magnitudine, dissimiles colore. ITIN. Alex. 36 urbem . . . haud -em magnitudine . . . cognominibus Alexandriis. *dativ.* (*v. etiam l. 22*): OV. Pont. 2, 10, 30 quam -r est locus ille Getis (*comparat. compend.*). MANIL. 1, 352 tertia *Trianguli sideris* lampada -r conspicitur paribus (*damn. Bechert*). ?CVRT. 7, 7, 4 quae Tanain . . . spectant, humano cultu haud -ia sunt (*v. vol. IV p. 1324, 63. sed potius abl. sep. agnoscendus videtur*). LACT. inst. 3, 27, 10 -r ceteris *hominibus* habitus *sapientis* (*comparat. compend.*). AVR. VICT. Caes. 40, 27 opus ceteris haud multo -r (*cf. infra l. 36*). AVG. epist. 127, 7 tantum -es, quantum aedificium petrae soliditate fundatum -r est ei, quod *eqs.* inter se: CIC. Tim. 25 quattuor *orbes* (*cf. p. 1391, 84*).

substantivi vice: n. plur.: VARRO ling. 8, 32 negandum nobis -ia esse iucunda. CIC. fin. 2, 10 in multa -ia. *acced.* quam (*cf. p. 1391, 82*): LACT. inst. 3, 3, 10 opinabuntur multo -ia (*cf. supra l. 31*), quam nos opinati sumus. *m. sing.*: CIC. Phil. 2, 104 quam ab -i tenebantur *tecta.* HOR. carm. 4, 11, 31 -em (*sc. loco et fortuna*) vites. SEN. dial. 2, 7, 2 nec iniuria bonis nisi a -i verenda est. *n. sing.*: HOR. epod. 7, 12 lupis . . . leonibus, ⟨n⟩umquam nisi in -r feris (*cf. infra l. 51*). *m. plur.*: HOR. sat. 1, 7, 16 si -bus bellum incidat. SYMM. epist. 1, 1, 1 qui inter -es obsequium par requirit.

II *de numero i. q.* περισσός, *impar*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 80, 8 in *iambici versus* -bus locis, quas Graeci *περισσὰς χώρας* vocant, id est primo, tertio et quinto (*opp.* paribus . . . , quas *ἀρτίους χώρας* dicunt).

adv. ? **disparē** *i. q. inique, importune* (?): PETRON. 46, 2 etiamsi omnia hoc anno tempestas -e pullavit (*Reiske*, pallavit *cod.*, disparpallavit *Cholodniak, Rhein. Mus. 64 (1909) 330; cf. Meyer-Lübke, Roman. etym. Wörterb. p. 209 n. 2675*). *v. Friedl. ad l.* **dispariter** *a* PORPH. Hor. epod. 7, 11, *ut videtur, fictum*: dispar adverbium est nunc, ut si diceret -r feris.

disparāsco, -ere [*cf. c.* disparare. *Th.*]. *i. q. disparem, alienum fieri*: CLAVD. MAM. anim. 3, 10 p. 171, 12 testimonium, quod a nobis -ere (dispar asserere *M*) arbitrabaris, animadvertis nobiscum profectu disputationis unescere.

disparātio, -ōnis *f. a* disparare. *i. q. separatio*: IVL. VICT. rhet. 10 p. 411, 10 animae et corporis. CASSIAN. c. Nest. 3, 7, 2 nulla hic recipi -o potest, nulla discissio. *de loco i. q. distantia*: AMM. 21, 12, 8 -e brevi civitatem . . . amni praeterlabente. *i. q. differentia, dissimilitudo*: AVG. c. Iul. op. imperf. 4, 122 cum . . . tanta -o sit inter te et Iovinianum, quanta coniunctio inter te et Manichaeum. [*dub.*: VITR. 2, 9, 1.]

disparātum, -ī *n. v.* disparo. ?**disparē** *v. supra l. 47.*

dispāreo, -uī, -ēre [*a* dis- *et* parēre, *cf.* comparere. *Th.*]. GLOSS. -uit exolevit. ungesene ueard (*anglosax.*). [*it.* sparire. *M.-L.*] *i. q. non apparere, ἀφανὲς γίγνεσθαι*: CASSIOD. in psalm. 106, 29 tempestas . . . in auras iussa -uit. compl. in act. 8, 26 Philippus subita translatione -uit. IORD. Get. 24, 124 terra . . . apparuit, cerva -uit. NOVELL. Iust. 53, 4 pr. *si* ab hac . . . -ant civitate. GREG. M. dial. 3, 7 p. 232[A] cuncta illa malignorum spirituum turba -uit. 4, 55 p. 417[C] -uit (4, 57 p. 424[B] repente -uit. PASS. Paul. 18). moral. 15, 4 *gaudium hypocritae* appareret ad momentum, sed -et in perpetuum.

dispargo *v.* dispergo.

disparilis (disper- *l. 78*), -e *adi.* [*a* dis- *et* parilis. *Th.*]. GLOSS. -e *ἄζυγον ἄνισον* dispar. dissimile. *cf.* II 50, 49 discerile *ἀνόμοιον.* *i. q. dispar, dissimile, diversus*: **1** *de rebus* (*raro corporeis*): VARRO ling. 8, 9 formas (9, 40 *ubi* disper- *F*). 8, 67 cum horum casus patricus et accusativus in multitudine sint -es. rust. 2, 11, 4 pabulum. 3, 14, 4. CIC. div. 1, 79 ex caeli varietate et ex -i aspiratione terrarum. PLIN. nat. 2, 116 -i errantium siderum ictu. GELL. 5, 1, 4 varios adeo vultus, -esque sensus. TER. MAVR. 1561 metro. CENS. 6, 6 opiniones. 8, 2 temperatura. ANTH. 393, 2 semine. CHALC. comm. 246 soliditate. PRVD. c. Symm. 2, 374 sorte (VICTRIC. 5). CLAVD.

[Gudeman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

carm. min. 4, 9 *artus*. VICTRIC. 19 conceptione. CLAVD. MAM. anim. 1, 27 p. 97, 17 longe -em ... visionem. *acced. abl. modi*: VARRO rust. 3, 14, 4 non quo non in his regionibus quibusdam locis ac magnitudinibus sint -es *cochleae*. COLVM. 3, 2, 17 duae lanatae *vites* ... fluxurae qualitate sunt -es. *acced. dat.*: CLAVD. MAM. anim. 3, 16 p. 184, 6 saxum ... longe -e huic (*sc. soli*). **2** *de personis*: AMM. 22, 8, 31 gentes sermonum institutorumque varietate -es.

adv. **dispariliter** (disper- *l. 9*). *i. q. dissimiliter, varie, diverse*: VARRO rust. 1, 6, 6 tria fastigia agri ad colendum disperiliter habent momentum. ling. 8, 66 dicuntur (10, 48). 9, 89 declinetur. AVG. civ. 12, 6 non -r occurrit. CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 75, 4. GREG. M. moral. 18, 92 longe. 29, 41 -r singuli accipiunt *al.* epist. 11, 18 p. 279, 21 mihi et vobis non -r noti.

[**disparilit** distribuit GLOSS. lib. Gloss. (dispartiit? *Götz*)].

disparilitās, -ātis *f. a* disparilis. GLOSS. dissimilitudo.

1 *t. t. grammat. i. q. anomalia*: VARRO ling. 10, 36 quae ratio ... per se solum efficere non potest analogias propter -em vocis figurarum. **2** *i. q. dissimilitudo, diversitas, varietas*: GELL. praef. 3 eadem rerum -s (MACR. sat. praef. 1, 3 variarum rerum). 6, 3, 47 ne -s collationis evidens fieret. APVL. Plat. 2, 4 quae (*bonitas*) a semetipsa tot modis discrepet et non solum -em, sed etiam inconcinnitatem prae se gerat. CHALC. comm. 102 naturae (AVG. epist. 120, 12 dissimilitudine ac -e naturae). 330 parilitatis -isque concretio. AMBR. spir. 1, 13, 135 unitatem divini nominis esse credendam, non -em. AVG. civ. 5, 4 tanta in actibus -s. 5, 5 p. 196, 8 D. si ... dispar nascendi hora ... -em intulit ceteris rebus. 11, 10 p. 496, 20 in magna -e quandam similitudinem. lib. arb. 3, 11, 33 -e seiungi. SALV. gub. 2, 5 meritorum. CLAVD. MAM. anim. 1, 27 p. 98, 6 affectuum. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 18, 36 proprietas. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 2 p. 6, 4. 1, 5 p. 14, 4 verborum. GREG. M. moral. 9, 98 criminis. 35, 46. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 2, 2 personarum. REGVLA Tarnat. 19 vestium.

dispariliter *v.* disparilis.

disparitās, -ātis *f. a* dispar. *i. q. diversitas*: BREV. fid. adv. Arrian. p. 656[c] ubi una est substantia ..., nulla est -s vel diversitas existimanda. AVG. lib. arb. 3, 11, 33 -e seiungi possunt spiritales creaturae.

dispariter *v. p. 1392, 50.*

disparo, -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* parare. *Th.*]. *frequentat* AMM. *in codd.* (*velut* AMM. 30, 10, 4) *interdum confunditur c.* disseparo *q. v.*

I ***intransitive*** *i. q. differre*: ? PLAVT. Amph. 549 tanto brevior dies ut fiat faciam, ut aeque -et (*cf. Leo, Hermes 18 [1883] 572, sed fortasse aliter accipiendum*). VEN. FORT. carm. praef. 5 apud quos (*barbaros*) nihil -at aut stridor anseris aut canor oloris.

II ***transitive:*** **A** *generatim i. q. separare, dividere, removere*: PLAVT. Rud. 10 nos per gentes alium aliā -at. CIC. rep. 2, 39 seniores ... a iunioribus divisit easque (*sc. classes*; eosque *codd.*) ita -vit, ut *eqs.* CAES. Gall. 7, 28, 6 ut *eos* ... -andos deducendosque ad suos curaret. VITR. 2, 9, 7 ima *abies* cum excisa quadrifluviis -atur. 9, 1, 2 aliae alio modo umbrae gnomonum aequinoctiales a natura rerum inveniuntur -atae. GELL. 11, 11, 4 varie ... et lepide tot sententias in eandem rem, quasi aliud atque aliud diceret, -vit. FRG. Vat. 35 ut nec ... valeret ... allegationum qualitas -ari. AMM. 17, 13, 27 quae longius -ati ... tulimus. FAV. EVL. p. 12, 15 quadrifariam limite -ato. PRVD. perist. 10, 888 secandi doctus ... artifex, qui cuncta norit viscerum confinia vel nexa nervis -are vincula. MART. CAP. 1, 25 vos numquam convenit -ari. AVELL. p. 748, 24 Indi in novem regna fuerant -ati. *indicatur qua re*: PANEG. 10 (4), 2, 1 quae temporibus -ata sunt, animorum praesumptione iunguntur. ARNOB. nat. 2, 16 vicinos nos esse neque intervallis longioribus -atos. PAVL. NOL. epist. 18, 1 p. 129, 14 etsi regionum intervallis corporaliter -emur, spiritu tamen ... coniuncti sumus. MART. CAP. 6, 625 cum antea natura terris maria -ret. 6, 699 Rubrum mare ... sinu gemino -atur (*ex* SOL. 54, 12 in duos sinus scinditur). CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 134, 5 -atos corporibus (RVRIC. epist. 2, 3 p. 374, 9 etsi ... a vobis -atus sum corpore, tamen ... mente coniungor. 2, 36. 52. *cf. etiam l. 61*). CORP. VI 18817, 8 a manu mala -ati (separati *correxit quadratarius*) sumus. *indicatur unde*: ab *aliqua re*: ARNOB. nat. 3, 10 ab omni turpitudinis labe -ata atque abiuncta divinitas. EPIST. pontif. 216 (*a. 355*) Lucif. epist. 2 p. 320, 23 sum interim a vestro consortio -atus. MART. CAP. 2, 156. ab *aliquo* (*cf. l. 65*): SVLP. SEV. dial. 3, 18, 3 a me tam crudeliter -atus. CLAVD. MAM. anim. 3, 9 p. 170, 16 ab invicem -ati sunt.

nota i. q. semovere, secludere, omittere c. inf.: MART. CAP. 1, 24 numquam mage velle (*i. voluntatem nostram*) -amus ... quam cum *eqs.*

B *notiones speciales verbi passivi* (-ari, -atum esse): **1** *i. q. differre*: VITR. 4, 7, 1 quarum *aedium* dispares sunt figurae et quibus discriminibus inter se sunt -atae. NON. p. 447 fremere et frendere hoc -antur. MART. CAP. 5, 476 quae non tantum numero, sed etiam specie -antur. CASSIAN. conl. 11, 6, 2 quae tria ... magnis ... excellentiae suae gradibus ab invicem -antur. 12, 16, 3 tantum inter hominem distat et hominem, quantum illa ... ab invicem -antur. **2** *de loco i. q. distare, indicatur fere ubique qua re et unde* (*plerumque* ab [ab *aliquo p. 1394, 2*], *semel* ex: AMM. 25, 7, 8, *raro abl.*: AMM. 20, 4, 13. 24, 5, 3): AMM. 14, 3, 3 municipium ab Euphrate flumine brevi spatio -atur (*sim.*: 14, 8, 4. 15, 11, 18. 16, 12, 70. 20, 3, 7. 21, 9, 6. 22, 16, 10. 24, 1, 3 ut decimo paene lapide postremi -rentur a signiferis primis. 24, 2, 3. 26, 5, 1). SVLP. SEV. dial. 1, 8, 1. 3, 6, 1. 2 MART. CAP. 6, 637. 646. 650. 8, 857 EVGIPP. Sev. 24, 1. *additur solum qua re*: AMM. 18, 7, 9 *oppidum* centesimo lapide -atur (29, 6, 7. 30, 10, 4). 22, 8, 20. *additur solum unde*: AMM. 22, 16, 1. 23, 6, 56. 27, 4, 4.

part. perf. pass. pro adi. **disparātus,** -a, -um (GLOSS. separatus). *i. q. diversus: t. t. dialecticorum*: CIC. inv. 1, 41 quod contrarium *erit ei negotio* et quod -um. QVINT. inst. 5, 11, 31 -a (separata *A*), ut dura non duris. *n. sing. substantivi vice*: CIC. inv. 1, 42 -um autem est id, quod ab aliqua re praepositione negationis separatur hoc modo 'sapere' et 'non sapere' (= RHET. min. p. 595, 24). MAR. VICTORIN. rhet. 1, 28 p. 228, 30 Aristoteles 'opposito' genus posuit, 'contrarium', '-um' sub oppositis. *ibid.* p. 228, 42 sub -o ... Aristoteles duas species posuit, privantia et negantia. *latiore sensu*: VITR. 2, 2, 2 cum res ... in infinitis generibus rerum natura essent -ae. 2, 6, 5 omnia ... ut fortuito -a procreantur. 6, 1, 10 cum ... sint ... omnes nationes immoderatis mixtionibus -ae. 8, 3, 13 quodsi terra generibus umorum non esset dissimilis et -a. ARNOB. nat. 6, 13 lapides atque ossa informia, -a, confusa. MART. CAP. 1, 11 prolixitas (*i. q. diffusa?*). SIDON. carm. 22, 1 locis.

? disparpallo *v. p. 1392, 49.* **disparsio,** -sus *v.* dispersio.

dispartībilis, (-e) *adi.* [*a* dispartire, -pertire. *Th.*]. *i. q. qui potest dividi, separari*: TERT. adv. Hermog. 39 p. 169, 3 *materia* -is, quia et convertibilis et demutabilis (quia et conv. et dem. et -is *codd.*), 'demutationes enim eius', inquis, '-em eam ostendunt'.

dispartio *v.* dispertio.

dispateo, -ēre *a* dis- *et* patere. *i. q. in diversas partes patere*: LACT. inst. 3, 10, 3 latibula ... in plures exitus -entia. *Gudeman.*

(**dispeciscor**), -ctus sum, (-ī) *a* dis- *et* pacisci. *non legitur nisi part. perf. sensu passivo*: APVL. met. 4, 26 -ctae (*i. pacto iugali destitutae*) disturbataeque nuptiae. *cf. Leo, Anal. Plaut. II p. 33.* ***D.***

? dispectātor *v.* disceptator *p. 1293, 36.* **dispectē** *v.* dispicio.

dispectio, -ōnis *f. a* dispicere. *i. q. actio dispiciendi, consideratio, reputatio, examen*: TERT. resurr. 19 -o tituli et praeconii. TER. MAVR. 1606 ne ... tarda sit -o. BOETH. mus. 4, 15 p. 343, 5 in modorum descriptione facilis possit esse -o.

dispecto (dissp- GLOSS. V 190, 31), -āre *a* dispicere: GLOSS. -are dispicere. discedere (discernere? *Götz*).

dispector, -ōris *m. a* dispicere. *is qui dispicit, examinator, scrutator, observator*: TERT. test. anim. 2 p. 136, 23 qui etsi deum non negent, -em (desp- *A*) plane et arbitrum et iudicem non putent. apol. 45 innocentiam ... fideliter custodimus ut ab incontemptibili -e mandatam. uxor. 2, 8 quasi revera -es divinarum sententiarum. cult. fem. 2, 10 institutorem ... deum existimantes, non etiam -em institutorum suorum. ITALA sap. 1, 6 (Tert. anim. 15 p. 320, 18) scrutatorem et -em cordis deum (*ἐπίσκοπος ἀληθής*, VVLG. scrutator ... verus). PS. BOETH. geom. p. 401, 15 prisci ... sophismatis cautissimi -es.

1. dispectus, -ūs *m. a* dispicere. *i. q. actus dispiciendi, scrutandi, observatio*: SEN. dial. 3, 1, 2 ad -um (de- *A*) aequi verique (10, 2, 3 veri; de- *A*). 4, 10, 1 officiorum. epist. 94, 36 rerum agendarum. 109, 16 -um utilitatis (de- *BA*). *dub.*: PLIN. nat. 34, 7 vasa ... Corinthia ... isti elegantiores modo ad esculenta transferunt, modo in lucernas aut trulleos nullo munditiarum -u (dissp- *B*, desp- *rell.*; respectu *Barbarus, fort. recte*).

2. dispectus, -a, -um *v. supra l. 31 sqq.*

3. dispectus, -a, -um *part. pro adi.* [*fortasse a* dis- *et* pangere. *Th.*]. *i. q. separatim infixus*: GROM. p. 362, 13 L. -as lapides posuimus. *ibid.* -as in rigora et in latere limitis constituimus lapides. [*vide ne ductum sit a* dispicere *et intellegendum 'lapides, quorum positiones dispiciendo (cf. Schulten, PW. VII 1884) inventae sunt'. D.*]

dispello, -ulī, -ulsum, -ere *a* dis- *et* pellere. SERV. Aen. 1, 512 -erat segregaverat. et magna est inter 'di' et 'de' differentia. SERV. auct. *v. l. 74.* GLOSS. -ulit *διεσκέδασεν. ἀπώθησεν.* dispersit. -erat disiecerat. distraxerat. *legitur inde a* PLAVTO, *sed stirpe praes. nonnisi 7[ies]*: SEN. Tro. 452 -e (STAT. Theb. 1, 661). STAT. Theb. 5, 335 -ens. 9, 472 -it. SER. SAMM. 998 -unt. AMM. 14, 7, 5 -ret. 21, 12, 9 -cre. [*corrupt.*: LIV. 4, 33, 10 FLOR. epit. 3, 5, 11.]

1 ***proprie*** *i. q. cum vi quadam dimovere, disicere, dissipare*: **a** *animantes*: CIC. Att. 7, 7, 7 pecudes, quae -lsae sui generis sequuntur greges. VERG. Aen. 1, 512 quos aequore turbo -erat (*v.* SERV. *supra l. 62.* SEN. Ag. 415 quae maris fortuna -erit duces. *absolute, subaudiendum* nos: VERG. Aen. 1, 538 Orion ... penitus ... perque undas ... perque invia saxa -ulit [SERV. auct.: id est dispersit]). VAL. MAX. 3, 8, 5 -lsis prostratisque inimicorum partibus. VAL. FL. 3, 89 *manum.* 6, 530 Colchos. STAT. Theb. 1, 661 globum (de- *BM*). FLOR. epit. 4, 9, 4 praesidia. APVL. met. 2, 5 ceteros omnes sermone secreto decedere praecipit. quibus -lsis omnibus *eqs.* AMM. 21, 12, 9 prohibitores. CYPR. GALL. exod. 693 hostes. *nota de uno*: ENNOD. epist. 2, 15 p. 56, 15 si te ad ultima terrarum confinia ... -isset adversitas. EVG. TOLET. carm. 11, 7 -lsus pectora daemon ... linquit. **b** *res corporeas*: CIC. Tusc. 1, 64 (*trop.*) *philosophia* ab animo tamquam ab oculis caliginem -ulit (VERG. Aen. 5, 839 aera dimovit ... et -ulit umbras [AVSON. 325, 46 caliginis umbram]. *[Gudeman]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Liv. 22, 6, 9 -lsa nebula [26,17,14]. Manil. 1,819 nubila. Sen. Herc. f. 279 emerge, coniunx [*Hercules*], atque -lsas manu abrumpe tenebras [Evstath. Bas. hex. 2,7 p. 887A. *tropice*: Phaedr. 3, 10, 42 tenebras -ulit calumniae. Avg. serm. ed. Mai 169,5 haereticorum]). Lvcr. 1,1017 -lsa suo de coetu materiai copia. Val. Max. 1,8,2 tempestatem (*trop., item* 7,6,6). Stat. Theb. 5,335 aerata -ens aequora prora (9,472 obiecta -it flumina parma. Amm. 26,10,16 mare -lsum retro). Theb. 8,469 -lsa casside (discussa *M*). Clavd. 15, 395 occidit iuvenes inhumataque corpora vulgo -ulit. *nota* in *c. acc.*: Ennod. opusc. 3,121 p. 362,10 licet eam (*urbem*) . . . nullus in vastitatem temporalis procellae turbo -erat.

2 ***translate*** *i. q. dissolvere, delere, irritum facere: res incorporeas*: Plavt. Asin. 738 amores nostros -lsos compulit. Val. Max. 3, 3 ext. 1 omni inhonesto atque inutili affectu -lso (*sc. philosophiā*). 8, r abs. 3 omnia ista propitiae fortunae interventu -lsa sunt. Sen. Tro. 452 somnos (Sil. 7,328 Ser. Sam. 998). Sil. 8,163 omnes luctus omnesque e pectore curas. Amm. 14, 7, 5 inediae . . . metum. Avian. fab. 10,10 iocum (-lit *Lachm.*, distulit *codd.*, *item* 31,8 minas). Oros. hist. 5,5,5 trucidationem praetento umbone pacti foederis -ulit.

opp.: compellere.

deriv.: dispulsio (*?*). *Gudeman.*

dispendiōsus, -a, -um *a* dispendium. *comp. l. 28.* Gloss. ἐπιζήμιος. *i. q. dispendium, damnum afferens*: Colvm. 2, 20, 1 cunctatio. Paneg. 10 (4), 5, 6 revocatio. Rvf. Fest. 29 condicionibus. Cod. Theod. 11, 2, 4 (*a. 384*) species annonarias solvant neque sub taxationibus pretiorum -is occasionibus acquiescant. 7,4,25 (*a. 398*) novellum vinum militi praeberetur, . . . quod veteris -a videtur erogatio (Cod. Iust. 12, 37 [38], 10). Cassian. conl. 19,14,7 nihil -ius iracundia. Cassiod. var. 3, 53, 3 labore. 4, 38, 1 excludenda est -a semper enormitas. 7,9,3 quae sibi -a esse cognoscunt *mercatores*. Greg. M. epist. 1, 2 p. 3, 11 lucrorum. Not. Tir. 41, 63a -us. -um est *seq. inf.*: Cassian. conl. 4, 20, 4. *D.*

✕**dispendium,** -ī *n.* [*a* dis- *et* pendĕre *ductum esse videtur; cf.* compendium. *v. Varro ling. 5, 183. Th.*]. *de veriloquio*: Varro ling. 5, 183 ab eodem aere pendendo dispensator, . . . et -um, ideo quod in dispendendo solet minus fieri *eqs.* Pavl. Fest. p. 72 dispensatores dicti, quia aes pensantes expendebant, non adnumerabant. hinc deducuntur expensa . . . item compendium, -um, assipondium, dupondium. Cassiod. var. 7, 23, 3 pondus . . . unde compendium et -um. Diff. gramm. VII 525, 26 compendium undique ad pondus pertinet, -um deteritur in ponderibus. *de formis: genet.* -i: Enn. ann. 14 Lvcr. 2,1127. *plur. inde a* Verg. Aen. 3, 453. *de significatu*: Schol. Ter. p. 81, 15 damnum -um (p. 111, 1. 148, 6). Prvd. ham. 750 -a pericula. Isid. diff. app. 150 damnum, unde diminutum sit, -um ubi pondus absit, detrimentum quod a terendo nominatur. Frg. Bob. gramm. VII 544, 37 compendia via cita, -a via per circuitiones difficilis. Gloss. -um ζημία. damnum. detrimentum. wom (*anglosax.*). -ii τῆς ζημίας. -o damno. -a detrimenta. -o feriendum ζημίᾳ ὑποκειομένη. ὑπαχθησομένη. *in versu iambico vox ultimam occupat sedem praeter* Ter. Hec. 795. *legitur inde ab* Ennio *per totam latinitatem. deest ex. gr.*: Cic. Caes. Sall. Liv. Vell. Vitr. Val. Max. Celso Cvrt. Sen. phil. Val. Fl. Sil. Qvint. Tac. Plin. *frequentant prae ceteris* Symm. Amm. (*19ies*) Ambr. Ennod. (*25ies*) Cassiod.

I ***proprie*** *de pecunia sim. i. q. sumptus, iactura*: Plavt. Men. 485 minore nusquam bene fui -o. Merc. 30 (*in versibus, ut videtur, spuriis*) inopia, contumelia et -um. 52 amorem multos inlexe (*i. inlexisse*) in -um. Poen. 163 sine [damno et] -o (Ter. Eun. 929 sine sumptu et sine -o. Hec. 795 sine suo -o. Vlp. dig. 6,1,37 domini. 21,2,38 creditoris. Schol. Iuv. 1,48 pecuniae. Cod. Iust. 1,3,28,2. *v. etiam p. 1396,11*). Prop. 2, 24, 15 me ista movent -a. Sen. contr. 2, 1, 6 -orum malum. Stat. silv. 2, 2, 151 animum -a torquent fenoris. Tert. apol. 43 quodcumque -um est rei vestrae per hanc sectam cum aliquo praesidio compensari potest. Cypr. vita 3 contemptis ille -iis rei familiaris (Porph. Hor. epist. 2, 2, 40 Vita Cypr. 3). Paneg. 11 (3), 10, 2 neminem ullum in tanto rerum apparatu sensisse -um. Treb. Gall. 1,4 privatis . . . fortunis publica explere -a. Gavdent. praef. inter -a omnium facultatum (*de Iob*; Lex Burg. 52,5 Lex Visig. 6,5,19). Symm. epist. 1, 5, 2 ut spes agri voluntariis -iis fulciatur. 1, 10, 1 pecuniae postea -um cumulabitur aut ruinae (Cassiod. hist. trip. 9,14). epist. 3,11 *Vestales* paupertate a -o tutae sunt. rel. 14,2. 23,2 *argentum* cum . . . sine adiectione -ii reddidissent. Amm. 29,2,11 pecuniariis afflicti -iis. 31, 14, 5 locupletum. Ps. Ascon. div. in Caec. p. 196 St. nequa deductio fieret: modo deductio -um significat. Ambr. hex. 3,8,35 ut numquam ullum -um suo inferat creditori. Ambrosiast. in II Tim. 2, 8/9 non -um fecit, sed lucrum. Heges. 2, 2, 2 superfluis sumptibus infinita -a toleravissent. Hier. in Ier. 5, 2, 6 aliorum damnis atque -iis suas complent domos. Ps. Rvfin. in Os. 7, 12 nummorum -a sentientes. Sev. Maior. p. 737A de praeda nostra vel de -o suo. Cod. Theod. 16, 2, 10 (*a. 353*) negotiatorum. 15, 2, 2 (*a. 369*) librae unius auri -iis ingravetur. Petr. Chrys. serm. 83 p. 436A tuo -o. Salv. gub. 6, 51 nemo sumptus cogitabat, nemo -a, quia non sentiebatur expensa. Pavl. Pell. 551 plurima subtracto . . . per -a censu. Prisc. Anast. 193 -a saeva relaxas. Cod. Iust. 1, 27, 1, 18 (7) non multa -a . . . sustinere. 11, 59 (58), 15 -iis (*i. vectigalibus*) liberata. Pass. Thom. p. 129, 2 in pecuniis -a nostra esse, non commoda.

3 *i. q. divisio, distributio*: Tert. adv. Prax. 3 ut deus divisionem et -em pati videatur in filio et in spiritu sancto. Cassiod. anim. 9 p. 1297^{A} nervi quam congrua -e corpus omne contineant.

4 *i. q. excidium*: Vvlg. Dan. 12, 7 cum completa fuerit -o manus populi sancti. Avg. c. Gaud. 1, 19, 20 poena interitus sui et -is domorum suarum. *nota*: in -em ire *i. q. vastari*: Itala Dan. 3, 96 (Aug. epist. 105, 7 p. 600, 9) in interitum irent et domus eorum in -em (*ἔσονται . . . εἰς διαρπαγήν*, Vvlg. vastetur).

5 *i. q. largitio*: Cassiod. in psalm. 111, 9 (*v.* dispergo *p. 1408, 8* ipsa est -o, quae feliciter congregat; ipsa erogatio, quae caelorum regna mercatur.

II ***translate***: *i. q. confusio* (*opinionum*): Cassian. conl. 1, 7, 4 errorum pervagationumque omnium -es poterimus evadere. 10, 10, 11 nec cogitationum -es valeo coercere. Op. imperf. in Matth. 54 p. 944 colligunt animas ex -e alicuius erroris.

dispersor, -ōris *m. a* dispergere. *is qui dispergit, dissipat*: Ambr. paenit. 2, 4, 25 ut sciatis, quia de -bus dicit, sic habemus scriptum: . . . 'qui non colligit mecum, dispergit' (*Matth. 12, 30*). Ps. Avg. symb. 1, 5, 12 non glorietur -r. Greg. M. epist. 4, 11, 10 ut . . . non culpa -is incumberet. Facvnd. defens. 12, 3 p. 844^{C} si quis . . . ecclesiam turbat, . . . dissipator est et mysteriorum dei -r.

dispersus (-sparsus Gloss.), -ūs *m. a* dispergere. Gloss. *διασκορπισμός*. *i. q. separatio* (*cf. O. E. Schmidt, Rhein. Mus. 52, 151*): Cic. Att. 9, 9, 2 quod consulem (*M*^{1}*C*, consules *vulg.*) laudas, ego quoque animum laudo, sed consilium reprehendo; -u enim illorum actio de pace sublata est.

Becker † [pro patria mortem obiit 23. 8. 14].

***dispertio (-or),** -īvī (-iī), (-ītus sum), -īre (-īrī) [*a* dis- *et* partire, partiri. *Th*]. *traditur hic illic* dispartio: S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278 *a. 176/7*) 39 Clem. ad Cor. 29 Hier. Didym. spir. 13 Verec. in cant. 9, 52 Gloss. II 272, 49. V 451, 1. 497, 2. *deponentis formae leguntur*: Cic. leg. 2, 47 Liv. 3, 10, 9 Itala exod. 21, 35 (Aug. quaest. hept. 2, 82) psalm. 21, 19 (Tert. adv. Marc. 4, 42 p. 502) Avg. op. imp. 6, 40 Prisc. gramm. II 503, 22 Verec. in cant. 9, 52. *perfecti vel plusquamperf. formae per* -iv-: Plavt. Aul. 331 Sall. Iug. 46, 7 Nep. Dion 7, 1 Apring. in apoc. 4 Verec. in cant. 9, 52. *inf. parag. qui dicitur*: Plavt. Pseud. 441. *pass. sensu reflexivo*: Plavt. Curc. 189. Gloss. *ἀπονέμω*. Gloss. V 451, 1. 497, 2 iudex arbiter (dispertitor *recte, ut videtur, Götz coni.*), *διαμερίζω*. -am *διελῶ. διαμερίσω*. -it partitur. *legitur inde a* Plavto *per totam latinitatem, frequenter apud solum* Cic. (*19*^{ies}). *deest ex. gr.*: Ter. Caes. Val. Max. Sen. rhet. Vitr. Vell. Celso Colvm. Cvrt. Sen. phil. Qvint. Plin. epist. paneg. *poetisque omnibus praeter* Plavt. Afran. Novivm Lvcr.; *singulis locis habent*: Rhet. Her. Plin. nat. Svet. Icti Apvl. Tert.

i. q. distribuere, dividere, separare; hic illic accedit dativ. vel in *aliquam rem*: **1** ***proprie***: **a** *de hominibus, praecipue in re militari, bis de bestiis* (*cf.* Ivlian. Vlp. dig. 7, 1, 70, 5 proprie dicit -ire et dividere et divisionem quandam facere): Plavt. Amph. 220 -iti viri, -iti ordines. Curc. 189 etiam -imini? Sisenna hist. 63 exercitum -unt (Liv. 29, 1, 14 per oppida). Cic. Catil. 4, 7 municipiis -iri iubet *coniurationis Catilinae socios*. Att. 9, 10, 6 vos -itos et in speculis esse. Bell. Afr. 46, 3 tirones autem iubet inter legiones -iri. 67, 3 copiis. Sall. Iug. 46, 7 in utrumque latus auxiliarios equites tribunis legionum -verat. 49, 6 inter manipulos funditores . . . -it. Plin. nat. 9, 48 *pelamydes* in genera cybiorum -untur. Tac. ann. 1, 51 legiones . . . quattuor in cuneos -it. S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278) 39 is numerus universae familiae aequis partibus in singulos dies -atur. Itala deut. 32, 8 (Clem. ad Cor. 29) cum dispartiebat gentes, cum disparsit filios (*διεμέριζεν*, Vvlg. dividebat). Itala exod. 21, 35 (Aug. quaest. hept. 2, 82) taurum . . . -entur (*διελοῦνται*, Vvlg. -ent). Itala psalm. 16, 14 (Aug. epist. 149, 3) eos (*διαμέρισον*, Vvlg. divide. *cf.* Avg. *l. c.* hoc est dividendos atque separandos). Vvlg. Is. 53, 12 -am ei plurimos. Marc. 3, 26 -itus est *diabolus*. Avg. op. imperf. 6, 40 singulis rebus singulos -itur auctores. Verec. in cant. 9, 52 (*per imaginem*) caelestia suis spolia (*ter ibid.*). *nota c. abl. separat.*: Avson. 419, 16 quorum me etiamsi non secerno numero, tamen quod ad honoris viam pertinet, ratione -o.

b *de rebus corporeis*: Plavt. Aul. 282 ut -rem obsonium . . . bifariam (*quasi metonymice*: Svet. Vit. 13, 1 epulas trifariam . . . quadrifariam -bat). 331 iniuria -visti: pinguiorem agnum isti habent. Cato or. frg. 1, 21 frumentum. orig. 71 septimus *fluvius* finem Rheginum atque Taurinum -it (Itin. Alex. 35 Tanais Asiam Europamque -it). Afran. com. 2 -antur pariter bona (Nep. Dion 7, 1 militibus). Novivs Atell. 15 ut pariter -am *mensas*. Sisenna hist. 23 manuales lapides -it. Cic. de orat. 1, 190 (*per imaginem*) eorum generum quasi quaedam membra -at. Cluent. 69 pecuniam . . . iudicibus -endam (Schol. Hor. sat. 2, 3, 103. Cic. Bob. p. 152, 25 St. tribulibus. Heges. 2, 1, 4 mille talenta. Hier. epist. 22, 32, 2 nummos -ire pauperibus). Phil. 8, 8 *ut* fortunas nostras partim dissipet partim -at paricidis. off. 2, 40 nisi aequabiliter praedam -at (Nep. Dat. 2 suis). Lvcr. 1, 890 herbarum genera et fruges frondesque. 3, 702 -itus enim per caulas corporis omnis . . . cibus. Sall. Iug. 59, 1 portas . . . tribunis -it. Nep. Ages. 8, 4 unguenta . . . servis -iit. Fest. p. 371 *aedificia* itineribus . . . distributa nominibusque dissimilibus discriminis causa sunt -ita (*metonymice*). Pavl. Fest. p. 368 in quas *tribus* urbs erat -ita. Tac. ann. 3, 43 arma occulte . . . iuventuti -it. Apvl. Plat. 1, 16 *cibatum* itinera . . . -unt in cruoris habitudinem versum. Min. Fel. 9, 5 huius certatim membra -unt. Itala psalm. 21, 19 (Tert. adv. Marc. 4, 42 p. 563) -iti sunt sibi vestimenta mea (*διεμερίσαντο*, Vvlg. diviserunt). Lact. opif. 11, 2 vitales sucos membris. Avson. 419, 21 munera. Vvlg. exod. 21, 35 cadaver . . . mortui inter se -ent. Marc. 3, 25 domus. Avg. civ. 4, 1 ut -itos faceret libros, alios humanis, alios divinis . . . distribuens *Varro*. Vvlg. act. 2, 3 -itae linguae (*διαμεριζόμεναι*).

2 *translate nonnisi de rebus incorporeis*: Plavt. Mil. 730 vitam humanam. Pseud. 441 quod fecisti flagiti populo viritim potuit -ier. Varro frg. Non. p. 92, 11 ea quae ad mortales pertinent quadrifariam -rim: in homines, in loca, in tempora, in res. Rhet. Her. 4, 35, 47 in plures res aut personas negotia quaedam certa -untur. Cic. de orat. 3, 114 *coniecturam* in quattuor genera -unt. Brut. 163 in membra quaedam . . . -bat orationem libentius. orat. 138 ut aliud alii tribuens -at. Verr. 6, 187 initia vitae. Mur. 75 tempora voluptatis laborisque -unt. leg. 2, 47 iuris consulti . . . id ⟨in⟩ infinitam (*sc. cognitionem*; infinita *codd.*, infinite *Plasberg*) -untur. ac. 2, 42 quas res in minima -unt. Tusc. 3, 81 haec Graeci in singulas scholas . . . -unt. 5, 72 genera -it *ratio disserendi*. fin. 5, 25 necesse est . . . extrema illa et summa . . . inter animalium genera distincta et -ita sint. nat. deor. 3, 93 quomodo . . . vultis . . . -iri ac dividi somnia? epist. 5, 2, 1 mihi tecum ita -itum officium fuisse (Avg. civ. 4, 8 numinum). Lvcr. 3, 589 animae naturam. 3, 638 -ita . . . vis animae et discissa simul (6, 593 fera vis venti). Nep. Eum. 2, 1 cum regna singulis familiaribus -rentur. Liv. 3, 10, 9 consules belli administrationem inter se -iri iussi. Tac. ann. 13, 37 vires. Tert. adv. Prax. 16 turrem . . . elidens linguasque -ens (*Vrsinus*, disperdens *codd.*). Avson. 419, 49 gradibus. Hier. Didym. spir. 13 in quae -itur effusus *spiritus sanctus*. Avg. civ. 6, 1 quae deorum talium potestati -ita. 21, 12 genus humanum. *al.* Boeth. in Porph. comm. pr. 1, 19 p. 57, 5 *differentiae* seiungunt atque -unt (-untur *pars codd.*). 1, 26 p. 77, 21 species genus . . . in plurima segregant atque -unt. 1, 27 p. 79, 4 (*seq.* dissipant diviuntque). comm. sec. 3, 9 p. 228, 16 *al.* Apring. in apoc. 4 hebdomadam. Greg. M. in Ezech. 1, 6, 11 -itis sermonibus. *nota absolute*: Hesych. in lev. 7, 8 p. 860^{D} unicuique aequaliter -ens, ut non dissimilia . . . de deo sentirent.

dispertītio, -ōnis *f. a* dispertire. *i. q. divisio, distributio, dispersio*: Tert. adv. Hermog. 39 eadem ratione non poterit pati -em et demutationem. Avg. gen. ad litt. 5, 10, 26 per omnes -es suas (*sc. fontis*) ascendens ab terra. *e coni.*: Cic. Phil. 3, 30 *v. p. 1412, 40*. Vitr. 2, 8, 17 *v. p. 735, 32*.

? **dispertītor** *v. p. 1413, 52*.

dispertītīvus, -a, -um *a* dispertire. *i. q. distributivus*: Prisc. gramm. III 413, 24 ff. habent ex omnibus numeris Romani -a quae Graeci vocant *ἐπιμεριζόμενα* quae naturaliter semper pluralia sunt . . . ut singuli, bini . . . terni vel trini *eqs.* . . . auctores tamen non proprie etiam singulari numero ea protulisse inveniuntur (*laudantur Verg. Aen. 10, 207 Lucan. 8, 444*).

dispesco, (-uī), -ere [*cf. c.* compescere (*q. v.*), parcere, parcus. *Th.*]. *perfecti forma a* Prisc. gramm. II 509, 8. 511, 16 *laudata nunc caret exemplis*. Pavl. Fest. p. 72 -ere est proprie pecus a pastione deducere, ut compescere una pascere et in uno loco continere. Gloss. -it *διαχωρίζει*. secernit. *legitur primum apud* Varronem, *deinde deest usque ad* Plin. nat. [Apvl. met. 4, 26 *v. p. 1394, 31*.]

i. q. dividere, separare, seiungere, dirimere: **1** ***proprie***: Varro frg. Serv. auct. georg. 4, 265 canales. Plin. nat. 2, 173 *oceanus* Africam, Europam, Asiam -it. 5, 53 Africam ab Aethiopia -ens *Nilus*. Apvl. flor. 15 p. 49 nec *Samos* ab ea (*Mileto*) multo pelagi -itur. Socr. 4 p. 127 cum . . . habitacula summa ab infimis tanta intercapedo fastigii -at ('. . . intercapedine . . . -ant' pro 'distent' Prisc. gramm. II 509, 11). Sol. 7, 15 *Peloponnesus* divortium facit inter Ionium et Aegaeum mare quattuor non amplius milibus -ens. 38, 13 *Taurus* a Ciliciae finibus Asiaticum limitem -it. Itin. Alex. 18 quidquid utrique possidendum limes Euphratis -ret. Avien. orb. terr. 1295 innumeras idem -it flumine gentes. Macr. sat. 3, 15, 7 fretum quod Rhegium a Messana -it. Mart. Cap. 6, 603 terra duas sibi partes . . . -it. 6, 622 Europam, Asiam Africamque, quarum primam atque ultimam interruptio -it Oceani. 6, 624. 686. Siseb. carm. poet. min. V 59, 23 limes -it turbida

[Gudeman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

puris. *nota impersonaliter i. q. distare* (*cf. p. 1414, 76*): PAVL. NOL. carm. 21,539 tantum -unt via divitis et via Christi. **2** *translate*: IVL. VAL. 2, 33 nihil interest quod -at regiam ... aut plebeculae dignitatem.

dispetit: NOT. Tir. 23, 104. *cf.* depeto.

dispex, -icis *adi.*: GLOSS. ὀξυβλέπτης. *a* dispicere.

dispicātus *v.* despicatus.

✱**dispicio,** -xī, -ctum, -ere [*a* dis- *et* specere. *Th.*]. PRISC. gramm. II 435, 6 nunc in usu simplex non est quomodo ... spicio *etc.* ... ex quibus composita sunt multa ut ... -o. CAESELL. Cassiod. gramm. VII 205, 18 *sqq.* -o verbum compositum quaeritur utrum per duos 's' an per unum scribi debeat ... per duo autem 's' scribendum est ... quoniam ex praepositione et verbo constat esse compositum. PAPIR. Cassiod. gramm. VII 163, 11 'dis' praepositio 's' sequente litteram 's' non amittit, ut -o. *saepe in libris confunditur cum* despicere (*qua sub voce addas ad p. 748, 7 sqq.* ANTH. 390, 15 despectis piscibus [*Meyer*, disp- *codd.; opp.* delicias freti]). SERV. Aen. 1, 224 notandum sane quia, si -ens dixerimus, diligenter inquirens significamus. GLOSS. θεωρῶ. διαθεωρῶ. -ere διαβλέψασθαι. -am providebo (*explicatur* desp-, *scribitur* disp-: GLOSS. II 51, 49. 52, 36. IV 3, 17. 54, 44). *legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem, sed nusquam frequenter nisi apud* CIC. SEN. phil. PLIN. epist. (*locis decenis septenis*) TERT. (*24ies*). *deest ex. gr.*: TIB. PROP. HOR. SEN. rhet. VELL. CVRT. STAT.

I ***proprie:*** **A** *intransitive:* **1** *de iis qui caeci vel in caligine versantes primum lucem vident:* CIC. fin. 2, 97 ut primum -xit (*de Epaminonda vulnerato animum iam recipiente*). 4, 64 catuli, qui iam -uri sunt, caeci aeque et ii, qui modo nati. 4, 65 catuli aeque caeci, priusquam -erunt. SVET. Nero 19, 1 tanta oborta caligo est, ut -ere non posset. *per imaginem:* CIC. ac. 2, 61 ne scintillam quidem ullam nobis ad -endum reliquerunt. Tusc. 1, 45 qui ... acie mentis -ere cupiebant. **2** *i. q. in diversas partes aspectum convertere:* VITR. 9, 4, 5 earumque (*sc. Vrsarum*) capita inter se -entia (*de sideribus contrarie positis*).

B *transitive; plerumque e longinquo vel de alto aliquid discernere, perspicere, videre:* CATVLL. 66, 1 qui -xit lumina mundi. LVCR. 2, 742 caecigeni, solis qui lumina numquam -xere. 3, 26 nec tellus obstat quin omnia -antur. 3, 564 nequit ullam -ere ipse oculus rem. 4, 418 nubila -ere et caelum ut videare videre. CAES. Gall. 6, 39, 4 -cta (*Paul,* desp- *codd.*) paucitate. 7, 36, 2 collibus occupatis qua -i (*Paul,* desp- *codd.*) poterat. VERG. Aen. 6, 734 auras -unt (*codd. dett.,* despiciunt *omnes melioris notae,* respiciunt *Serv. Don.*). OV. fast. 4, 569 modo ... Arabas, modo -it Indos. SEN. contr. 7, 1 (16), 1 tanta tempestate confusus (*sc. archipirata*) neque aestimare quidquam neque -ere potui. SEN. nat. 1, 3, 6 intervalla. 1, 14, 3 partes *motus.* TAC. Agr. 10 -cta est et Thule. PLIN. epist. 5, 6, 23 (*in re personata*) -it pratum *villa.* 9, 7, 4 ex illa *villa* possis -ere piscantes. AMM. 14, 4, 1 *milvi* si praedam -erint. BOETH. herm. pr. 1, 7 p. 86, 14. *per imaginem:* CIC. Sest. 118 populi Romani ... libertatem iam ex diuturna servitute -entis. p. red. in sen. 5 lucem in republica. Sull. 40 ut tot res ... in illa turbulentissima tempestate rei publicae mea sponte -erim. LIV. 44, 6, 17 nihil cum -isset caecata mens. SEN. benef. 5, 4, 4 quibus ad -endam veritatem non erat obfusa caligo. *nota i. q. circumspicere, diligenter quaerere:* CIC. Att. 5, 21, 9 Phemio -am χέρας. TERT. virg. vel. 3 (*per imaginem*) nec inter consuetudines -ere voluerunt illi sanctissimi antecessores.

II ***translate:*** **A** *i. q. mente perspicere, discernere, dinoscere, cogitare sim.:* **1** *aliquid, aliquem:* TER. Andr. 622 iam aliquid -am (*cf.* SCHOL. Ter. diligenter inspiciam aliquod consilium. CIC. Att. 2, 20, 5 si -ere quid coepero. 11, 16, 3). div. 2, 81 si imbecilli animi ... verum -ere non possint. 2, 108 si quis semel aliquid in divinatione -erit. RVT. LVP. 2, 8 voluntatem. LIV. 40, 10, 1 discerne, -e insidiatorem et petitum insidiis. VAL. MAX. 4, 1 ext. 2 vindictae modum. 9, 8 pr. pericula. SEN. clem. 2, 6, 1 tristitia inhabilis est ad -endas res (epist. 107, 1). epist. 17, 2 partes ... nondum satis subtiliter -is. 94, 5. COLVM. 1 praef. 25 rationem (3, 3, 12). 9, 13, 1 morborum ... facilius ... causae -untur. QVINT. inst. 2, 8, 6 proprietates ingeniorum. decl. 261 p. 70, 8. PS. QVINT. decl. 3, 9 plura. TRAIAN. Plin. epist. 10, 55 remedium. TERT. adv. Marc. 2, 6 p. 342 nat. 2, 12. pudic. 10 semel -cta vel recepta necessitate. FIRM. err. 22, 4 vanitate. AMM. 14, 9, 1 certamina. 26, 3, 2 causas. **2** *seq. enuntiat. interrogat.:* CIC. fin. 5, 41 cum -ere coepimus et sentire, quid simus. ad Q. fr. 1, 3, 5 quod sperem, non -o. 2, 2, 3 quid velit. SEN. benef. 2, 14, 1. 2, 18, 1 dial. 5, 25, 2 COLVM. 4, 27, 4 QVINT. decl. 252 p. 32, 2. 322 p. 266, 15 TERT. adv. Marc. 5, 5 p. 584 AMM. 29, 1, 8. **3** *seq. infin.:* AMM. 15, 2, 9 nec defuere quae -res secundis avibus contigisse. **4** *absolute:* AVG. conf. 4, 16, 30 -endi acumen.

B *i. q. animo perpendere, examinare, investigare, excutere:* **1** *absolute:* PLAVT. Persa 268 virtus [est], ubi occasio admonet, -ere. quid faciet mihi? LVCR. 6, 648 latest alteque videndum et longe cunctas in partes -endum. AMM. 15, 5, 12 statuit imperator -entibus consistorianis ... in negotium praeterinquiri. **2** *aliquid:* CIC. Att. 6, 8, 5 res Romanas. VAL. MAX. 3, 3 ext. 2 rerum natura. SEN. epist. 59, 9 quod saepe mecum -o. COLVM. 4, 24, 19 QVINT. inst. 10, 7, 20. decl. 283 p. 148, 8 vita (PRVD. cath. 2, 58). 300 p. 183, 3 causis. TAC. ann. 13, 27 merita. VLP. dig. 13, 7, 25 TERT. adv. Marc. 1, 6 p. 297. 2, 15 p. 355. 2, 17 p. 358. 3, 6 p. 385. 4, 19 p. 483. LACT. opif. 1, 16 rationem corporis nostri -ere et contemplari. BOETH. in top. Cic. 4 p. 350, 32. **3** de *aliqua re:* GAIVS dig. 1, 6, 1 de his, quae in aliena potestate sunt. 41, 1, 10, 1 diligentius -amus (inst. 2, 86). inst. 1, 12. 3, 55 *persaepe.* VLP. dig. 14, 1, 1 TERT. resurr. 14 scorp. 10 INST. Iust. 3, 13, 2. **4** *seq. enuntiat. interrogat.:* SEN. epist. 13, 8 -e, an certa argumenta sint venturi mali. 21, 1. 26, 3. 95, 54. 110, 11 dial. 5, 25, 2 QVINT. inst. 7, 1, 9 decl. 266 p. 86, 3 PLIN. epist. 1, 5, 10. 1, 18, 5. 7, 33, 5. 10, 17, 5. 33, 3. 39, 6. 49, 2. 54, 2. 59. 75, 2 *al.* HADR. Paul. dig. 5, 3, 22 GAIVS dig. 40, 12, 9, 2 inst. 4, 114 PAVL. dig. 8, 3, 38. 33, 2, 16 VLP. dig. 48, 5, 28 (27), 1 MOD. dig. 33, 2, 16 VERVS Fronto p. 132, 12 N. TER. MAVR. 690 TERT. nat. 1, 7 p. 68, 19 anim. 13. 14 apol. 1. 15 adv. Marc. 4, 10 p. 448. 5, 1 p. 568 *al.* TER. MAVR. 1012 PHOEBAD. c. Arrian. 7. **5** *seq.* ne: SEN. dial. 12, 18, 4 PLIN. epist. 2, 10, 5.

? adv. a part. perf. deductum **dispectē:** GLOSS. IV 4, 49 abusive -e (V 541, 2). *fort. conferri potest usus verbi supra p. 1415, 52 significatus, nisi praestat legere* desp-. *Gudeman.*

dispico, dispiculo *v.* despic-.

dispīlo, -ātum, (-āre). *cf. c.* com- ex- suppilare. GLOSS. σπαράσσω. συλῶ. -atum dispersum seu dispectum (disiectum *coni. Bücheler*). *fort.* NOT. Tir. 78, 63, *cf. Heraeus, Archiv 12 (1902) 41 sq. D.*

displacidus, (-a, -um) *adi. a* dis- *et* placidus. GLOSS. -us morosus.

displāno, -āre [*a* dis- *et* planus. *Th.*]. *f. i. q. diffringere:* VARRO Men. 291 rutro caput -at. *Gudeman.*

displicentia, -ae *f.* [*a* displicens, displicere. *Th.*]. **1** *spectat ad animi habitum, i. q. taedium earum rerum, quae displicent:* SEN. dial. 9, 2, 10 hinc illud est taedium et -a sui. NON. p. 39 vituperare dictum est vitio dare, tamquam culpae vel -ae. **2** *spectat ad corporis habitum:* CAEL. AVR. chron. 3, 6, 86 si ... temporalis acciderit corporis -a, quam Graeci δυσαρέστησιν vocant. 5, 10, 95 sequitur etiam -a post acceptum cibum, quam Graeci δυσαρέστησιν vocant.

✱**displiceo,** -uī (-itus sum *p. 1417, 74*), -itum, -ēre [*a* dis- *et* placere. *Th.*]. GLOSS. ἀπαρέσκω. FEST. p. 64 *v. s. v.* fraceo. *legitur inde a* PLAVTO, *deest ex. gr.* LVCR. CAES. *ciusque asseclis,* SALL. MANIL. VELL. PHAEDRO MELAE LVCANO PERS. VAL. FL. STAT. (*praeter* silv. 2 praef. *p. 1419, 21*). -urum, -a (esse): PS. APVL. Ascl. 8 HIER. adv. Rufin. 1, 8.

I ***generatim:*** **A** -ent ***animantes*** (*bestiae l. 52. p. 1417, 9*): **1** *acced. dativ. personae* (apud *aliquem: infra l. 81, dativ. rei: infra l. 49. 77*): PLAVT. Men. 670 si tibi (*mulieri*) -o, patiundum est: at placuero huic Erotio (*item sensu amatorio:* TIB. 3, 19, 6 tu mihi sola places, ... -eas aliis. PROP. 4, 5, 49 nec tibi [*sc. puellae*] -eat miles non factus amori *eqs.* MART. 1, 23, 4 mirabar, quare numquam me ... vocasses [*sc. ad balnea*]: iam scio me nudum -uisse tibi. DRAC. Romul. 10, 292. *cf. l. 84 et p. 1418, 26*). CIC. S. Rosc. 41 quae tanta vitia fuerint in ... filio, quare is patri -ret (SEN. contr. exc. 3, 3 LAMPR. Heliog. 13, 2. *cf.* CIC. Cael. 5 si non modo parenti ... verum etiam municipio -ret. SEN. contr. 9, 6, 6 patri ... placet, ... matri ... -et *filia.* 1, 6, 10 non aliam *nurum* sibi magis placere, sed illam -ere). Verr. 2, 37. Brut. 206 mihi placebat Pomponius ... maxime, vel dicam minime -bat. VERG. georg. 3, 56 nec mihi -eat *bos* maculis insignis et albo (SERV. id est valde placeat). OV. met. 8, 493 mortis mihi (*Althacae*) -et auctor. trist. 2, 140 nulla ... gravior ... poena est, quam tanto ... -uisse viro (*sc. Augusto. cf. Augusti iocum* QVINT. inst. 6, 3, 64 [MACR. sat. 2, 4, 6]). LIV. 2, 36, 2 visus Iuppiter dicere sibi ludis praesultatorem -uisse (non placuisse CIC. div. 1, 55). 40, 46, 4 (*Metellus ad censores*) nec tantum rei publicae prosit, quod omnibus nobis egregie placetis, quam quod alter alteri -etis, noceat. SEN. contr. 2, 1, 21 diviti *pauper* propius inspectus (PORPH. Hor. epist. 1, 17, 49 diviti importunus eris et -bis [*W. Meyer*, docebis *trad.*]). contr. exc. 3, 9 *servum* domino. SEN. dial. 7, 24, 4 mihi iam ... contingit malis -ere (rem. fort. 7, 1 PS. SEN. mon. 18). IVV. 2, 26 si fur -eat Verri, homicida Miloni. VLP. dig. 21, 1, 31, 24 quod *mancipium* ei (*sc. emptori*) magis -uerat (*cf. p. 1417, 10*). TERT. nat. 1, 16 numquid, ait *tragoedus,* ... ⟨-ui⟩ vobis? adv. Marc. 4, 27 p. 515, 12 hi si et Christo -bant, ut sui -bant (*sic vel deo, domino:* HIER. epist. 39, 7, 3 matrem meo domino -entem. 60, 17, 2 AVG. conf. 10, 39, 64 sibi placentes multum tibi -ent. civ. 5, 20. 15, 7 *Cain, cf. l. 71 et p. 1417, 18.* civ. 16, 5 *civitas Babylonica.* virg. 34, 34 magis hominibus ... quam deo. NICET. psalm. 13 [in *aliqua re:* AVG. civ. 15, 7 p. 68, 18 *et* p. 69, 16 D. *Cain.* 20, 25]). FIRM. math. 8, 29, 3 omnibus (SCHOL. Cic. Bob. p. 151, 13 St. iuste omnibus). AVR. VICT. vir. ill. 82, 3 bonis omnibus. OPTAT. 2, 12 p. 47, 18. 3, 9 p. 94, 7. 8. 5, 5 p. 131, 25 res, non persona. SPART. Sept. Sev. 12, 8 infamibus -uisse *Commodum.* HIER. epist. 49, 13, 3 rhetores vobis. 50, 5, 3 nullus ... qui non eius eloquentiae -ret. VVLG. exod. 21, 8 *ancilla* oculis domini (*cf. p. 1418, 28*). AVG. civ. 4, 26 merito -uit *Ciceroni Homerus.* 5, 19 bene iudicantibus non -ere. conf. 10, 39, 64 qui placent sibi ... quamvis aliis vel non placeant vel -eant. SVLP. SEV. chron. 2, 50, 2 mihi tam reos quam accusatores -ere. MART. CAP. 5, 437 ne nunc quidem apud vos, maximi caelites, -bo. quippe sum ipsa Rhetorica, quam alii autem ... dixere, alii disciplinam.

2 *absolute* (*dat. personae passim subintelleg.*): SEN. Herc. O. 304 (*verba Deianirae*) iam -emus: capta (*sc. Iole*) praelata est mihi (*cf.*

[Nelz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 1416, 41sqq.). benef. 4, 34, 1 multa...intervenient, propter quae et malus pro bono subrepat et bonus pro malo -eat. Ps. Sen. mon. 141 quomodo (*Bonnet*, quam *codd.*) -entes amicos habere desinemus? Mart. 2, 91, 7 si -ui ... si placui (*sc. Caesari legenti mea carmina. item* epigr. 32, 1). Tac. hist. 2, 10 nec poena criminis, sed ultor -bat. 4, 58 sane ego -eam: sunt alii legati *eqs.* Plin. paneg. 46, 3 auctorem -uisse, non factum. Svet. Cal. 20 qui maxime -uissent *in certamine facundiae.* Galba 16, 2 imperatorem in Hispania factum. Vlp. dig. 19, 5, 20 pr. si *equi venales* in triduo -uissent, redderes (19, 5, 20, 1 *mulae*). Frg. Vat. 14 mancipium (*cf. p. 1416, 64*). Apvl. Socr. praef. p. 104 neque ... metuo, ne in frivolis -eam, qui in gravioribus placui (Hier. epist. 60, 11, 2 ut in recitando *opusculo* vel placere vel -ere videretur. Avg. conf. 4, 12, 18 ne in his, quae tibi placent, tu -eas). Tert. nat. 1, 4 qui possident *veritatem*, magis -ent (*sc. quam qui affectant*). adv. Marc. 5, 7 p. 593, 1 secundum legem creatoris -uisse illum, qui *eqs.* Capitol. Opil. 4, 8 quod vel ob parricidium vel incestum -ret (*Caracallus*). Hil. myst. p. 7, 20 invidet ... placito (*sc. fratri*) -ens (*sc. Cain, cf. p. 1416, 69. item, sc. deo*: Avg. in euang. Ioh. 102, 5 -entes amati sumus, ut esset in nobis, unde placeremus). Avson. 267, 4 fama tibi melior iuveni, sed iustior ordo est complacuisse dehinc, -uisse prius. Sidon. epist. 1, 9, 8 si placeo, ... si -o (*cf. l. 4*). Arator ad Vigil. 16 unius (*sc. Christi*) officio -uere novem (*sc. musae*). *accedit abl. instrumenti*: Amm. 26, 1, 4 qui cum potiorum auctoritate -uisset ut asper et subagrestis, translata est suffragatio ... in *alium*. Avg. in psalm. 38, 18 fortitudine quadam -uit homo (*sc. deo*), ut erudiretur infirmitate; quia superbiā quadam -uit, ut erudiretur humilitate.

in sermone ecclesiastico de deo, Christo, antichristo: acced. dativ. personae: Comm. apol. 937 -et (*sc. antichristus*) ... Iudaeis et ipsis. Hier. epist. 45, 4, 2 solacium non placendi eis, quibus -et Christus. Vvlg. Iob 34, 33 deus ... qui -uit tibi. Avg. in psalm. 63, 18 si ... blasphemas et -et tibi deus et tu tibi places, perverso corde ... es. agon. 11, 12 *Christus* -et avaris, quia non aureum corpus habuit; -et impudicis, quia de femina natus est, ...; -et superbis, quod contumelias...pertulit, *eqs.* *absolute*: Tert. adv. Marc. 3, 4 p. 380, 13 dedignatus ... est imitari ordinem dei nostri, ut -entis (-entem *susp. Kroymann*), ut cum maxime revincendi.

B -ent *res*: **1** *subi. substantiva* (*infin. infra l. 53*):

a *acced. dativ. personae* (coram *aliquo: l. 84, dat. rei: l. 63. 77 p. 1418, 30*, in *aliqua re: p. 1418, 12, nota* ab *aliqua re: l. 76*):

α res incorporales: Cic. inv. 1, 53 illam ... rem, quae sibi -eat (Cael. Cic. epist. 8, 6, 2 si res tibi non -bit. Liv. 1, 23, 10 Apvl. met. 7, 11 Vlp. dig. 20, 6, 3 Optat. 5, 5 p. 131, 25 *v. p. 1416, 74*). inv. 1, 72 vitium, quod illis -et (Capitol. Aur. 15, 3). leg. agr. 1, 18 nomen rei publicae *v. p. 1418, 23*. dom. 54 vim tibi maxime -ere (91). Sest. 133 acta mea sibi ait -ere (Liv. 3, 49, 7 parti patrum -ere acta decemvirorum. 33, 39, 4). Vatin. 5 defensio (6. Cvrt. 7, 13, 7 malo tibi defensionem ... -ere quam causam. Schol. Cic. Bob. p. 144, 11 St.). Pis. 17 crudelitas (Nep. Dion 1, 3). Rab. Post. 1 neque ... cuiquam eius consilium vehementius quam ipsi -ere (Att. 9, 9, 1 *opp.* delectat. 16, 9 epist. 2, 3, 1 Nep. Them. 3, 1). Phil. 5, 40 ei dominatum regium maxime -ere. Att. 4, 17, 3 enuntiationem ... Memmi valde Caesari -ere. 13, 21, 3 'inhibere' illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer -et. epist. 3, 11, 5 genus querelae. Nep. Dion 10, 1 tale facinus. Ov. fast. 5, 657 -et heredi mandati cura sepulcri. Liv. 22, 50, 6 sententia (37, 15, 5 Avson. 305, 16 Avg. civ. 10, 30. 20, 24 Iovi. Cod. Iust. 2, 55, 5 pr. *cf. p. 1418, 48*). Sen. contr. 7, 1, 24 color (7, 2, 12). 7, 6, 21 verbum hoc ... quasi apud antiquos non usurpatum (Vvlg. Sirach 21, 18 verbum sapiens ... audivit luxuriosus et -bit [ἀπήρεσεν] illi et proiciet illud post dorsum suum). suas. 6, 27 hunc versum (*cf. p. 1418, 43*). Cels. 3, 21 hanc curandi viam. Sen. epist. 97, 11 nec ante illi culpa quam culpae fortuna -uit. Colvm. 1 praef. 14 luxuriae et deliciis nostris pristinum morem virilemque vitam -uisse. Petron. 117, 1 genus divinationis sibi non -ere. Qvint. inst. 4, 1, 70 nisi cui divina illa pro Ligario iropia ... -et. 6, 3, 2 non -uisse illi iocos, sed non contigisse. Tac. ann. 2, 82 -ere regnantibus civilia filiorum ingenia. 16, 28 pacem illi ... an victorias ... -ere? (Paneg. 9 [12], 7, 2 cui ... paene -uit ipsa victoria). Plin. epist. 6, 5, 3 haec eius oratio. Fronto p. 51, 9 N. fabula histrionibus celebrata. Vlp. dig. 12, 2, 34, 7 cum non deberet -ere condicio iurisiurandi ei, qui detulit. Pavl. dig. 4, 4, 38 pr. lex commissoria (Avson. 89, 2 lex. Schol. Cic. Bob. p. 133, 28 St. *cf.* Cod. Iust. 6, 51, 1, 1). dig. 17, 2, 65, 4 emptio. Gell. 1, 21, 4 cum Favorino Hygini commentarium legissem atque ei statim -ita esset insolentia et insuavitas illius. Apvl. met. 10, 14 societas ista. Tert. fug. 4 statu optima res pudicitia et veritas et iustitia, quae a multorum sensu -ent; ... ita et persecutio statu bona est, ... sensui eorum vero, quorum malo venit, -et. ieiun. 5 xerophagiae panis (*Vrs.*, panes *B, recte?*) angelici. 19 macies non -et nobis. adv. Marc. 4, 15 p. 468, 11 nec gratiae pseudoprophetarum -uissent nisi deo prophetarum (*saepe deo, domino, Christo, velut* Optat. 1, 21 p. 24, 6 deus, cui -et schisma [4, 3 p. 105, 11]. Vvlg. eccles. 5, 3 *al. cf.* Avg. civ. 3, 5 diis. 3, 6 illis numinibus [4, 26]. Clavd. *p. 1418, 14. nota* Vvlg. II reg. 11, 27 -uit verbum hoc ... coram domino). adv. Marc. 5, 1 p. 570, 7 haec figurarum sacramenta. 5, 17 p. 634, 3 cui -et caecitas populi. Capitol. Pert. 13, 1 imperium et omnia imperialia sic horruit, ut sibi semper ostenderet -ere. Vopisc. Aurelian. 44, 2 nimia ferocitas. quatt. tyr. 7, 5 praesentia ... tempora (Optat. 3, 10 p. 96, 9. *cf.* Avson. 362, 10 cunctis sua -et aetas). Firm. math. 5, 1, 2 liberalitatis ... constantia. Ivst. 22, 4, 3 status praesentis fortunae. Evtr. 2, 23 cum continuae calamitates Romanis -rent. 3, 22, 2 Carthaginiensibus condiciones. Optat. 2, 14 p. 49, 8 unitas. Schol. Cic. Bob. p. 151, 31 St. repulsa. Hier. epist. 38, 4, 4 *antichristo* praecepta -ent Christi. 45, 5, 2 nobis ... tua vita (Avg. civ. 1, 9 bonis malorum vita). 61, 3, 3 *illorum* iudicium. 64, 8, 1 nostra ... consortia. adv. Rufin. 1, 8 *testimonia*. Vvlg. I reg. 8, 6 -uit sermo in oculis Samuelis (18, 8). Ezech. 36, 31 vobis iniquitates vestrae et scelera vestra (Avg. in psalm. 44, 18 -eat in te ipso tibi iniquitas tua). Clavd. 9, 11 carmina nec superis nec -uere Tonanti. Avg. civ. 2, 20 haec felicitas. 6, 1 *philosophis* istae opiniones erroresque (8, 21 poetica Platoni -ere figmenta). 6, 9 *Bacchanalia* senatui. 11, 4 *deum* alienum ab ea, quae illis quoque -et, mutabilitate (*i. quam divinae naturae esse ne illis quidem placet*). 12, 4 *syn.* vituperare. Svlp. Sev. chron. 2, 44, 4 si, quae *fides* orientalibus placuisset, occidentalibus -uisset. Mart. pr. ne ... sermo incultior legentibus -ret. Inst. Iust. 2, 23, 7 stipulationes ... ipsi antiquitati. *β res corporales:* ? Varro Men. 305 si -bit tam tibi latum mare (*sens. dub.*). Cic. leg. agr. 1, 18 sibi nomen huius rei publicae, sedem urbis atque imperii, denique hoc templum ... atque hanc arcem -ere. epist. 6, 19, 1 locus (*cf. infra l. 60*). Tib. 1, 8, 75 *amatori* ianua dura (*syn.* odit, *cf. infra l. 60*). Ov. epist. 13, 46 illi vellem faciem -uisse tuam (*cf. p. 1416, 41sqq. 1416, 84*). Ivv. 6, 495 si tibi -uit nasus tuus. 14, 65 ne ... foeda ... atria -eant oculis (*cf. p. 1416, 77*) ... amici. Vlp. dig. 19, 5, 20, 2 argentum *empturo*. Tert. adv. Marc. 1, 14 p. 309, 6 mundus. ieiun. 5 panes (*? v. p. 1417, 78*). Pallad. 1, 35, 15 ut sibi (*sc. nubi*) obiecta (*sc. imago nubis*) -eat. Hier. epist. 27, 1, 3 quibus si -et fontis unda ..., caenosos rivulos bibant. Vvlg. num. 14, 31 terra.

b *absolute* (*dat. person. saepe subintelleg.*): *α res incorporales*: Ter. Haut. 972 vita. Cic. inv. 2, 134 *lex.* Sest. 92 iudicia (Pavl. dig. 10, 1, 4, 10. *cf.* Sol. 53, 16 iudicatum). de orat. 2, 339 res (Vlp. dig. 18, 1, 3. Pavl. dig. 18, 5, 6 intra certum tempus [*cf. infra l. 52*]). de orat. 3, 44 vox Romani generis urbisque propria, in qua nihil offendi, nihil -ere, nihil animadverti possit, nihil sonare aut olere peregrinum (Tert. anim. 33 -et vox *pavi*). fin. 4, 19 an vero -uit ea ... praestantia? an quae ... dicuntur? Liv. 3, 31, 7 plebeiae leges. 6, 40, 9 rogationes ... nostras, seu placent seu -ent, seu utiles seu inutiles sunt. Val. Max. 3, 7, 6 propositum (*opp.* factum si cui placet). Sen. epist. 107, 10 si placuerint ... si -uerint *versus* (*cf. p. 1417, 61*). Plin. nat. 35, 103 -bat ... ars ipsa (*sc. artifici*). Sil. 1, 510 ni -et aemula virtus (*sc. tibi, Alcide*). Qvint. inst. 12, 9, 6 neminem peius agere (*sc. causam*), quam qui -ente causa placet. Tac. hist. 2, 10 poena *v. p. 1417, 5.* ann. 3, 37 neque luxus in iuvene adeo -bat. Germ. 11 sententia, *opp.* placuit (Apvl. met. 7, 9 Papin. dig. 35, 1, 72 pr. *cf. p. 1417, 56*). Plin. paneg. 46, 3 factum *v. p. 1417, 7.* Flor. epit. 4, 7, 3 -uit ultio, cum caedes improbaretur. Papir. dig. 18, 1, 71 si aut pretium aut mensura -eat. Pavl. dig. 41, 4, 2, 5 si *emptio* -uerit intra certum diem (*cf. supra l. 36*). Apvl. apol. 37 carmina senis. Spart. Did. 6, 8 id consilium. Evtr. 2, 13, 1 pax. Hil. ad Const. 2, 7 omnis emendatio. Hier. epist. 21, 40, 4 haec ... interpretatio. 47, 2, 2 consortia. 57, 3, 1 lucrum placet ... voluntas -et. Rvfin. apol. adv. Hier. 2, 32 Origenis dicta sive placent ... sive -ent (*syn.* contemnuntur). Phoebad. c. Arrian. 8 nec vocabulum, sed vis vocabuli -et. *β res corporales*: Cic. de orat. 2, 262 'turmales' (*sc. statuas*) dixit *Scipio* '-ere'. Hor. carm. 1, 38, 2 -ent nexae philyra coronae (*syn.* odi, *cf. supra l. 26*). epist. 1, 19, 47 iste locus (*cf. supra l. 25*). Ov. trist. 1, 1, 50 (*poeta ad librum*) securus famae, liber, ire memento, nec tibi sit lecto -uisse pudor (Sidon. carm. 3, 10 i, liber, ... hoc censore etiam -uisse placet). Sen. dial. 4, 26, 2 vestimenta, quae quia -bant, scidimus. Colvm. 2, 2, 20 ea parte agri, quae maxime -bit (Pallad. 1, 5, 3). Mart. 5, 40, 2 opus ... tuum (*artificis*). Ivv. 13, 215 Albani veteris pretiosa senectus (*i. vinum Albanum vetus*). Tac. ann. 14, 1 cur ... differri nuptias suas? formam scilicet -ere *eqs.* (*cf. supra l. 26*). Vlp. dig. 43, 24, 11, 13 si ita praedium venierit, ut si -uisset, inemptum esset. Lampr. Heliog. 29, 7 ius (*i. cibus*). Hil. myst. p. 7, 3 hostia (Drac. laud. dei 3, 114). Avson. 411, 1 oleum, quod *muneri* miseras. Hier. epist. 38, 3, 2 cibi ... viliores. Avg. civ. 3, 14 -uerat (*sc. numinibus*) ... Alba, ... Roma placuerat. Favst. Rei. grat. 1, 2 p. 14, 7 si aliquis ... inquinamento candorem ... vestis aspergat, non -et (-it *cod.*) factura, sed macula.

2 *subi. adiectiva et pronomina neutr. gen. (subintelleg. p. 1419, 8) vel enuntiata*:

a *acced. dativ. personae* (apud *alqm.: p. 1419, 43, dat. rei: p. 1419, 35*): Plavt. Mil. 614 quodne vobis placeat, -eat mihi? (Lvcil. 629 quod tibi magno opere cordi est, mihi vehementer -et. Porph. Hor. epist. 1, 14, 20). Cic. Verr. 5, 31 ut id Hieroni et Tlepolemo -ret (p. red. in sen. 13 id sibi ... vehementissime. Liv. 32, 20, 6 *opp.* pro bono atque utili fore defendendum). de orat. 2, 77 aliquid afferunt, quod mihi non -eat. leg. 2, 36 quid ... mihi -eat in nocturnis *sacris* (Hil. c. Const. 23. Hier. epist. 37, 4, 1 cum mihi in illis *commenta-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

riis multo -eant plura, quam placeant. PAVL. NOL. epist. 39,3 quicquid in agro tuo tibi -eat aut placeat, idem in anima tua placere Christo aut -ere. AVG. civ. 9, 1 in operibus vel affectibus pravis. agon. 11,12 non in homine ... sibi hoc -ere, sed in filio dei). fin. 1, 1 quibusdam ... totum hoc -et, philosophari. ac. 2, 133 hoc Antiocho vehementissime -et (*opp.* placet Stoicis). 2, 136 illa ... ferre non possum, non quo mihi -eant, sed *eqs.* Att. 8, 1, 4 mihi, quae adhuc acta sint, -ere. 12, 7, 1 tibi ... intellexeram non nimis -ere (*sc. illud*). epist. 1, 5ª, 3. CATVLL. 54,4 †si non omnia (*sc. quae anteced., sensu qui est p. 1418, 26 sq.*) -ere vellem tibi et Fuficio (SEN. suas. 6, 19 omnia illi -uisse praeter mortem. QVINT. inst. 10, 1, 26 omnia *tantorum virorum* legentibus placere quam multa -ere maluerim. GALLICAN. Avid. 1, 8 AVSON. 318, 4). LIV. 39, 36, 3 ea, quae apud senatum questi erant Lacedaemonii, -ere senatui. SEN. benef. 3, 1, 1 hoc omnibus haeret, quod omnibus -et (*sc. esse ingratum*). nat. 5, 10, 2 dicam primum, quid illis placeat, deinde cur -eat mihi. epist. 71, 26 nihil *sapienti viro* eorum, quae ferenda sunt, -et. 115, 18 ob ipsa, quae aliis -ent, sibi placens. PAPYR. Berol. 611 (*saec. I p. Chr.*) III 12 haec ... si vobis placen⟨t⟩ ... ⟨sin⟩ -ent. CVRT. 3, 8, 3 minus hoc regi quam purpuratis eius -bat. COLVM. 4, 13, 1 quod nec mihi -et (*syn.* nonnullis aliis ... visum est). STAT. silv. 2 praef. 35 haec qualiacumque sunt ... si tibi non -uerint. QVINT. inst. 10, 7, 32 illud, quod Laenas praecipit, -et mihi. 11, 1, 57 mihi illud Cassi Severi non mediocriter -et. IVV. 13, 2 exemplo quodcumque malo committitur, ipsi -et auctori. TAC. hist. 3, 84 cum omnia metuenti praesentia maxime -rent. PLIN. epist. 3, 13, 5 magis credam cetera tibi placere, si quaedam -uisse cognovero (AVG. civ. 11, 22). 8, 14, 14 quia parvolum referret, an idem -ret, quibus non idem placuisset. paneg. 76,4 nulla magis omnibus -ent, quam quae sic fiunt, tamquam omnibus placeant. SVET. Iul. 19,2 ne quid ageretur in re publica, quod -uisset ulli e tribus (*sc. triumviris*). CELS. dig. 16, 3, 32 quod Nerva diceret latiorem culpam dolum esse, Proculo -bat, mihi verissimum videtur. SCAEV. dig. 40, 5, 41, 4 non spectandum, quod heredibus -ret, sed id, quod viro bono posset placere. APVL. Plat. 2, 23 nec agere ea, quae *deorum* maiestati -eant (PS. APVL. Ascl. 8 deo -urum esse, quod placuit. *ita saepe apud* ECCL., *velut* TERT. spect. 24 quicquid dei non est vel deo -et. HIER. epist. 46, 11, 2 domino. 58, 7, 2 plus placent mundo, quae Christo -ent. VVLG. I par. 21,7 deo. prov. 24, 18 *al.*). TERT. adv. Marc. 5, 19 p. 643, 24 haec ... Marcioni -ere oportebant. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 63 LAMPR. Alex. 27, 2. 53, 5 IVST. 2, 7, 5. 5, 9, 2 PALLAD. 3, 16, 1. HIL. c. Const. 23 imperitis aedificatoribus, quibus sua semper -ent. AMM. 22, 3, 10 SCHOL. Cic. Bob. p. 88, 17 St. MAXIMIN. c. Ambr. 110. HIER. epist. 57, 11, 4 quae apud *Latinos* placent, si vertantur iuxta ordinem, apud *Graecos* -bunt. *al. passim.*

b *absolute* (*dat. personae passim subintelleg.*): CIC. fin. 4, 19 *v. p. 1418, 40.* MAT. Cic. epist. 11, 28, 5 non ..., quod -eat, committam. OV. met. 9, 527 quidquid factura videtur, -et (LIV. 5, 3, 7 quidquid patres faciunt, -et). LIV. 9, 4, 5 si quid eorum (*sc. quae pro condicionibus pacis proposita erant*) -eat. SEN. epist. 80, 9 mangones, quicquid est quod -eat, aliquo lenocinio abscondunt. TAC. dial. 34 quid in quoque vel probaretur vel -ret. FRONTO p. 202 N. si tamen hoc, quod gustui mittimus, non -bit. VLP. dig. 20, 2, 20, 7 merito. GELL. 12, 13, 24 quasi hoc -ret et corrigere id vellet. SPART. Hadr. 9, 2 omnia, quae -ere vidisset. AMM. 30, 2, 2 si id -uisset. SERV. georg. 1, 57 antiqui 'thus' dicebant *ἀπὸ τῶν θεῶν*; quod -uit: *eqs.* SCHOL. Cic. Bob. p. 117, 11 ad obtinenda ea, quae ... -ere deberent. HIER. epist. 36, 12, 1 puto problema dissolutum; quod si -et, *eqs.* AVG. epist. 108, 10 placentia ... ista (*sc. aliorum immunda vita sim.*) attinguntur, -entia repelluntur.

II ***structurae speciatim notabiles:*** **A** sibi -ere *i. se suisque rebus non esse contentum*: **1** *de hominibus*: TER. Haut. 1043 quam ... totus -o mihi. CIC. Phil. 1, 12 cum ... mihimet -rem. nat. deor. 1, 84 ista effutientem nauseare atque ipsum sibi -ere. Att. 2, 18, 3. 4, 9, 1 epist. 7, 33, 1 SEN. contr. 10 praef. 3 SEN. dial. 9, 2, 7 nat. 4 praef. 13 AVG. conf. 10, 2, 2. 10, 38, 63. civ. 10, 25 *syn.* reprehendit se ipsum. 14, 13 sibi -eant, qui iam sibi placendo ceciderant. *ibid.* salubrius Petrus sibi -uit, quando flevit, quam sibi placuit, quando praesumpsit. in psalm. 44, 9 -e tibi, placeat tibi, qui te fecit. *additur alter dat.*: CIC. Att. 2, 21, 3 ipse etiam sibi, non iis solum, qui aderant, -bat. epist. 4, 13, 3 cum ceteris, ut quidem videor, tum mihi ipse -o. *accedit abl.*: AVG. corrept. 5, 7 dolor ... quo sibi -et *homo*, quando sentit correptionis aculeum. *accedunt praepos.* super, in, ex: VVLG. Ezech. 6, 9 -bunt sibimet super malis, quae fecerunt. 20, 43 -bitis vobis in conspectu vestro in omnibus malitiis vestris, quas fecistis. AVG. conf. 10, 37, 61 cum vel ea laudantur in me, in quibus mihi ipse -o. civ. 5, 20 plus intendit in ea, in quibus sibi -et, quam in ea, ... quae non tam ipsi quam veritati placent. in psalm. 44, 9 quia in eo tibi -es, quod in te ipse fecisti. 140, 14 ex qua parte ... tibi -es, iniustus es. *in aegrotandi vim transit*: CAEL. AVR. acut. 3, 20, 197 si post vomitum minus sibi aeger coeperit -ere. chron. 5, 11, 14 ipsum hominem sibimet faciunt -ere (*sc. vomitus post cibum moti*). *de equo*: PELAGON. 184 si equus sibi aestate -uerit (*i. aegrotabit*), hac uteris potione. **2** *de rebus*: SEN. dial. 10, 2, 2 vaga et inconstans et sibi -ens lĕvitas. epist. 42, 2 nec ulla maior poena nequitiae est, quam quod sibi ac suis -et. AVG. civ. 1, 9 homines, quorum sibi vita contaminatissima et sceleratissima -et. 12, 18 *deum* priorem suam ... vacationem tamquam inertem ... et ideo sibi -entem damnasse ... atque ob hoc mutasse.

B *impersonaliter*: **1** *c. inf.*: **a** *acced. dativ. personae*: CIC. Cluent. 144 de orat. 1, 157 fin. 2, 5 QVINT. inst. 2, 5, 17. 11, 3, 103 TERT. scorp. 6. VOPISC. Aurelian. 49, 1 *opp.* magis placebat. AMM. 20, 4, 16 (*inf. subintelleg.*). VVLG. Ruth 4, 4. Ier. 40, 4 *opp.* placet tibi, ut. AVG. civ. 4, 14. **b** *absolute*: CIC. inv. 1, 97 de causa digredi nisi per locum communem -et. LAMPR. Alex. 9, 7. **2** *c. acc. c. inf.*: **a** *acced. dativ. personae*: CIC. Verr. 5, 82 rep. 4, 12 CAEL. Cic. epist. 8, 7, 2 NEP. Paus. 5, 5 (*acc. c. inf. subintelleg.*). LIV. 42, 43, 5 PLIN. nat. 29, 24 EPIST. imp. Aug. Suet. Claud. 4, 3 SCHOL. Cic. Bob. p. 116, 19 St. AVG. civ. 12, 4 *opp.* placere. **b** *absolute*: PAVL. dig. 25, 2, 3, 4. **3** *sequitur* quod, quia (*cf. p. 1419, 32*): OPTAT. 2, 5 p. 41, 1 si -ret vobis, quod parentes vestri peccaverunt. HIER. epist. 63, 3 super nefaria haeresi quod multam patientiam geris et putas ..., multis sanctis -et. AVG. epist. 173, 1 -et tibi, quia traheris ad salutem. **4** *sequitur* ut: VVLG. num. 22, 34 si -et tibi, ut vadam, revertar. **5** de *aliqua re*: CIC. dom. 53 quodsi ... populus Romanus de ista re consultus esset ..., nonne fieri poterat, ut populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Byzantiis -ret?

nota: part. praes. c. esse *pro verbo finito*: VITR. 7, 4, 4 etiam pavimentorum non erit -ens, si qui animadvertere voluerit Graecorum hibernaculorum usum, minime sumptuosus et utilis apparatus.

part. praes. pro adi.: GLOSS. *δυσάρεστος*. SCRIB. LARG. 188 *aconitum* potum ... facit corpus grave et -ens (*i. aegrum*). CAEL. AVR. acut. 2, 14, 92 (*inter signa morbi*) iacendi negata atque -ens omnis positio. chron. 1, 3, 54 ut *incubo* nullam vigilantibus querelam aut -entem sanitatem (*i. displicentiam, cf. p. 1416, 30 sqq.*) faciat.

? lusus verborum (-ere ~ disciplina): *fort.* LAMPR. Alex. 53, 5 si ... ista vobis ...-ent, disciplina maiorum rem p. tenet. *etiam maior dubitatio est de* MART. CAP. 5, 437 *p. 1416, 81 sq.*

deriv.: displicentia. [displicina *i. disciplina v. p. 1317, 8.*] *Nelz.* [**displicīna** *v. p. 1317, 8.*]

displico, -ātum, -āre *a* dis- *et* plicare. [*it.* spiegare, *francog.* déployer. *M.-L.*] GLOSS. -at *ἀναπτύσσει*. *i. q. dissipare*: VARRO rust. 3, 16, 7 si quando -atae sunt *apes* cymbalis ... numero reducunt in locum unum (*Georges coni.* dispalatae). *i. q. explicare*: GREG. M. in Ezech. 1, 9, 30 per verba doctorum exponendo -atur *sacra scriptura.*

displōdo, -ōsī, -ōsum, -ere [*a* dis- *et* plodere. *Th.*]. displudantur *traditur apud* VARRO rust. 2, 5, 8. SCHOL. Hor. sat. 1, 8, 46 explosum est eiectum, -osum cum impetu eiectum. GLOSS. -it dissoluit. -ōsa divisa. separata. -oso repulso. percusso.

i. q. dilatare, diducere: VARRO rust. 2, 5, 8 *pedes* (2, 9, 4). ARNOB. nat. 3, 14 naribus (6, 10). *i. q. dirumpere, dissolvere*: LVCR. 6, 129 vesicula (HOR. sat. 1, 8, 46 vesica [ISID. orig. 13, 8, 2]). 6, 286 -osa repente ... templa. CONSENT. gramm. V 401, 8 ecthlimpsis est cum concursus vocum non solum praeterit syllabas, sed excludit et velut expressas strangulatasque -it. AVIEN. orb. terr. 507 terris. Arat. 1612 nubibus. AMM. 23, 4, 7 perfractis ossibus capita ipsa -ant.

displuviātus, -a, -um [*cf. c.* compluvium, compluviatus. *Th.*]. *t. t. architect.* (*de re vide Marquardt-Mau, Privatl. 217. 238*): VITR. 6, 3, 1 cava aedium quinque generibus sunt distincta quorum ita figurae nominantur, tuscanicum, corinthium, tetrastylon, -um, testudinatum. 6, 3, 2 -a autem sunt in quibus deliquiae arcam sustinentes stillicidia reiciunt *eqs.*

dispol- *v.* despol-.

***dispondēus** (-īus), -ī *m.* [*δισπόνδειος. Th.*]. *plerumque* -ius *traditur. pes metricus ex duobus spondeis constans, proceleusmatico contrarius*: DIOM. gramm. I 480, 18 ut Maecenatis ... oratores (= IV 370, 9). PROB. cath. gramm. 42, 14 MAR. VICTORIN. gramm. VI 47, 13 FORTVN. gramm. VI 280, 25 TER. MAVR. 1473 ISID. orig. 1, 17, 14 *al.* *Gudeman.*

***dispōno,** -posuī, -positum, -pōnere *a* dis- *et* ponere. dispostus: LVCR. 1, 52. 2, 644 (dispositus: LVCR. 3, 787. 794 *al.* OV. am. 1, 14, 35 *al.* MANIL. 1, 495 *al. etc.*). GLOSS. *διατίθημι, διατυπῶ, καθίστημι.* -it *κατατάσσει, προσδοκᾷ* (*προσδιοικεῖ? Götz*), *διοικεῖ, διαπλάττει. cf.* HIER. epist. 106, 66 (*ad psalm. 104, 24*) *ὃν διέθετο* i. e. quod -uit. nom. hebr. p. 57, 12 Cherethim '-entes' pro quo melius in Graeco habetur *διατιθέμενοι*. SERV. Aen. 3, 376 sortitur: -it, ordinat. 3, 446 digerit: ordinat, -it. *cf. etiam* BEDA gramm. VII 286, 9. *inde a* CATONE, *v. p. 1422, 16.* [PLAVT. Men. 35 *v. l. 81*]. [*maced.* despune. *M.-L.*] [*loci dubiae traditionis vel significationis*: CIC. S. Rosc. 132 ⟨...⟩ aptam et ratione -sitam se habere (villam *sim. suppleri vult Landgraf*). SEN. dial. 7, 17, 2 nat. 2, 59, 4 COLVM. 4, 20, 3. 5, 9, 5 TERT. nat. 1, 19 p. 91, 24 ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 22, 31 APRING. in apoc. 18, 22. *ex coni.*: MANIL. 3, 71 SEN. suas. 5, 2. *corrupte*: PLAVT. Men. 35 *B*[1]. COLVM. 5, 6, 5 *v.* depono *p. 581, 30* (*item* 5, 6, 19 dep- *legendum pro* disp-). LVCAN. 5, 562 *G.* STAT. Ach. 1, 459 *M* (*v. vol. IV p. 582, 16*). AVR. Fronto p. 4, 18 N. HIER. epist. 55, 5, 1 (-sitam *pars codd.*; desponsatam *rell.*). AVG. epist. 151, 12 *ille* ad paeniten-

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tiam deponatur (disp- *V U edd.; cf.* epist. 232, 6). MISC. Tir. p. 63, 7 ISID. diff. app. 119 (*v. adn. ed.*).]

II *sensu latiore*: **A** *praevalet actio* ***reputandi***: 1 *fere i. q. deliberatio*: QVINT. inst. 12, 2, 19 non quaestio iuris omnis aut verborum proprietate aut aequi -e aut voluntatis coniectura continetur? 2 *fere i. q. dubitatio*: SEN. contr. 7, 1, 14 quo istud proposito ... feceris, apud plerosque -em habet. VAL. MAX. 8, 15 ext. 1 ut, quae ab eo (*Pythagora*) acceperant, in -em deducere nefas existimarent. SEN. benef. 2, 21, 1 illud ... venire in aliquam -em potest, quid *eqs.* 4, 2, 2 de ordine putas (disputas *codd.*, in his putas *Gertz*) -em esse? de re tota ... ambigitur. *cf.* CIC. de orat. 2, 134 causa, in qua id, quod in iudicium venit, ... non generum ipsorum universa -e (*Ottob. Pal. ex* 2, 138; dubitatione *codd. mutili verius*) quaeratur. *v. p. 1443, 66.*
B *praevalet actio* ***dicendi***: *i. q.* ***expositio, tractatio***: 1 ***generatim***: *loci notabiliores: de iurisconsultorum disputationibus*: RHET. Her. 2, 7, 10 *bis* CIC. Cluent. 149 part. 43. 44. 118 top. 56. 72. PS. ASCON. Verr. p. 248, 10 St. maleficia sponte et non -e iurisconsultorum, sed naturali interpretatione fugienda sunt. COD. Iust. 1, 17, 2, 1 nomen. .. libris imposuimus digestorum seu pandectarum, quia omnes -es et decisiones in se habent legitimas. 9, 41, 11, 1 Domitius Vlpianus in publicarum -um libris (*de eius et Tryphonini -um libris cf. Lenel, Paling. II p. 387 sqq. et 351 sqq.*). *de philosophorum disputationibus* (*cf. 2 d f*): CIC. de orat. 1, 230 ex illis -bus, quibus philosophi utuntur. 2, 61 *philosophi* sunt angustis et concisis -bus illigati. orat. 12 et *Platonis* (AVG. civ. 2, 14 p. 69, 33 D. -bus Platonis. 22, 28 p. 622, 1 Platonicis -bus) et aliorum philosophorum -bus. parad. 6 Socraticorum hominum. fin. 2, 67 vestris *sc. Epicureorum.* IVST. 20, 4, 11 *Pythagorae.* SCHOL. Hor. epist. 2, 2, 60 sunt ... -es Bionis philosophi, quibus stultitiam vulgi arguit. AVG. civ. 2, 7 p. 60, 16 D. philosophorum scholas -esque. *Ciceronis* Tusculanae -es: CIC. Tusc. 5, 1 quintus hic dies ... finem faciet Tusculanarum -um (div. 2, 2 fat. 4 Att. 15, 4, 2. 3 SCHOL. Cic. Bob. p. 130, 32 St. SCHOL. Hor. epist. 1, 1, 40. *cf.* CIC. Att. 15, 2, 4 prima -o Tusculana). Tusc. 2, 2 quae -o mihi nuper habita est in Tusculano (*cf.* 1, 8. 2, 9. 66. 3, 6. 4, 7. 8. 63. 82. 5, 15. 28. 48. 71. 76. 121). *poetae de materia philosophica -o*: PROB. Verg. georg. 1, 233 p. 346, 1 hanc tamen universam -em (*sc. georg. 1, 233 sqq.*) certum est Vergilium transtulisse ab Eratosthene ..., cuius -is tale principium est. *de qualibet disputatione de artium studiis habita*: CIC. de orat. 1, 209 id faciam, quod in principio fieri in omnibus -bus oportere censeo, ut quid illud sit, de quo disputetur, explanetur (fin. 2, 4 QVINT. inst. 3, 6, 80). de orat. 2, 21 palaestram et sedes et porticus ... Graecos exercitationis et delectationis (e. d. *om. M.*) causa, non -is (n. -is *om. M.*), invenisse arbitror. *de disputatione, quae in scripturis sacris inest*: AMBR. epist. 8, 32 secundum -em ... respondemus vobis. *cf.* 18. *nota*: CIC. Brut. 46 scriptas ... fuisse et paratas a Protagora rerum illustrium -es, quae (*sic codd.*, qui *ed. Nor.*) nunc communes appellantur loci. part. 115. *i. q. σύγγραμμα*: RVFIN. hist. 2, 17, 11 habent ... -es quasdam et interpretationes (*ἔστι δ' αὐτοῖς ... συγγράμματα*). BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 9 p. 22, 20 Hermagorae in prima Rhetoricorum -e. *cf.* APVL. apol. 55 ea -o celebratissima est, vulgo legitur, in omnium manibus versatur.

ad B 1 iuncturae selectae: **1** *verbales*: **a** *nomin.*: *α verba intrans.* (*refl.*): est de: RHET. Her. 4, 40, 52 CIC. Lael. 5 off. 1, 7 QVINT. inst. 10, 3, 1. est huius (istius) temporis: Q. CIC. pet. 39 HIER. epist. 21, 3, 1. 59, 3, 3. procedit: SEN. dial. 2, 7, 1 COLVM. 5, 3, 9. se demittit in: SEN. dial. 4, 1, 2. *β verba transit.*: colligit: COLVM. 3, 10, 13 *sq. acc. c. inf.* confert: MART. CAP. 4, 423 quicquid decenter docta -o multo astruendum contulit volumine. continet: CIC. rep. 1 frg. 5 Tusc. 3, 57. deducit: CIC. leg. 2, 46. docet: AVG. serm. ed. Mai 21, 3. perdocet: PS. APVL. Ascl. 19. extinguit: CIC. nat. deor. frg. 1 religiones. habet: AVG. civ. 7, 28 p. 311, 30 D. quid solidum, quid constans, quid sobrium, quid definitum habet haec -o? labefactat: CIC. div. 1, 8. parat: BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 4 p. 10, 7 viam. repetit a: COLVM. 4, 2, 3. tollit: CIC. div. 1, 8. **b** *genet.*: esse: CIC. leg. 1, 27 *non* omnia sunt huius -is ac temporis. **c** *dat.*: adversari: CIC. div. 2, 34. contradicere: AVG. civ. 2, 1. derogare: CELS. 1 pr. p. 5, 29 D. fidem. esse: CIC. Balb. 35 isti -i ⟨hic⟩ certe nihil est loci. facere: COLVM. 8, 17, 16 finem. iacere: COLVM. 3, 3, 1 fundamentum. imponere: COLVM. 3, 19, 3 clausulam. oboedire: AVG. civ. 22, 6 p. 564, 27 D. occurrere: CIC. top. 41. praescribere: COLVM. 9 praef. titulum. **d** *acc.*: abicere: AMM. 15, 8, 3. coartare: AVG. civ. 1, 16 p. 28, 3 D. committere in: AVG. un. eccl. 5, 9. conferre ad: CIC. fin. 4, 8. conserere: RVFIN. hist. 4, 18, 3. consummare: COLVM. 9, 16, 2. continere: AVG. civ. 9, 2. 22, 1 p. 552, 23 D. BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 24 p. 348, 2. defugere: CIC. de orat. 1, 106. differre in: CIC. epist. 2, 3, 2. dividere in: CIC. nat. deor. 2, 75. ducere ab: CIC. fin. 5, 17. explicare: CIC. orat. 95 leg. 1, 20. finire: HIER. epist. 49, 8, 1. frenare: AVG. civ. 14, 26 p. 54, 19 D. habere: CIC. fin. 5, 76 *al.* inscribere: QVINT. inst. 6, 3, 22. instituere: CIC. rep. 1, 12 Att. 4, 16, 2 AVG. civ. 13, 1. interpretari: CIC. nat. deor. 3, 77. partiri: HIER. epist. 30, 1. perducere ad: IVLIAN. dig. 50, 17, 65 VLP. dig. 50, 16, 177. perficere: CIC. fin. 4, 44. procudere: TERT. patient. 5 p. 6, 10 *e Scaligeri corr.* referre ad: AVG. civ. 3, 5. scribere: GELL. 1, 3, 10. seponere: FIRM. math. 2 pr. 4. subvertere: LACT. inst. 5, 14, 4. suscipere: CIC. rep. 1, 12 AVG. civ. 2, 21 p. 80, 23 D. trahere: BOETH. herm. pr. 1, 1 p. 41, 8. **e** *abl.*: agere: CIC. div. 2, 148. complere: HIER. in Is. 54, 11/12 p. 637. conquirere: PS. APVL. Ascl. 7. digerere: BOETH. arithm. 2, 1 p. 77, 4. disserere: AVG. civ. 1, 36 p. 52, 2 D. egere: CIC. off. 1, 6. elidere: CIC. Tusc. 3, 83 (*coni. Madvig*, eligere *codd.*). explicare: CIC. nat. deor. 3, 19. laborare: AVG. civ. 2, 15. monstrare: FIRM. math. 1, 10, 1. persuadere: PS. RVFIN. in Am. 1, 2 AVG. civ. 18, 41 p. 319, 30 D. otium terere: SEN. epist. 113, 1. tractare: MART. CAP. 5, 493. **f** *praep.*: **a b**: separare: CIC. fin. 5, 23. **a d**: abire: SEN. benef. 4, 9, 1. admittere: AVG. civ. 11, 5. aggredi: CIC. nat. deor. 3, 7. pervenire: COLVM. 4, 22, 9. reverti: CIC. orat. 148 div. 2, 7. **e x**: nasci: MIN. FEL. 5, 1. **i n** *c. acc.*: egredi: HIER. epist. 34, 5, 2. incidere: CIC. top. 60. incumbere: CIC. ac. 2, 77. ingredi: CIC. rep. 1, 38. transire: SEN. epist. 16, 6. venire: *p. 1437, 68.* **i n** *c. abl.*: colligere: CIC. epist. 5, 13, 3 BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 2 p. 139, 8. complecti: CIC.

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

leg. 1, 17. describere: Boeth. arithm. 2, 31 p. 124, 9. esse: Cic. Att. 7, 15, 3 Qvint. inst. 12, 10, 42 Lact. inst. 5, 12, 5. insonare: Avg. civ. 4, 30 p. 185, 4 D. loqui: Sen. dial. 5, 36, 4. mussitare: Avg. civ. 6, 1 p. 243, 21 D. ponere: Avg. civ. 8, 14 p. 342, 26 D. 19, 23 p. 398, 28. quaerere: Cic. fin. 2, 80 Avg. civ. 6, 8 p. 261, 1 D. tractare: Evgraph. Ter. Andr. prol. p. 4, 2. versatur *aliquis*: Cic. rep. 3, 5 Boeth. arithm. 2, 31 p. 122, 22. *aliquid*: Cic. de orat. 1, 23 leg. 1, 28. per: tractare: Cels. 1 prooem. p. 8, 13 D.

2 *nominales*: **a** *additur genet.*: *hominis*: Cic. de orat. 2, 20 Graecorum. 3, 1 Antoni. 3, 119 utriusque. rep. 1 frg. 5 = phil. frg. V 42 istorum. Avg. civ. 8, 14 p. 342, 29 D. Apulei. *pro gen. hominis pron. poss., ex. gr.*: Cic. Pis. 66 in -bus suis. de orat. 2, 161 in illis suis -bus. 3, 34 ex qua mea -e. 3, 19 in partienda -e nostra. *rerum, de quibus -es fiunt*: Cic. de orat. 1, 96 in eam ipsam totius huius vel studii vel artificii vel facultatis -em. Brut. 322 a propria ac definita -e hominis ac temporis. part. 102 aequi et veri et recti et humani . . . -e. ac. 2, 5 earum rerum -em. Tert. nat. 2, 12 p. 120, 8 primordiorum -e. Hier. epist. 49, 8, 5 digamiae et trigamiae -em. Fav. Evl. p. 13, 21 ut hoc demonstrato totius primi versus (*i. primi ordinis numerorum*) plena sit -o. Hier. chron. a. Abr. 2210 Clemens . . . et Pantaenus . . . in -e dogmatis nostri disertissimi habentur. *adde*: huius modi: Cic. de orat. 1, 163. eius modi: Tac. dial. 14. istius modi: Cic. de orat. 1, 104 Hier. epist. 20, 4, 1. 20, 6. hesterni et hodierni diei: Cic. de orat. 3, 81. unius diei: Cic. ac. 2, 49.

b *locutiones praepositionales*: de: Cic. Brut. 184 de oratore probando. de *aliqua re, ex. gr.*: Cic. de orat. 2, 104 leg. 1, 56 ac. 2, 49 Cato 74 fat. 1 Fronto p. 107, 10 N. Hier. epist. 52, 17, 2 Avg. civ. 2, 12 Boeth. mus. 1, 9 p. 195, 19. super: Apvl. Plat. 1, 10 nostrae . . . super earum cursibus opiniones -esque.

c -is: ambages: Avg. ord. 2, 9, 27. argumentum: Cic. top. 41. compendium: Tract. c. Arrian. p. 11, 10. consummatio: Ambr. epist. 8, 5. contentio: Cic. de orat. 3, 230. cornua: Cic. div. 2, 26. cursus: Cic. Tusc. 4, 33. definitio: Ambr. epist. 8, 5. exordium: Avg. civ. 6, 1 p. 243, 11 D. Boeth. arithm. 1, 1 p. 12, 12. extremum: Cic. Lael. 14. finis: Colvm. 2, 21, 6 Avg. civ. 11, 33 p. 509, 26 D. fontes: Cic. de orat. 1, 193. genus: Cic. de orat. 2, 20 Tusc. 2, 26. impetus: Avg. c. Pelag. 1, 17, 35. initium: Rvfin. Orig. princ. 2, 2, 1. insolentia: Cic. de orat. 1, 99. inventor: Cic. de orat. 2, 47. intergressus: Min. Fel. 15, 1. intervallum: Avg. civ. 18, 23 p. 288, 2 D. iter: Cic. de orat. 2, 234. labor: Cic. de orat. 2, 234. licentia: Firm. math. 1, 8, 2. 6, 30, 24. materia: Colvm. 9, 2, 2. orae: Cic. de orat. 3, 22. oratio: Firm. math. 1, 2, 8. 1, 10, 2. ordo: Colvm. 3, 11, 1 Tac. dial. 1 Ambr. in Luc. 6, 104 Rvfin. Orig. princ. 2, 1, 4 Avg. civ. 21, 1. pars: Colvm. 4, 29, 1 Mart. Cap. 9, 938. princeps: Cic. de orat. 2, 47. principium: Cic. nat. deor. 2, 57. recusatio: Cic. de orat. 2, 26. regiones: Cic. de orat. 3, 22. secretum: Firm. math. 2, 4, 6. 4, 7, 1. sententiae: Cic. Lael. 3. sermo: Rvfin. Orig. princ. 2, 1, 3. silva: Hier. epist. 36, 9, 2. summa: Lact. inst. 5, 16, 2. veritas: Rhet. Her. 4, 2, 4. violentia: Avg. civ. 13, 17 p. 577, 23 D. vires: Avg. civ. 13, 17 p. 578, 9 D.

d *epitheta*: abstrusior: Cic. ac. 2, 30. aequa: Maximin. c. Ambr. 91. altior: Ambr. Abr. 1, 1, 1. amica: Avg. civ. 5, 26 p. 242, 2 D. caelestis: Firm. math. 4 pr. 3. 4, 7, 1. celebratissima: Apvl. apol. 55. communis: Cic. part. 115. compendiosa: Maximin. c. Ambr. 93. competens: Boeth. arithm. 2, 2 p. 83, 22. confirmatior: Rhet. Her. 2, 7, 10. copiosa: Cic. ac. 2, 30. definita: Cic. Brut. 322. detestabilis: Avg. civ. 5, 9 p. 203, 29 D. diligens: Avg. civ. 8, 14 p. 342, 6 D. divina: Firm. math. 4 pr. 3. 4, 7, 1. 8, 1, 7. docta: Mart. Cap. 4, 423. epoptica: Chalc. comm. 272. erudita: Cic. orat. 95 (eruditissima: Cic. orat. 117). exigua: Cic. de orat. 3, 81. facilis: Cic. Phil. 13, 32. futura: Colvm. 3, 3, 1. generalis: Hier. epist. 52, 17, 2. gravissima: Min. Fel. 1, 5. 15, 1. hesterna: Cic. Tusc. 2, 10. 66. 4, 8. 63. intima: Cic. de orat. 1, 96. irrita: Amm. 15, 8, 3. laboriosa: Avg. civ. 18, 41 p. 319, 30 D. lata: Cic. orat. 95. litigiosa: Cic. fin. 5, 76. longa: Cic. fin. 5, 76 Cato 74 Hier. epist. 34, 5, 2 (longior: Cic. de orat. 2, 16). maior: Avg. civ. 17, 1 p. 198, 6 D. multa (*sing.*): Mart. Cap. 5, 493. multiplex atque multimoda: Avg. civ. 15, 1 p. 58, 5 D. naturalis: Chalc. comm. 272 Svlp. Vict. rhet. 1 p. 313, 25. necessaria: Avg. civ. 17, 1 p. 198, 6 D. nova: Cic. Brut. 297. operosa: Avg. civ. 17, 20 p. 248, 20 D. (operosissima: Avg. civ. 19, 11 p. 371, 7 D.). parva: Hier. epist. 18A, 15, 2. periucunda: Cic. de orat. 2, 26. perpetua: Cic. de orat. 2, 16 Q. Cic. pet. 39. platica: Firm. math. 3, 1, 19. plena: Cic. Tusc. 3, 81. praesens: Colvm. 2, 21, 6. 8, 17, 16 Ps. Apvl. Ascl. 7 Avg. civ. 3, 21 p. 132, 28 D. probabilis: Cic. de orat. 1, 240. prolixa: Avg. civ. 19, 7 p. 367, 2 D. propensior: Cic. nat. deor. 3, 95 div. 1, 9. propria: Cic. Brut. 322. publica: Cod. Iust. 9, 41, 11. pudibunda: Avg. civ. 10, 9 p. 415, 20 D. religiosa: Maximin. c. Ambr. 95. resolutoria (*ἀναλυτική*): Boeth. in Porph. comm. pr. 1, 5 p. 13, 16. sacrilega: Firm. math. 1, 5, 12. sequens: Avg. civ. 1, 36 p. 52, 2 D. similis: Cic. part. 44. suavis: Avg. in psalm. 106, 1. subita: Cic. de orat. 1, 257. varia: Cic. part. 75. vera: Cic. de orat. 1, 240 (verior: Cic. nat. deor. 3, 95). veridica: Avg. in psalm. 106, 1.

e *pendet ab adiectivis (vel particip.) per praepositiones*: in: Cic. rep. 1, 13 cùm superiores alii fuissent in -bus perpoliti, . . . alii . . . in disserendo rudes. 1, 34 qua in -e quoniam tu paratior es (Tac. dial. 31 in omnem -em paratos . . . locos). Qvint. inst. 11, 3, 64 in -bus teres.

f *iuxta posita* (*cf. p. 1439, 29*): argumentatio (Cic. de orat. 2, 116). causa (Cic. de orat. 2, 222). concertationes (Avg. civ. 5, 9 p. 203, 20 D. *cf.* Cic. de orat. 2, 68). consilia (Vitr. 9 praef. 17). dialogus (Cic. epist. 1, 9, 23 [*cf. Hirzel, Dialog I 276, 2*]). philosophorum dogmata et eminentissimae assertiones (Rvfin. Orig. in Ios. 7, 1). fabulae . . . et arcana semotae dictionis (Tac. dial. 2). inquisitio (Avg. serm. ed. Mai 7, 1). otium (Mart. Cap. 5, 441). verba (Cic. off. 3, 73). sermo (Cic. de orat. 2, 11. 19 leg. 1, 34 Att. 1, 17, 2. *cf.* Sen. epist. 26, 6 litterata colloquia et ex praeceptis sapientium verba collecta et eruditus sermo. Qvint. inst. 11, 3, 25 clamor . . . et sermo et flexus). *de ratione, quae inter* -em *et* sermonem *intercedit, cf.* Cic. de orat. 1, 41 oratorem in omnis sermonis -e copiosissime versari posse. 3, 16 qui ipsi sermoni non interfuissemus et quibus C. Cotta . . . sententias huius -is tradidisset. orat. 179 quae -o non huius instituti sermonis est. off. 1, 132 sermo in circulis, -bus, congressionibus familiarium versetur. epist. 11, 27, 8 ex his sermonibus utinam essent delatae ad te -es meae. Sen. epist. 38, 1 plurimum proficit sermo, . . . -es praeparatae et effusae audiente populo plus habent strepitus, minus familiaritatis. Hier. epist. 42, 3 latam -em brevi sermone comprehendimus. 49, 7, 4. *cf.* Qvint. inst. 3, 4, 10. *similiter res se habet de* -e *et* oratione: Cic. Balb. 30 locus -is atque orationis. de orat. 1, 208 idem mihi spero usu esse venturum in hac -e, quod in dicendo solet, ut nulla expectetur ornata oratio. 2, 130 capita . . . unde omnis ad omnem et causam et orationem -o ducitur. 2, 138 ea . . . oratio ad universi generis -em referatur. 2, 152 ex quibus *locis* omnis argumenti ratio non modo ad philosophorum -em, sed etiam ad hanc orationem, qua in causis utimur, invenire-tur. 3, 126 veteres doctores auctoresque dicendi nullum genus -is a se alienum putasse accepimus semperque esse in omni orationis ratione versatos. nat. deor. 2, 3 longa de mea -e detracta oratio est.

2 ***speciatim*** (*notionis discrimina hic proposita etsi neque a notione generali, quae est sub 1, neque inter se certis finibus segregantur, tamen idonea esse videbantur ad verbi usum planius illustrandum*):

a *fere i. q. pervestigatio, quaestio*: Cic. top. 79 nec ullam esse -em, in qua non aliquis locus incurrat, nec fere omnes locos incidere in omnem quaestionem. rep. 1, 16 Socratem omnem istam -em reiecisse et tantum de vita . . . solitum esse quaerere. fin. 1, 30 negat *Epicurus* opus esse ratione neque -e, quam ob rem (Cato 77 Avg. civ. 4, 11). ac. 2, 12. 65 Tusc. 3, 54. 5, 11. Vitr. 1, 1, 16 cum astrologis et musicis est -o communis de *eqs.* (*opp.* operum ingressus. *cf.* 4, 2, 6. Cels. 1 prooem. p. 6, 6 D. ne agricolam quidem aut gubernatorem -e, sed usu fieri. Qvint. inst. 11, 1, 35 qui se non otiosis -bus, sed administrationi rei publicae dederit. 12, 2, 7 non secretis -bus, sed rerum experimentis atque operibus). Val. Max. 4, 4, 2 ulteriore -e . . . paupertatem scrutari. Gaivs inst. 1, 188 Maximin. c. Ambr. 100 Hier. epist. 21, 1, 1. Rvfin. hist. 3, 28, 1 Gaius . . . in -um suarum dialogo (*ζητήσει*). Orig. princ. 3, 4, 3 -em incidimus perprofundam, in qua necesse est ex singulis . . . partibus, quae possunt moveri, discutere. Avg. civ. 8, 2 p. 322, 8 D. Thales . . . rerum naturam scrutatus suasque -es litteris mandans. epist. 169, 13 in illo *libro* autem de animae origine tantum, quid ei videatur, consultatoria quadam -e quaesivi. quaest. hept. 1 praef. Petr. Chrys. Leo M. epist. 25, 1 Christi generatio . . . -e (*διαλογισμῷ*) temeraria ventilatur (Pelag. in Rom. 9 p. 688A quem locum Paulus apostolus mystica -e eventilans. *cf.* Avg. civ. 19, 1).

b *fere i. q. argumentatio*: Cic. Flacc. 23 qua -e orationem refellam eius, qui dicit *eqs.* (Avg. pecc. mer. 1, 17, 22 quam sit absurdum nec dignum -e, quod dicunt). Firm. math. 1, 8, 4 in tam inepta -e licentia se argumentationis extollit. Ivl. Sev. rhet. 18 p. 365, 14 omnis paene argumentatio moralem -em recipit . . . moralis argumentatio de natura hominum vel morum consuetudine ducitur, ut Cicero (or. frg. B 22): 'hic ego dubitem in eam -em ingredi, quae ducatur ex natura hominum atque omnium sensibus?'

c *i. q. expositio docendi causa habita: in iudicio*: Cic. Cael. 27 deliciarum obiurgatio fuit longa, etiam (*Clark*, et ea *codd.*) lenior; plusque -is habuit quam atrocitatis, quo etiam audita est attentius. *in scholis*: Cic. de orat. 1, 194 docemur non infinitis concertationumque plenis -bus, sed auctoritate nutuque legum. orat. 11 ingressionem . . . non ex oratoriis -bus ductam, sed e media philosophia repetitam. Sen. epist. 108, 3 Qvint. inst. 12, 2, 11 (*opp.* actiones). Plin. epist. 1, 22, 6. Avg. civ. 18, 41 p. 317, 24 D. non pauci in scholis atque gymnasiis litigiosis -bus garruli. *i. q. praedicatio*: Ambr. Noe 15, 52 Christus . . . comprimens evangelicis -bus ferocis istius corporis motus. 19, 70. in Luc. 8, 93 duo soli multiplicatam pecuniam deferunt, non utique aeris, sed -is usuris; alia est enim pecuniae fenebris, alia doctrinae caelestis usura. Maximin. c. Ambr. 84 quas -is tuae scripturas vis interrogare, cum nulla in divinis eloquiis tanta blasfemiae tuae litteraria extet auctoritas? Rvfin. hist. 5, 20, 6 -es (*διαλέξεις*), quas habebat ad populum *Polycarpus*. Avg. serm. ed. Mai 90, 1 ante -is ingressum. epist. 29, 3 adiunxi . . . -em, qua ostenderem. 29, 8 Svlp. Sev. Mart. 5, 6 ingressus euangelicam -em.

d *i. q. colloquium*: Cic. de orat. 1, 5 soles . . . non numquam hac de re a me in -bus nostris dissentire. 3, 139 Socraticis (*cf.* 3, 60.

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

61 ac. 2, 15 Avg. civ. 8, 3 p. 324, 16 D. 8, 4 p. 325, 14). rep. 1, 13 fin. 1, 13. Maximin. c. Ambr. 118 -em ex aequo inter partes habitam. Damas. Hier. epist. 35, 1, 2. Rvfin. hist. 3, 38, 5 Petri et Apionis -o (*διαλόγους*). Avg. civ. 2, 21 p. 81, 27 D. -o de re publica inter magnos eius tum principes habita. 6, 2 p. 247, 7 -em se habuisse cum Marco Varrone. Pass. Petr. Paul. long. 41 me ... cum his habere -em (*διάλογον*).

e *i. q. ratio (in contrarias partes) dicendi, loquendi, verba (interdum verba inania) faciendi:* Cic. epist. 3, 8, 3 aures ad hanc -em patent. Caes. Gall. 5, 31, 3 res -e ad mediam noctem perducitur. civ. 1, 33, 3 triduum -bus excusationibusque extrahitur. Min. Fel. 16, 6. Qverol. p. 19, 3 abi ... cum tua -e. Gennad. vir. ill. 26 librum obscurissimae -is et involuti sermonis. Avg. contin. 5, 14 qualis ... dementia est -es suas rationi tribuere et actiones suas casibus subiugare? *fere i. q. declamatio:* Sen. epist. 20, 2 aliud propositum est declamantibus et assensionem coronae captantibus, aliud his (a. h. *del. Gertz*), qui iuvenum et otiosorum aures -e varia aut volubili detinent.

f *i. q. expositio dialectica arte prolata* (*cf.* Isid. orig. 1, 2, 1 tertia *liberalium artium* dialectica, cognomento logica, quae -bus subtilissimis vera secernit a falsis. *v. p. 1443, 10*): Cic. de orat. 1, 43 *Stoici* -um suarum atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent. 3, 77 *philosophis non* multum ... in -e concedimus (*i. oratores.* off. 2, 35). 3, 107 alii *habent* ancipites -es, in quibus de universo genere in utramque partem disseri copiose licet (*cf.* fin. 3, 3 illa nobis simplex fuit in utramque partem -o [Caes. Gall. 5, 30, 1 Qvint. inst. 7, 2, 14]. Cic. ac. 2, 7 neque nostrae -es quicquam aliud agunt, nisi ut in utramque partem dicendo et audiendo *eqs.* 2, 116. Val. Max. 6, 3, 5 -e ... utroque flecti potest). orat. 113 aliud videtur oratio esse, aliud -o (*cf. p. 1440, 23 sqq.*). leg. 1, 62 non solum illa subtili -e sibi utendum putabit, sed etiam fusa latius perpetua oratione (dom. 142 Firm. math. 1, 1, 2. 4, 9, 1 Fav. Evl. p. 5, 15 Avg. civ. 1, 36 p. 52, 21 D. 7, 28 p. 310, 24 Mart. Cap. 4, 352. *cf.* Cic. de orat. 3, 187 off. 2, 35). Val. Max. 3, 4 ext. 1. Sen. epist 45, 5 multum illis temporis verborum cavillatio eripuit, captiosae -es, quae acumen irritum exercent. Qvint. inst. 5, 14, 27 dialogis ... et dialecticis -bus erit similior *oratio* quam nostri operis actionibus. 7, 3, 14. Firm. math. 1, 1, 1 sententiis ac -bus ... philosophiam ... perfringere. Avg. civ. 10, 27 p. 443, 31 D.

g *i. q. controversia, disceptatio, contentio:* *α absolute:* Rhet. Her. 2, 27, 43 controversia de musica inducta est, -o in sapientiae rationem et virtutis consumitur. Cic. fin. 2, 68 et certamen honestum et -o splendida! Sen. dial. 5, 8, 8. Colvm. 3, 13, 11 quae contendentium litem -emque dirimerent (Qvint. inst. 10, 1, 36 decl. 308 p. 213, 5. Avg. c. Cresc. 4, 3, 3 in collatione -is hoc cavendum est, ne prorumpatur in litem). Colvm. 11, 1, 31 Plin. nat. 6, 184 Qvint. inst. 3, 6, 21. 9, 1, 7 quam multiplicem habeant quamque scrupulosam -em. Optat. 1, 12 p. 14, 13. Filastr. 61, 4 *Manichei* ab Archelao ... in -e superati (*cf. titulum* Act. Archel. 1 -o Archelay et Manychei *cod. C*, altercatio ... Archelay ... cum ... Manicheo *cod. M*). Avg. civ. 21, 10 p. 511, 1 D. contentiosa -e certandum. persev. 24, 66 non ... simus in -bus prompti et in orationibus pigri. Ps. Phoebad. fid. 5 p. 41[B] altercationem -um induces. Epist. pontif. 322 (*a. 417*) Aug. epist. 182, 7 hostes ... quos in semet ipsi in spiculis malae -is armarunt.
β de: Hyg. grom. p. 112, 13 L. (= p. 72, 18 Th.). Vlp. dig. 4, 8, 21, 6 Lex Rom. Visig. 2, 9, 11 (p. 334 Haenel) de cauto et non numerato ... aliquid -is afferre. *γ sequitur enuntiat. interr. obliq.:* Tert. idol. 17 -o oborta est, an *eqs.* *δ additur* contra *vel* adversum: contra: Qvint. inst. 2, 15, 27 Maximin. c. Ambr. 61. Vvlg. Iob 21, 4 numquid contra hominem -o mea est? Avg. civ. 5, 1 p. 191, 8 D. adversum: Hil. trin. 12, 20 Rvfin. Adamant. prol. Greg. Naz. orat. 10, 10, 4 adversum quae -um tuarum tela contorqueas. *ε additur* inter *vel* cum: inter: Cic. Brut. 218 cum inveheretur in Caesarem Curio -oque esset inter eos. Sen. contr. 2, 1, 9 contr. exc. 2, 1 Colvm. 3, 17, 1. Qvint. inst. 11, 1, 70 ut inter eos non forensem contentionem, sed studiosam -em crederes incidisse. Herm. Pal. sim. 8, 10, 1 minimas ... -es, quas inter se habuerunt (*utraque versio lat.*; *μικρὰ κατ' ἀλλήλων ἔχοντες*). Boeth. herm. sec. 3, 9 p. 193, 22 Assvmpt. Moys. 1, 13. cum: Cic. Caecin. 79 qui cum istam -em mecum ingressus esset. Sen. benef. 3, 1, 2 de quibus fuisse mihi tecum -em scio. Plin. epist. 1, 20, 1.

derivatum: disputatiuncula.

disputātiuncula, -ae *f. a* disputatio *deminutive.* Sen. epist. 117, 25 non -is inanibus suptilitatem vanissimam agitare. Hier. epist. 65, 1, 1. 77, 7. *i. q. σύγγραμμα:* Gell. 1, 3, 30 -ae huius initium. Hier. in Ezech. 1, 7 p. 12 legi et cuiusdam Catinae ... brevem -am. epist. 112, 18.

disputātīvus, -a, -um *a* disputare. Gramm. suppl. 161, 13 *oratio est* allocutiva in epistulis, -a in dialogis, relativa in historiis. *i. q. litigiosus:* Cassiod. hist. 9, 19 (p. 1137[A]) ut -as fugeret intentiones.

adv. **disputātīvē.** *i. q. logice:* Cassiod. hist. 5, 42 (p. 1021[B]) -e atque veraciter Sylvanus ait.

✖**disputātor,** -ōris *m. a* disputare. *de significatione:* Avg. c. Cresc. 1, 14, 17 qui graece dialecticus dicitur, multo usitatius et tolerabilius latine dicitur -r. puto iam quod apostolum -em non neges, etiamsi dialecticum neges ... aut si et -em apostolum negas ... nec graece nosti nec latine. 1, 16, 20 hoc ille verus -r (*v.* 1, 15, 19 qui ... verus -r est, id est veritatis a falsitate discretor. *cf. p. 1441, 21. 1443, 10*) si late diffuseque faciat, eloquenter facit alioque tunc censetur augeturque vocabulo, ut dictor potius quam -r vocetur. *ibid.* si autem presse atque constricte, magis eum -em quam dictorem appellare consuerunt. Gloss. dialecticus, genus philosophorum vel narrator. disceptator. *habent* Cic. Val. Max. Ps. Varro sent. *singulis locis, saepius legitur inde ab* Avg.

1 *sensu strictiore: i. q. calculator:* Hilarian. curs. temp. p. 161, 12 -es annorum. *cf. p. 1437, 65.*

2 *sensu latiore:* a *i. q. disputandi peritus, dialecticus:* Cic. off. 1, 3 Demetrius Phalereus ... -r subtilis, orator parum vehemens. Avson. 205, 11 -r ad Cleanthen Stoicum. Ps. Phoebad. fid. 1 p. 34[C] nec ... academicus -r assisto, ut simplices sensus verborum subtilitate contorqueam. prol. p. 33[D]. Avg. epist. 135, 1 ille -r ex porticu (*i. Chrysippus?*). c. Iul. 1, 4, 12 ut in nos velut artifex -r insilias. Ps. Varro sent. 23 captiosus de verbis -r canis est aerem captans pro praeda. Epist. pontif. 375 (*a. 430*) Migne 50, 487[D] movit -r (*διαλεκτικός*) vester proelium veritati. b *is qui disputat:* Val. Max. 8, 12 pr. suae ... artis unum quemque et auctorem et -em optimum esse. Ambr. hex. 14, 4, 14 (p. 122, 7) -es eorum, quae sua sunt. Gennad. dogm. 15 Iacobus et alii Syrorum -es. Avg. epist. 147, 22 sicut ait -r (*i. Ambrosius. cf.* Prosp. resp. ad Gen. 7 p. 195[C] quid inconveniens ait admirabilis -r? [*i. Augustinus*]. c. coll. 2, 5 *de Cassiano.* Cassiod. inst. div. 1 p. 1110[C] disertus atque cautissimus -r [*i. Augustinus*]. 2 p. 1113[D] de regum temporibus facundissimus -r eloquitur [*i. Augustinus.* civ. 17, 4]. 18 subtilis et cautissimus -r [*i. Hilarius*]. in psalm. praef. p. 9[B] *Augustinus* est ... litterarum omnium magister egregius et ... cautissimus -r). Avg. epist. 147, 34 euangelicus (retract. 1, 1, 2 ecclesiastici. Epist. pontif. 375 [*a. 430*] Migne 50, 489[A] catholicus). un. eccl. 18, 47 p. 293, 30 Vind. ecclesiam suam demonstrent ... non in sermonibus et rumoribus Afrorum, non in conciliis episcoporum suorum, non in litteris quorumlibet -um. coll. c. Don. 1, 9 Pavl. Med. vita Ambr. 17 acerrimus nimium. Zacch. 1 praef.
ironice dictum (*fere is qui verbis rem obscurat, cf. d*): Hier. c. Ioh. 8 egregie. 35 acutissime. adv. Iovin. 2, 21 callidus. Avg. epist. 36, 8 urbicus. in psalm. 96, 11 nescio quis -r, qui doctus sibi videbatur. serm. ed. Mai 126, 8 sapientes illi magni arguti -es, inquisitores, eloquii quasi tonantes professores omnia ignoraverunt. c. Iul. op. imperf. 1, 94 constantissimus et subtilissimus. Mar. Merc. subnot. 7, 4 egregie perditorum magister et dialectice -r. 9, 3 tu aliud clausum in pectore, aliud promptum habens in lingua novus atque egregius -r. Clavd. Mam. anim. 1, 8 p. 47, 10 acutissimi et doctissimi -is ingenio ... praeventus. 1, 12 p. 53, 16 violentissimus -r nec istud intellegit.
fere i. q. interpres: Avg. c. Petil. 3, 52, 64 non indiget interprete nec -e aut demonstratore. de mend. 10, 17 licet ... vel dissertori ac -i atque praedicatori rerum aeternarum vel narratori aut pronuntiatori rerum temporalium. in psalm. 106, 8 ut ... officium a me non exspectetis -is, sed paene lectoris. Zacch. 2, 12 p. 1129[D] inter electos seniorum coetus divinorum intellectuum -r. Leo M. epist. 124, 1.
is qui euangelium praedicat: Victric. 24 qui credit, fidem in -e et sacerdote, non verba rimatur. Sidon. epist. 7, 9, 1 tam per authenticos quam per -es. *fere i. q. investigator, perscrutator:* Avg. civ. 3, 15 p. 117, 25 D. -r magis quam laudator fuit *Cicero.* serm. 294, 21, 20 doctr. christ. 4, 20, 39. c. Petil. 2, 32, 73 tu es ille maledicus conviciator, non veridicus -r. serm. ed. Mai 126, 7 nobilissimus -r (*i. Plato*). Physiogn. 22 hominem docilem, cogitatorem, natura -em (dispensatorem *cod. B*). Boeth. mus. 2, 8 p. 234, 23 de musica -r.
is qui dicit, loquitur: Boeth. in Porph. comm. sec. 1, 4 p. 144, 15 quae *decem rerum genera* vel intellegendo mens caperet vel loquendo -r efferret. c *i. q. collocutor:* Avg. epist. 33, 3 collatorem ... et -em, non assentatorem et adulatorem se esse cupiebat. c. Cresc. 1, 17, 21. d *i. q. homo litigiosus* (*cf.* Avg. c. Petil. 2, 53, 122 nonne qui nos audierit insanos potius litigatores quam Christianos -es ... iudicabit? c. Cresc. 2, 1, 1 ne contentiosissimus habeatur diligentissimus praedicator et ne litigator putetur impiger -r. epist. 167, 2 vaniloquis non -bus, sed litigatoribus): Ennod. epist. 9, 28, 3 p. 250, 2 quasi opinioni tuae -r occurro. Cassiod. var. 2, 3, 4 vehemens -r in libris, amoenus declamator in fabulis. *adiect.:* Avg. epist. 147, 29 nec ad hominem -em pulset, ... sed ad deum salvatorem.

fem. **disputātrīx,** -īcis. *i. q. dialectica* (*adiective*): Qvint. inst. 2, 20, 7 cum duo sint genera orationis, altera perpetua, quae rhetorice dicitur, altera concisa, quae dialectice, ... etiam -x virtus erit. 12, 2, 13 pars dialectica, sive illam dicere malumus -em (*J. C. Rolfe [Archiv 10 (1898), 239] cum aliis pro substantivo positum accipere maluit, id quod vix probes*).

deriv.: disputatorius.

disputātōrius, -a, -um [*a* disputare, disputator. *Th.*]. *de rebus:* Gloss. -a (*sc. ars*) dialectica. Avg. c. Cresc. 1, 14, 17 dialectica, quae ... fortasse latine -a vocaretur. soliloq. 2, 11, 19 -ae arti. Ambr. hex. 1, 6, 22 non -is (*ΠB*, disputationis *N*) me libramentis committo atque mensuris. *de homine:* Schol. Verg. Bern. ecl. 8, 70 Circe -a

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

erat et, qui aggrediebantur, illis illa asserebat. *adv.* **disputātōrĭē:** SIDON. epist. 9, 9, 10 scripseras ... dubia constanter, argumentosa -e (*i. dubie*).

disputātrīx *v. p. 1442, 73.*

✱**disputo,** -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* putare *vel* putus. *Th.*]. *de significatione*: VARRO ling. 6, 63 antiqui purum putum appellaverunt; ... sic is sermo, in quo pure disponuntur verba, ne sit confusus atque ut diluceat, dicitur -are. SERV. auct. Aen. 8, 522 putare est et discernere et in partes redigere, inde -are (*cf.* AVG. c. Cresc. 1, 15, 19 qui ... -at, verum discernit a falso. *v. p. 1441, 21. 1442, 4*). ISID. orig. 9, 4, 14 iure ... -are est iuste iudicare. GLOSS. *διαλέγομαι.* -at tractat, extimat. *συνζη⟨τεῖ⟩.* -vit *ἐφιλονίκησεν.* -andi *διαφιλονεικεῖν, μάχεσθαι.* *legitur inde a* PLAVTO, *deest poetis (praeter* TER. MART. *singulos locos*, COMM. *tres*, PLAVT. *quinque) et* CATONI SALL. LIV. VELL. CVRT. PETRON. PLIN. nat. *de depon.* -ari *v. p. 1444, 17.* [*dub. vel corrupt.*: COLVM. 2, 15, 1 (*leg.* dispon-). QVINT. decl. 313 p. 230, 2 †debet -ari. 365 p. 398, 25 si ... quattuor *iudices* in totidem -rent [discrep- *Aerodius*, dispartirentur *Schulting*] sententias. ITALA lev. 26, 15 (Lugd.) ut -etis (*an* dissipetis?) testamentum meum (*ὥστε διασκεδάσαι τὴν διαθήκην μου.* VVLG. ad irritum perducatis). *cf.* GLOSS. -atis (dissupatis *Götz*) bonis dilapidato patrimonio.]

de actione putandi i. q. ***ratiocinandi*:**

I ***sensu strictiore*** *de rationibus conficiendis*: PLAVT. Aul. 529 -ata est ratio cum argentario. *cf.* 527 putatur ratio cum argentario.

II ***sensu latiore*:** **A** *praevalet actio* ***reputandi*:** **1** *i. q. deliberare, secum volvere* (*saepe additur* secum, cum animo *sim.*): **a** *absolute*: CIC. Att. 8, 14, 2 ego tecum tamquam mecum loquor. quis autem est, ... quin varie secum ipse -et. SEN. contr. 7, 1, 24 diu mecum -vi. AMM. 20, 8, 11 cum animo -ans. **b** *c. obiecto*: PLAVT. Most 87 in meo corde ... eam rem volutavi et diu -vi. APVL. met. 11, 27 religiosum scrupulum ... apud meum sensum -o. *de secum colloquentibus*: APVL. met. 2, 7 haec mecum ipse -ans. 7, 12 ista sycophanta ego mecum maxima cum indignatione -o. HERM. Pal. vis. 1, 2, 2 me hoc -ante in corde meo (*ταῦτά μου συμβουλευομένου καὶ διακρίνοντος ἐν τῇ καρδίᾳ μου*). **c** *pro obiecto sunt locutiones praepositionales*: HERM. Pal. sim. 2, 1 cum ... considerarem ulmum et vitem et -rem de eis (*κατανοοῦντος ... καὶ διακρίνοντος περὶ αὐτῶν*). *ibid.* quid tu intra te -as de hac vite et ulmo? (*τί σὺ ἐν ἑαυτῷ ζητεῖς περὶ ...*). AVG. serm. ed. Mai 120, 3 attende, considera et inde -a, ista cogita, ne *eqs.* *additur enuntiatum*: HERM. Pal. sim. 6, 1, 1 cum ... de mandatis eius -rem esse ea bona (*συζητῶν περὶ τῶν ἐντολῶν, ὅτι*). **d** *sequitur enuntiatum*: SEN. benef. 4, 12, 3 nemo Tusculanum aut Tiburtinum paratu⟨ru⟩s salubritatis causa et aestivi secessus, quoto anno empturus sit, -at. HERM. Pal. sim. 2, 1 -o, quam sint invicem altera alteri decori (*συζητῶ*). Pal. vis. 3, 4, 3 qui -ant in cordibus suis, si vere haec ita sunt aut non (*διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, εἰ ...*).

2 *fere i. q. ambigere, dubitare*: de: CIC. off. 3, 11 de iudicio Panaeti dubitari non potest; rectene autem hanc tertiam partem ad exquirendum officium adiunxerit an secus, de eo fortasse -ari potest. VAL. CEM. hom. 20, 5 *coheredum testamenti fidem in dubitationem vocantium* alter de subscriptione patris -at. *cum obiecto vel absolute*: FRONTO p. 8, 22 N. homines ambigant, disserant, -ent, coniectent, requirant ... nostri amoris originem. AVG. civ. 16, 32 p. 176, 8 D. divino intonante praecepto oboediendum *est*, non -andum. PS. AVG. quaest. test. I 127, 12 quis hinc -et? quis dubitet? *sequitur interrogatio indirecta*: SEN. suas. 1, 4 Alexandrum eo dimittis, quod adhuc quid sit -atur? SEN. dial. 10, 6, 2 -atur, an ipse sibi manus attulerit. benef. 3, 33, 5 si quis sapientiam ... patri tradiderit, etiamnunc -bimus, an maius illi quiddam dederit, quam acceperat? epist. 14, 13 potest aliquis -are, an illo tempore capessenda fuerit sapienti res publica. PS. AVG. quaest. test. I 117, 6 nec -at *Abraham*, an fieri debet deo iubente parricidium. COD. Iust. 5, 70, 6 pr. antiquitas -bat, utrumne ... an ...; nos itaque eius ambiguitatem decidentes sancimus *eqs.* *cf.* AVG. epist. 54, 6 hinc, quin ita faciendum sit, -are, *ubi alii codices* dubit- *exhibent, alii* disput-.

B *praevalet actio* ***dicendi*:** *i. q.* ***argumentando disserere, exponere, tractare*:**

1 ***generatim*:** **a** *absolute*: PLAVT. Most. 1137 disceptator eccum adest; age -a (*i. causam age, expone*). LEX repetund. (Corp. I 2^2 583) 38 ioudex nei quis -et (*cf. Mommsen, Ges. Schr. I p. 55*). VARRO Men. 451 extispices -antes. CIC. Verr. 6, 7 neque ego ullam in partem -o. leg. agr. 3, 4 neque vero nunc ideo -bo. de orat. 2, 25 id me ... non hortatur ad -andum. orat. 146 ea, quae supra dicta sunt, plus in -ando quam ea, de quibus dicendum est, dignitatis habuerunt. rep. 2, 70 finis -andi (fin. 2, 119). 3, 26 in -ando vafri. fin. 5, 8 me in Academia tamquam philosophum -urum. nat. deor. 3, 72 parumne subtiliter -at ille in Eunucho? (*sequuntur versus. cf.* 73 *p. 1445, 84*). fat. 4 ita ... audiam te -antem, ut ea lego, quae scripsisti. epist. 3, 8, 5 -bant, ego contra disserebam; dicebant, ego negabam. LEX Clodia de exil. Cic. (Cic. p. red. in sen. 8) ne quis ad vos (*senatum*) referret, ne quis decerneret, ne -ret, ne loqueretur (*cf. Mommsen, Staatsr. III 942 adn. 5*). VITR. 5, 2, 2 vox ibi (*in curia*) -antium. TERT. pudic. 17 p. 257, 15 ex Iudaismo -are. CHAR. dig. 50, 4, 18, 26 Herennius Modestinus et notando et -ando bene et optima ratione decrevit. AVG. civ. 2, 14 p. 69, 8 D. non persuasit -ando (*cf.* RVT. LVP. 2, 12 VVLG. act. 18, 4. 19, 8). 17, 16 p. 237, 27 D. laboriosum -andi exponendique negotium. 19, 21 p. 389, 29 -ando explicat. *accedit* ut *adv. sim.*: CIC. leg. 1, 24 ita est, ut -atur (nat. deor. 2, 66 ut Stoici -ant. Tusc. 2, 9 ut actum -atumque est. APVL. apol. 15 ut alii philosophi -ant. PALLAD. 12, 5 sicut Februario -atum est. AVG. civ. 2, 16 sicut supra -atum est. 2, 21 p. 79, 20 D. sicut Cicero -at. 19, 23 p. 399, 10 sicut in libris praecedentibus -vimus). *additur abl.* (*abl. c. part. l. 13*): CIC. Planc. 12 ut illius contra te oratione potius quam mea -em. rep. 2, 22 ut ... -es non vaganti oratione, sed defixa in una re publica. Tusc. 5, 33 qui legibus impositis -ant. APVL apol. 89 pluribus -are. PROB. Verg. ecl. praef. p. 327, 3 *Theocritus* pastores inferebat ea lingua (*dialecto Dorica*) -asse. PS. RVFIN. in Os. 13, 13 iisdem coloribus -vit. VINCENT. LER. 11, 16 qui utroque sermone copiose et graviter -ret et scriberet. *adde*: COMM. instr. 1, 22, 13 -are (-ari *C, cf. Löfstedt, Phil. Komm. z. peregr. Aeth. p. 215*) parvo libello. RVFIN. hist. 2, 25, 8 cum ... scriptis (*ἐγγράφως*) -ret. *adduntur praepositiones*: CIC. Sest. 3 pro reo -andum. ITALA Os. 12, 4 (Tert. adv. Marc. 4, 39 p. 558, 18) -atum est ad eos (*ἐλαλήθη πρός*, VVLG. locutus est nobiscum). AVG. pecc. mer. 1, 26, 39 si ad singula testimonia similiter -emus.

b *c. obiecto: obiectum est substantivum*: PLAVT. Men. 50 ut hanc rem vobis examussim -em. CIC. Planc. 37 *causa* -ata hesterno die copiosissime a Q. Hortensio. off. 1, 161 quibus ex rebus breviter -atis. AGENN. grom. p. 60 L. (= p. 21, 12 Th.) ad hanc -andam materiam. TERT. praescr. 31 ad principalitatem veritatis et posteritatem mendacitatis -andam. TER. MAVR. 280 syllabas ... -atas attuli. CENS. 6, 6 -ata ratione. FVLG. myth. 2, 13 Melistus Euboicus, qui omnium fisiologorum sententias -vit. *obi. est pronomen vel adiectivum* (*additur abl. instr. infra l. 47*, cum *l. 31*): CIC. dom. 20 cum illis possum ... aliquid -are. p. red. ad Quir. 5 quorsum ... haec -o? (de orat. 1, 117 neque haec in eam sententiam -o. 2, 138. rep. 1, 53 haec fere ... et quaedam eiusdem generis ab iis ... -ari solent. ac. 2, 87 tractantur ista ingeniose, -antur etiam eleganter. off. 1, 128. Q. CIC. pet. 49 qui haec in hac populari parte petitionis -em. SEN. epist. 113, 26 haec -amus attractis superciliis? [*cf. p 1446, 54*]). de orat. 3, 54 omnia quaesita, audita, lecta, -ata, tractata, agitata esse debent (*cf.* Tusc. 2, 11 a quibus *haec eadem* inventa, -ata, conscripta sunt. PLIN. epist. 4, 23, 1 te ... multum -are, multum audire, multum lectitare). Tusc. 5, 18 etsi alio loco -ata sunt (off. 1, 6). 5, 94 hoc loco multa ab Epicureis -antur (off. 1, 4 cum multa sint in philosophia et gravia et utilia accurate copioseque a philosophis -ata. Att. 4, 2, 4 multa secundum causam nostram -vit. 9, 10, 7 multa -as huic sententiae convenientia). nat. deor. frg. 1 non esse illa vulgo -anda. epist. 3, 8, 3 idque me arbitror Synnadis pro tribunali multis verbis -visse. Att. 11, 8, 1 quo minus id -es scribasque ad me quam saepissime. TAC. dial. 14 qui ista -atis. APVL. apol. 67 quinque ... res sunt, quas me oportet -are (CHAR. gramm. I 122, 3 ratio ... quam sub Euandri nomine -vimus. AVG. civ. 4, 1 quae primo volumine -ata sunt. 18, 1). ITIN. [Silv.] 47, 2 -ante ... episcopo singula et narrante. COD. Theod. 16, 5, 45 (*a. 408*) -are ea et asserere, quae *eqs.* *nota* CIC. Scaur. 1 neque hoc a me novum -atur. *sequitur obiect. et* de (*additur abl. instr. l. 55*): CIC. Cluent. 87 quid ego haec pluribus quasi de re obscura -o? Sull. 64 quid ego de hoc plura -em? (Phil. 1, 22). prov. 8 de provincia, quod agitur, id -o. Phil. 13, 32 nihil -o de iure belli (leg. 2, 41). fin. 1, 5 quae ... de bene beateque vivendo a Platone -ata sunt (epist. 7, 32, 2 APVL. Plat. 1, 6 *bis* PALLAD. 11, 14, 1 AVG. civ. 6, 11). CAES. Gall. 6, 14, 6 multa ... de sideribus atque eorum motu ... -ant *druides* QVINT. inst. 7, 1, 49 hoc in commune de iure omni -andum *est*. SPART. Hel. 2, 3 de Caesarum nomine in huius ... vita est aliquid -andum. LAMPR. Heliog. 8, 5 coegit ... scriptores nonnullos nefanda, immo potius inepta (*Peter*, impia *Egnatius, v. adn. crit.*) de eiusdem ... luxuria -are. AVG. civ. 13, 22 si forte de angelis aliud credibilius -ari potest. SVLP. SEV. dial. 1, 9, 1 de familiaritatibus virginum et monachorum ... quam vera, quam fortia -vit *Hieronymus.* *obiect. et* super (*cf. p. 1445, 39. 1447, 63*): POMER. 3, 10, 1 his ... super invidia -atis. *sequitur obiect. et acc. c. inf.: saepe apud* CIC., *ex. gr.* Scaur. 4 Socrates ... permulta -at hanc esse mortem, quam nos vitam putaremus. leg. 1, 36 nisi separatim hoc ipsum, natura esse ius, -arint. fin. 2, 108 quod vero a te -atum est, maiores esse voluptates et dolores animi quam corporis. Tusc. 4, 59 idne -es, paupertatem malum non esse, an *eqs.* AVG. civ. 15, 27 p. 118, 6 D. illud quod -ant, tantae magnitudinis arcam non potuisse compingi. *sequitur obiect. et enuntiat. interrog. obliq.*: AVG. civ. 12, 11 ne multa -em, quem ad modum ... vanitas refellatur.

c *sequitur* **de** *sim.* (*inde a* RHET. Her. *et* VARRONE *per totam latinitatem.* super *p. 1445, 39*, circa *p. 1445, 43*): **α** de *aliqua re* (*maxime in philosophia aut arte rhetorica*): RHET. Her. 1, 10, 16 quoniam de rerum inventione -andum est. 3, 23, 39 de prooemiis quaerendis -amus. VARRO ling. 10, 55 qui de omni natura -ant. CIC. de orat. 1, 49 si ... Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus eis, de quibus -verunt, eloquentes ... fuerunt,

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sint eae res, de quibus -ant, in aliis quibusdam studiis. 1, 82 pro se quisque ut poterat de officio et de ratione oratoris -bat. 2, 21 de maximis rebus et gravissimis -antem philosophum. Brut. 31 in qua (*philosophia*) de bonis rebus et malis deque hominum vita et moribus -atur. orat. 10 quicquid est ... de quo ratione et via (*v. p. 1448, 59*) -etur (de orat. 1, 209 rep. 1, 38 off. 1, 7). leg. 3, 47 satis iam -atum est de magistratibus. fin. 1, 66 tribus ... modis video esse a nostris de amicitia -atum. Tusc. 3, 77 si quid sit de ipsius, qui maereat, *condicione vitae* -andum. 4, 9 Chrysippus et Stoici ... de animi perturbationibus -ant. 5, 1 est a nobis de ea re, quam tu ... probas, -atum. nat. deor. 3, 17 -bimus de providentia deorum. div. 2, 120 tam licet de his erroribus ... quam de somniis -are. off. 3, 7 *Panaetius* de officiis accuratissime -vit. NEP. Epam. 3, 3 in quo *circulo* aut de re publica -retur aut de philosophia sermo haberetur. VITR. 6 praef. 1 de philosophia -ans *Aristippus*. VAL. MAX. 8, 12 ext. 3 de crure ... -are. SEN. dial. 1, 3, 12 de morte -vit *Socrates* usque ad ipsam. epist. 49, 12 de iustitia mihi, de pietate -a, de frugalitate, de pudicitia utraque. COLVM. 3, 18, 3 cum de summa parte sarmenti -rem (*cf.* 5, 11, 12. 9, 1, 5. 12, 2, 1. arb. 3, 7. 26, 9). MIN. FEL. 8, 3 Abderiten Protagoram ... consulte potius quam profane de divinitate -antem. 19, 4 sit Thales Milesius omnium primus, qui primus omnium de caelestibus -vit. TERT. anim. 13 ipsi ... philosophi ipsique medici quamvis de animo ... -uri. AVG. civ. 10, 14 de providentia ... Plotinus Platonicus -at. *de rebus ab oratore causam agente -atis* (*additur abl. instr. l. 27*): RHET. Her. 2, 28, 45 alteram rem efferre, de re altera mentionem non facere aut neglegentius -are. CIC. Verr. 2, 148 de ... impudentia pluribus verbis -are. Cluent. 89 de his singulis -o iudiciis. Flacc. 94. orat. 26 de legibus -at *Demosthenes*. SEN. contr. 7, 6, 13 de facto servi ... -vit *Latro*. *de rebus ecclesiasticis et dogmaticis*: HIER. epist. 29, 1, 3 licet de scripturis sanctis -anti non tam necessaria sint verba quam sensus (36, 14, 2). 49, 14, 4 vides ... non de coniugibus nos exponere, sed de coitu simpliciter -are. 49, 15, 1 de ecclesiasticis dogmatibus -arunt. 50, 5, 4 non aeque inter fusa et calathos puellarum et inter eruditos viros de divinae legis dogmatibus -ari. VVLG. act. 24, 25 -ante (*διαλεγομένου*) ... illo de (*περὶ*) iustitia et castitate et de iudicio futuro. AVG. civ. 11, 1 de duarum civitatum ... exortu et excursu et debitis finibus, quantum valuero, -are ... aggrediar. 11, 34 de duabus ... societatibus angelorum ... quantum satis esse visum est, -vimus. super (*cf. p. 1444, 67. 1447, 63*): TERT. patient. 1 p. 1, 16 -are super eo. HIER. vir. ill. 65 super *διαφωνίᾳ* ... plenissime -at *Iulius Africanus*. VVLG. III reg. 4, 33 et -vit super lignis a cedro ... usque ad hyssopum ... et disseruit de *eqs.* circa: QVINT. inst. 1, 5, 34 circa hoc ... -atum est. *additur, quo libro vel quo libri loco disputetur* (*cf. p. 1444, 8. 9. 36. 41. 50. 62. infra l. 62. 68. p. 1446, 8. 10. 1447, 38. 1449, 38*). *abl.*: CIC. off. 2, 87 de *utilitate* hoc libro -atum est (3, 14 COLVM. 7, 5, 1). ad Brut. 1, 15, 3 tanta de re ... hoc loco -are. VITR. 4 praef. 1 secundo *volumine* de copiis materiae ... -vi. SEN. contr. 2, 5, 13 in ultima parte controversiae, qua de re publica -atur. PALLAD. 11, 4 de *vitibus* satis mense Februario -vi. BOETH. mus. 1, 2 p. 189 de hac ... instrumentorum musica primo hoc opere -andum videtur. in *c. abl.*: CIC. off. 2, 60 de hoc genere toto in iis libris, quos de re publica scripsi, diligenter est -atum (AVG. civ. 14, 11 p. 29, 11 D. satis quantum potui. 15, 12 p. 80, 1 sicut potui. 20, 1 tit. *ibid.* p. 407, 1. 20, 3 tit. 22, 2 p. 555, 20 BOETH. mus. 2, 8 p. 234 CASSIOD. in psalm. 50 pr.). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 215 mire in fine operis de fine -at vitae. LAMPR. Comm. 1, 1 de ... parentibus in vita Marci Antonini satis est -atum. HIER. epist. 36, 1, 4 Origenes in quarto Pauli ad Romanos *ἐξηγητικῶν* tomo de circumcisione magnifice -vit. 48, 2, 3 *περικοπήν*, in qua de virginitate ... -at. 49, 5, 2 in consequentibus de coniugio -antes. 49, 19, 5 Pythagoram et Archytam Tarentinum et Publium Scipionem in sexto *τῆς πολιτείας* de impari numero ... -antes. 59, 2, 2 in secundo volumine contra Iovinianum super hoc capitulo -asse me novi (AVG. civ. 19, 28. 20, 13 p. 438, 22 D.). epist. 61, 2, 4. BOETH. mus. 2, 14 p. 243 de his ... diligentius in arithmeticis -atum est. *adde*: HIER. epist. 55, 3, 1 de ... apostoli epistula, ubi de resurrectione -ans *eqs.* (AVG. civ. 1, 22). AVG. civ. 19, 19 unde iam superius -vimus. 22, 26 hinc in libro memorato, quantum oportuit, -vi. *sequitur praep. et acc. c. inf.*: CIC. Tusc. 2, 61 *Posidonium* graviter et copiose de hoc ipso, nihil esse bonum, nisi quod esset honestum, cubantem -visse. *sequitur praep. et enuntiat. interrog. obliq.*: VITR. 2, 1, 8 in primo *volumine* de artis officio, in hoc de naturalibus materiae rebus, quem habeant usum, -bo. SEN. benef. 2, 20, 1 -ari de M. Bruto solet, an *eqs.* nat. 6, 24, 1 CAPITOL. Ver. 9, 9 HIER. epist. 18B, 4, 1. **β** de *aliquo*: CIC. Sull. 82 neque ego praecipue de consularibus -o. de orat. 3, 83 cum de oratore -em (3, 85). HIER. epist. 21, 28, 1 de persona iunioris filii -atum est. 22, 28, 1 -are de feminis. 22, 36, 1 paene superflue de monachis -vi. AVG. civ. 6, 2 p. 247, 16 D. de hoc uno (*sc. Varrone*) ... -urus *Cicero*. SVLP. SEV. dial. 1, 8, 5.

d *sequitur acc. c. inf.*: CIC. dom. 19 ita -ant, se ... delaturos. Rab. Post. 16 ita -bant eos teneri legibus oportere. de orat. 1, 90 ut ... -ret nullam artem esse dicendi. fin. 4, 73 Tusc. 5, 111 nat. deor. 1, 31. 40. 3, 73 *adulescens in Caecili Synephebis* facilem et liberalem patrem incommodum esse amanti filio -at (*sequuntur versus, cf. p. 1443, 78*). div. 1, 99 quod quidem somnium Sisenna cum -visset mirifice ... cum re convenisse, tum insolenter ... -at somniis credi non oportere. off. 2, 35. epist. 5, 2, 1 in senatu cum -rem permultos esse. APVL. apol. 91 TERT. resurr. 52 LAMPR. Alex. 62, 3 TYCON. 2 p. 11, 14 apostolus ... copiose ita -at, maxime ad Romanos, in parte accipiendum, quicquid de toto corpore dictum est. SCHOL. Cic. Bob. p. 130, 34 St. *Φαίδων*, ubi copiosissime moriturus -at Socrates non illum interitum sui, sed animae potius esse discessum. AVG. civ. 4, 27 *al.* retract. 1, 13, 1 de vera religione librum scripsi, in quo multipliciter et copiosissime -atur unum verum deum ... religione vera colendum et quanta misericordia eius ... concessa sit hominibus Christiana religio.

e *sequitur enuntiat. interrog. obliq.*: CIC. Sest. 65 non -o, cuiusmodi civis. prov. 41 omnia ... repudiavi: quam sapienter, non -o. de orat. 2, 233. 3, 48. 75 orat. 101 leg. 3, 13 fin. 3, 18. 4, 28 Tusc. 5, 92 off. 2, 74. 3, 120. epist. 6, 6, 12 -rem etiam, quanto solacio tibi conscientia tui facti, quantae delectationi (*syn.* commemorarem *et* exponerem). 16, 12, 2 CELS. 1 praef. p. 12, 8 D. QVINT. decl. 344 p. 259, 1 APVL. apol. 55 flor. 9 p. 31 CAPITOL. Aur. 5, 4 HIER. epist. 65, 4, 4 AVG. civ. 1, 15 p. 27, 4 D. 10, 29 p. 450, 15. 21, 1.

f *sequitur* ut *vel* quod: PSALT. Rom. 63, 6 -erunt, ut absconderent laqueos (*διηγήσαντο τοῦ*, VVLG. narraverunt, ut). FILASTR. 121, 1 -antes, quod Graeci coeperint.

2 ***speciatim*** (*cf. ea, quae p. 1440, 33 sqq. monuimus*):

5 *fere i. q. disserendo docere* (*acced.* apud *l. 50, dat. l. 54*): SEN. epist. 52, 9 *philosophis* admittere populum ac -ere consuetudo est. SVET. gramm. 2 *Crates Mallotes* plurimas acroases subinde fecit assidueque -uit. 4 Principem . . . alternis diebus declamare, alternis disputare, nonnullis vero mane -ere, post meridiem remoto pulpito declamare solitum. APVL. apol. 15 apud iudices . . . paulisper disceptanti an apud omnes homines semper -enti? de finibus agrorum litiganti an de finibus bonorum et malorum docenti? TERT. anim. 16 p. 322, 14 rationale, quo docet, quo -it. HIER. epist. 53, 7, 1 quadam facilitate verborum, immo audacia -unt aliis, quod ipsi non intellegunt.

6 *i. q. disserendo explanare, interpretari* (*acced. dat. l. 66. 69. 72. p. 1464, 1. 3. 5. 6, abl. l. 71. p. 1464, 6*, in *c. abl. p. 1464, 11, fort.* in *c. acc. l. 64*): **a** *absolute*: EVCHER. form. 7 p. 42, 9 possunt et duo testamenta lapides molae significare, per quos labore -entium triticum veteris instrumenti in farinam euangelii convertatur. MAXIMIN. c. Ambr. 3 Maximinus episcopus . . . -ens dicit (*item* 8. 11. 13. 14. 17; *sed* 19 *et* 24 interpretans). **b** *c. acc.*: *rem*: *subst.*: TERT. anim. 48 p. 379, 20 somniorum . . . -endorum. adv. Marc. 5, 18 p. 641, 7 sententiam. pudic. 10 p. 239, 1 excusso . . . iugo ⟨in⟩ ethnicum (*Gel.*, ethnicorum *B*) -endi parabolas istas et . . . recepta necessitate . . . interpretandi. PS. ORIG. tract. 6 p. 57, 5 me . . . lectiones . . . alacritati vestrae -isse. 7 p. 76, 13 ut vim, rationem atque mysterium (HIER. in Ezech. lib. 11 praef.) lectionis . . . -am (*F*, ediss- *B*). 10 p. 105, 9 me . . . arduas paene et inextricabiles quaestiones . . . caritati vestrae -isse (HIER. epist. 49, 13, 6 VINDIC. med. 6). HIER. epist 5, 2, 2 *Rufinus* Canticum canticorum sublimi ore -uit. 45, 2, 2 divinos libros . . . nonnullis . . . -ui (in Zach. prol.: liber . . . eo tempore -endus est, quo . . . nullam moram patitur interpretatio). epist. 48, 2, 3 *περιχοπήν*. 48, 3, 2 cum sensum apostoli ventilaret atque -ret (in Gal. 5, 26 p. 515). 49, 16, 2 obscurum (61, 2, 2. CAES. AREL. suggest. p. 299 *syn.* reserare). 58, 10, 1 scripturas divinas. hom Orig. in cant. 2 p. 528 sermonem (in Ezech. 18, 5 *sqq.* p. 209). in Gal. 5, 13 p. 494 difficilis locus est et ita nobis -endus videtur (in Is. 1, 9 p. 18 in Ezech. 33, 1 *sqq.* p. 395 AVG. c. Iul. op. imperf. 1, 113). adv. Iovin. 1, 13 Gregorius . . . virginitatem et nuptias -ens Graecis versibus explicavit. in Is. 11, 1 *sq.* p. 155 *prophetiam* per partes volumus explanare, ne simul proposita atque -rta *eqs.* in Ezech. 48, 1 *sqq.* p. 604 superfluum est -rta -ere. adv. Rufin. 1, 20 Aristotelis volumina (PS. RVFIN. praef. in proph p. 960[C] Salomonis). praef. Vulg. Ios. editiones. RVFIN. hist. mon. 2 p. 406[B] cum . . . plurima nobis scripturarum capitula sapienter -isset. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 14 p. 40, 2 *significationem*. *pron. sim.*: DAMAS. Hier. epist. 35, 2, 1 mihi, quae subiecta sunt, -e. HIER. in Ier. 5, 27 *sqq.* p. 881 in Ezech. 9 praef. *ibid.* 10 praef. VVLG. Marc. 4, 34 discipulis suis -bat (*ἐπέλυεν*) omnia. RVFIN. Orig. in exod. 12, 1. 13, 1. Orig. in cant. 1 p. 93[A] quae nobis spiritali interpretatione -rta sunt. APRING. in apoc. praef.: quae scripta sunt, inculpabiliter -e⟨re⟩ et veraciter . . . depromere. 4, 7 quod maiores nostri personam Marci euangelistae significare describunt, et re vera apertissime et vere -itur. *hominem*: TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 524, 15 iudicem . . . in persona creatoris . . . -unt. PS. RVFIN. in Ioel 1, 4 ipso, quem -imus, propheta. **c** *c. dupl. acc.*: MIN. FEL. 19, 10 Cleanthes . . . mundum modo . . . modo aethera, plerumque rationem deum -uit. 26, 9 eos spiritus daemonas esse poetae sciunt, philosophi -unt, Socrates novit. CAEL. AVR. acut. 1 praef. 7 eius sectatores quidam residuam partem diffinitionis -entes stationem corpusculorum vel obtrusionem. CYPR. GALL. gen. 1271 leves spicas septenos -it orbes. **d** *seq. nom. c. inf.*: APRING. in apoc. 4, 10 quod ante sedem procedere dicuntur, et in throno in conspectu dei, et in memoria recondita esse, quae scripta sunt, -untur.

adduntur ***adverbia***: abscondite: CIC. fin. 3, 2. absolutius: AVG. civ. 5, 12 p. 211, 14 D. abunde: COLVM. 4, 33, 6. accurate: CIC. fin. 1, 31 COLVM. 7, 11, 3 (accuratius: CIC. nat. deor. 3, 65). acute: CIC. leg. 3, 14 Tusc. 4, 48 AVG. c. acad. 3, 3, 6 (acutius: CIC. fin. 4, 62. acutissime: CIC. fin. 3, 2). aliter: LIV. 44, 14, 5 HIER. epist. 48, 2, 3. altius: TAC. ann. 3, 25. anguste: CIC. part. 139. aperte: AVG. civ. 19, 2 p. 353, 3 D. (apertissime: APRING. in apoc. 4, 7). argute: CIC. ac. 1, 7. assidue: SVET. gramm. 2. bene: CIC. de orat. 2, 157 SALL. Catil. 52, 13. breviter: SALL. Iug. 111, 1 MOD. dig. 38, 10, 4, 3 HIER. epist. 29, 6, 1 AVG. civ. 19, 2 p. 353, 3 D. PALLAD. hist. mon. I 25 p. 312[A] (brevius: CIC. nat. deor. 1, 49). coactius: PAVLA Hier. epist. 46, 3, 4. comiter: GELL. 2, 2, 11. commodius: CIC. fin. 1, 63. composite: SALL. Catil. 52, 13. compte: SEN. epist. 75, 6. contemptim: LIV. 2, 56, 12. copiose: CIC. Flacc. 41 de orat. 3, 107 Tusc. 5, 8 GELL. 1, 26, 3. coram: CIC. leg. agr. 3, 16. curatius: TAC. ann. 2, 27. dialectice: CIC. fin. 5, 10. diligentius: QVINT. inst. 10, 1, 44 AVG. civ. 2, 11 p. 66, 7 D. 3, 9. 6, 9 p. 236, 32. 7, 6. 9, 23 p. 400, 22. 11, 8. 11, 28 p. 502, 19. 13, 2 p. 557, 13 *et* 558, 2. 13, 18 p. 581, 10. 20, 22 p. 463, 15. diutius: CIC. S. Rosc. 82 QVINT. inst. 2, 1, 7. docte: CIC. Tusc. 5, 8. dubitanter: CIC. ac. 1, 17. dupliciter: CIC. off. 1, 10. durius: CIC. ad Brut. 1, 3, 4. enucleate: AVG. civ. 16, 24 p. 161, 23 D. exertius: DICT. 5, 5. facundissime: APVL. Socr. 10 p. 143. ferocius: TAC. ann. 12, 21. frequentissime: QVINT. inst. 1 praef. 12. Graece: CIC. Att. 9, 4, 3 tum Gr. tum Latine. SVET. Claud. 42, 1 Gr. ac Latine. graviter: GELL. 1, 26, 3. 2, 2, 11. imperite: PLIN. nat. 35, 85. impune: LACT. inst. 5, 20, 15. inculpabiliter: APRING. in apoc. praef. inutiliter: COLVM. 4, 33, 6. 12 praef. 7. Latine (*v. supra l. 44*): DICT. epist. Sept. p. 1, 16 M. AMM. 16, 5, 7. latius: PRISC. gramm. III 456, 38 AVG. civ. 2, 21 p. 80, 9 D. libentius: APVL. flor. 6 p. 20. longius: CHAR. gramm. I 186, 30. modeste: TAC. hist. 1, 90. modice: SALL. Iug. 111, 1. nervosius: CIC. off. 3, 106. obscure: CIC. ac. 1, 7. oratorie: CIC. fin. 5, 10. plenius: SPART. Hel. 2, 9 AVIEN. ora 4, 631 HIER. epist. 58, 6, 2 in Is. 1, 9 p. 18 (plenissime: AVG. c. Iul. op. imperf. 1, 113). *πολιτικῶς*: CIC. Att. 7, 8, 4. praeclare: CIC. Att. 16, 11, 4 COLVM. 2, 9, 12. principaliter: BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 26, 7. prolixius: HIER. epist. 42, 3. prudenter: CIC. Tusc. 4, 48. publice: APVL. apol. 5. 24. 55. 73. recte: CIC. orat. 116. sapienter: RVFIN. hist. mon. 2 p. 406[B] PALLAD. hist. mon. I 25 p. 312[A]. separatim: CIC. div. 1, 9. similiter: HIER. praef. Vulg. Ios. singillatim: SALL. Iug. 42, 5. sollertissime: APVL. apol. 49. splendidius: CIC. off. 3, 20. subtiliter: CIC. Flacc. 41. *cf. p. 1462, 80.* summatim: VAL. MAX. 1 praef. suppliciter: LIV. 33, 16, 9. tenuiter: CIC. orat. 46. tripliciter: HIER. in Ezech. 33, 1 *sqq.* p. 395. varie: TAC. hist. 4, 81 ann. 1, 11. 3, 59 SERV. Aen. 1, 1. uberius: AVG. civ. 2, 21 p. 80, 9 D. vere: APRING. in apoc. 4, 7. ulterius: VAL. MAX. 8, 9 ext. 3. universaliter: AVG. civ. 9, 3.

deriv.: dissertio, disserto, dissertor. *comp.*: edissero.

3. dissero, -āvī, -āre *a* dis- *et* serare. *i. q. discludere, reserare*: TER. MAVR. 98 vocalia rictum nisi iuncta -arint.

disserpo, -ere *a* dis- *et* serpere. *i. q. diffundi*: LVCR. 6, 547 late -unt inde tremores.

dissertātio, -ōnis *f. a* dissertare. *plur. inde a* GELL. *p. 1465, 3.* GLOSS. -es (dissentationes *codd.*) disputationes. [*loc. dub.*: HYG. grom. p. 113, 17 L. (= p. 73, 23 Th.) *ne* sit dissertatio (*Lachmann*, discertatio *Arcer. s. VI, Gud. s. IX*, disceptatio [p *ex* r] *Palat. s. IX, prob. Thulin*), quis ante sortem tollere debeat. DON. Ter. Ad. praef. p. 8 *Aeschini* cum Micione patre facetissimam -em (*A C V*, disceptationem *dett., prob. Wessner*).]

1 *i. q. tractatio, disputatio*: GELL. 17, 13, 11 longioris -is est. CHALC. comm. 87 initium. GENNAD. vir. ill. 9 novum testamentum compendiosis -bus . . . expositum. RVFIN. Orig. princ. 1, 9 post eam -em, quam de patre . . . digessimus. AVG. gen. ad litt. imperf. 13, 40 p. 488, 22 quod non paucis verbis, sed subtilibus -bus (dissertionibus *al.*) . . . doceri potest. MACR. sat. 1, 24, 16 si tantae -i sermo non cesserit, promitto fore ut Vergilius noster pontifex maximus asse-

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ratur (*cf.* AVELL. p. 745, 12 licet invalide -is possim referre sermonem). **2** *fere i. q. oratio* (*docendi causa habita*): PAVL. FEST. p. 286 Cato in -e consulatus. GELL. 1, 2, 6 -um (*i.* διατριβῶν) Epicteti digestarum ab Arriano primum librum (17, 19, 2). 12, 1 tit. -o Favorini philosophi. 14, 3, 5 qui -es istius modi Socrati attribuerent. **3** *i. q. explanatio*: MACR. sat. 3, 2, 3 -em huius vocabuli exsecutus est.

dissertātor, -ōris *m. a* dissertare. *is qui contra disserit*: PRVD. apoth. 782 occurrit dubitans hic -r et illud obicit. *is qui (scripturas sacras) explanat*: CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 135, 10 quamquam nonnullis -bus proferendis . . . supersederim.

dissertim *v. p. 1376, 37.*

dissertio, -ōnis *f. a* 2. disserere. GLOSS. ἀμφισβήτησις. *plur. l. 22. 40.* [*loc. dub.*: LIV. 41, 24, 10 cur exsecrabilis ista nobis solis velut -o iuris humani est? (-o *prob. Harant, emend. et adnot. ad T. Liv. 1880 p. 227 sq., idem valere quod* disiunctio *et conferendum c.* consertio *statuens*; desertio *ed. Bas. 1531*, discerptio *Madvig*, dissaeptio *Seyffert*, discretio *dubit. Novák*). *loc. corrupt.*: SEN. epist. 20, 2.] *cf.* disertio.

i. q. actio disserendi: **1** *i. q. tractatio, disputatio*: GELL. 19, 12, 3 in ea -e . . . huiuscemodi sensus est. HIER. adv. Pelag. 3, 6. IVLIAN. Aug. c. Iul. op. imperf. 4, 69 -bus . . . obviam ire (discessionibus *var. lect.*). CASSIAN. c. Nest. 3, 14, 3 longum est ire per singula, quae prolixissimam et copiosissimam -em numero sui faciunt. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 85, 9 placuit . . ., ut, quoniam hesterna -o speciem explicuerat, alterius expositionis principium de sequenti differentia sumeretur. **2** *i. q. explanatio, interpretatio*: HIER. in eccles. 3 p. 408 quia non necesse est per singulos versus ponere, quid interpretentur et sentiant, perstringam breviter, latiorem super hoc -em lectoris ingenio derelinquens. in Gal. 1, 15 p. 390 haec . . . simplicius dicta sunt et absque altiore -e possunt utcumque placere lectori (PS. AVG. serm. 74, 1 quamvis altiore -e [*sic ed. Benedict. V a. 1683*, discussione *Migne*] aliquid secretius et sacratius possit intellegi). in Matth. 13, 13 *sq.* p. 89 rogemus eum -em parabolae. epist. 49, 17, 7 RVFIN. Orig. in num. 13, 3 GAVDENT. serm. 18 p. 972[A]. EVCHER. form. 4 p. 23, 18 quando scripturae sacrae manifesta -o est. VEN. FORT. vita Hil. 14, 51 quam fuit in -e providus, in tractatu profundus. ORIG. in I reg. 9 p. 1006[C] oportebat . . . nos et de orationis modo . . . et de elevatione manuum . . . non solum usitatis et attritis, sed et aliquantum innovatis -bus explanare. **3** *i. q. argumentum*: HIER. in Gal. 1, 4 p. 380 in tam profundas incidunt quaestiones, ut . . . infinita volumina super hac -e condiderint. **4** *i. q. sermo*: ISID. diff. 1, 578 sermo . . . a serendo dictus, quod nos cum praepositione dicimus a disserendo. hinc et sermo sancti Hilarii et Augustini dicitur, id est -o Hilarii et Augustini.

disserto, -āvī, -ātum, -āre *a* 2. disserere. *scribitur* disert- *ex. gr.*: VEN. FORT. Mart. praef. I 1. GLOSS. φράζω. -ans dicens. perorans. [*loc. corrupt.*: IVL. VAL. 3, 26.]

1 *i. q. verbis litigare, disceptare*: PLAVT. Men. 809 dic mi istuc . . ., quod vos -atis. CATO or. frg. 40, 6 quid ego cum illo -em amplius. **2** *i. q. (saepe) disserere, exponere, tractare*: **a** *absolute*: GELL. 6, 14, 9 *Carneades, Diogenes, Critolaus* magno conventu hominum -erunt (MACR. sat. 1, 5, 15). APVL. apol. 7 sive in auditorio -et. flor. 18 p. 83. CLAVD. MAM. anim. 3, 9 p. 169, 2 sic . . . -as (*sequitur or. dir.*). **b** *c. obi.: pron.*: TAC. ann. 12, 11 haec atque talia -vere. CLAVD. MAM. anim. 2, 10 p. 141, 14 (desertavimus *vel* discretavimus *al. codd.*). VEN. FORT. Mart. praef. I 1 quidquid in his vel stropha veterum vel praesentium sophisma plerumque -at. *praeterea acc. c. inf.* (*cf. infra l. 61*): APVL. Socr. 14 p. 150 id potius praestiterit Latine -are, varias species . . . perhiberi. *subst.*: TAC. hist. 4, 69 vim Romanam pacisque bona -ans et sumi bellum. **c** *sequitur* de *vel* super: GELL. 1, 26, 7 saepe *Plutarchum* de malo irae -visse. APVL. apol. 5. CHALC. transl. 50[A] apertius . . . de eodem erit -are (εἰπεῖν) conandum. MART. CAP. 9, 930. CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 105, 9 *Philolaus* multis voluminibus de intellegendis rebus et quid quaeque significent, oppido obscure -ans. *ibid.* p. 108, 7 cum super statu hominis -are coepissem. 2, 7 p. 128, 12. **3** *i. q. colloqui*: TAC. ann. 13, 38 rectius de iis, quae in publicum consulerentur, totis exercitibus coram -uros respondit (*cf. antea* colloquio). CASSIOD. or. frg. p. 476, 17 cum legatis saepius necessaria -bas (disserabas *cod.*). **4** *i. q. dicere, loqui*: MART. CAP. 4, 339 debetis . . . insolentiam perferre sermonis, qui Graiam (*sc. Dialecticam*) -are Latialiter compulistis.

comp.: edisserto.

dissertor, -ōris *m. a* 2. disserere. GLOSS. expositor. σοφιστής. NON. p. 328, 29 interpres dicitur obscuri -r. SERV. Aen. 2, 149 'edissere' . . . ordine cuncta narra, unde, qui plane loquuntur, -es fiunt. AVG. de mend. 10, 17 vel -i ac disputatori atque praedicatori rerum aeternarum vel narratori aut pronuntiatori rerum temporalium . . . mentiri . . . numquam licet. *Lackenbacher.*

dissertus *v. p. 1378, 18.*

dissicio *v.* disicio. **dissico** *v.* disseco.

dissidentia, -ae *f.* [*a* dissidens, dissidere. *Th.*]. GLOSS. distantia, differentia. PLIN. nat. 29, 75 dominante eadem illa rerum -a. ARNOB. nat. 3, 34 neque ut sunt trinae dissimilitudines nominum, personarum -as (diffid- *cod.*) tres esse.

***dissideo,** -sēdī, -ēre [*a* dis- *et* sedere. *Th.*]. dissed-: CYPR. domin. orat. 23 *S saec. VI/VII* (*sed* 24 dissid-). *al. perf. in codd.* -sid-: VAL. MAX. 2, 8, 2 PLIN. nat. 18, 213 QVINT. decl. 321 p. 261, 20 PS. QVINT. decl. 9, 3. *formae supini non leguntur. pass.: p. 1467, 26. 28. 77. 81.* GLOSS. διχοστατῶ (*cf. p. 1467, 3*). διαφέρομαι. -et διαχωρίζεται. dissentit, distat, discordat. -ens ἀποκεχωρισμένος. *v. etiam supra p. 695, 65; de* CIC. Tim. 44 *v. p. 1468, 18. legitur notione translata inde a* L. CRASSO (*infra l. 71*), *siquidem Crassi ipsius verba apud* CIC. *l. c. leguntur, et* RHET. Her. (*p. 1468, 10*); *notione propria inde a* VERG. (*v. I A 1*). [*corrupt.*: *v.* desideo *supra p. 696, 7*; desido *supra p. 713, 60*; discedo *scribendum* (*sec. Momms. et P. M. Meyer*): NOVELL. Theod. 3, 8.] des- *pro* diss- *perperam exhibent codd. nonn.* PAVL. NOL. carm. 28, 35. 206. disc- *pro* diss-: CIC. ac. 1, 34 *dett.* HYG. astr. 4, 14 p. 118, 9 (*v. l. 31*).

I ***proprie:*** *de situ*: **A** *de separatione locali* (GLOSS. -et distat): **1** *generatim* (*non in oratione pedestri*): **a** *de locis*: VERG. Aen. 7, 370 omnem equidem sceptris terram quae libera nostris -et externam reor. PROP. 1, 12, 4 tam multa illa meo divisa est milia lecto, quantum Hypanis Veneto -et Eridano. SEN. Thy. 125 Isthmi . . . regna Corinthii et portus geminos et mare -ens. CLAVD. 15, 159 quod Nilus et Atlas -et, . . . hoc sibi transscripsit proprium. carm. min. 31, 56 Libycae -et ora plagae (*i. longe a nobis distat*). **b** *de homine*: SEN. Oed. 620 ab omni -et turba procul . . . Laius. **2** *speciatim in astronomia*: SEN. nat. 7, 12, 5 ista *sidera* nobis vicina videntur, ceterum intervallis ingentibus -ent. HYG. astr. 1, 8 terra mundi media regione collocata, omnibus partibus aequali -ens intervallo (3, 8 Cepheus . . . tanto -et intervallo a pedibus Arcti minoris, quantum . . . . 3, 10 brevi intervallo -ente. 3, 39. 4, 14 p. 118, 9 [discedente *codd., ut videtur*]).

B *de inaequalitate situs*: HOR. epist. 1, 1, 96 vel si toga -et impar (SCHOL. non aequalis sedet in umeris). QVINT. inst. 1, 11, 10 *vidi supercilia* aliorum etiam -entia, cum alterum in verticem tenderet, altero paene oculus ipse premeretur (11, 3, 79 vitium in superciliis, si . . . inaequalitate . . . -ent). 1, 11, 16 ne caput oculique ab alia corporis inclinatione -eant (*cf. etiam* 11, 3, 165 ubi non -ens a voce permittitur gestus quoque).

II ***translate:*** *i. q. discrepare*: **A** *de studio vel affectibus animi* (GLOSS. -et discordat): **1** *generatim*: CIC. fin. 1, 44 *cupiditates* inter se -ent atque discordant. 1, 58 animus (*cf. l. 43. 52*) a se ipse (*cf. l. 56. p. 1467, 80*) -ens secumque discordans. VAL. MAX. 4, 2, 1 privatis inimicitiis. 4, 2, 2 -ente animo (*sc. a collega*). 4, 2, 3 odio -entes. PHAEDR. 1, 30, 1 humiles laborant, ubi potentes -ent (*ad 2?*). 3, 10, 56 ambitio namque -ens (*i. sibi ipsa repugnans*) mortalium aut gratiae subscribit aut odio suo. SEN. contr. 1, 1 them. duo fratres inter se -bant (*cf.* SEN. benef. 5, 20, 1 QVINT. decl. 328 p. 287, 3 [*cf. etiam* 321 p. 261, 20] GELL. 2, 12, 5). 10, 2, 1 -emus, quia nimium similes sumus. SEN. benef. 1, 10, 3 vitia . . . inter se -entia tumultuantur (*cf.* dial. 7, 8, 6 -ent vitia [*opp. virtutum* consensus atque unitas]. epist. 56, 5 avaritia luxuriaque). epist. 18, 2 ne -ere videremur cum publicis moribus. PETRON. 100, 2 fraudavique animum -entem (*cf. Büch. in ed. mai.*). CYPR. domin. orat. 23 sic nec sacrificium deus recipit -entis et ab altari revertentem prius fratri reconciliari iubet. 24 discordans et -ens et pacem cum fratre non habens. PS. CATO dist. 1, 4 conveniet nulli, qui secum -et ipse. PANEG. 6 (7), 13, 4 familias. HIL. in Matth. 10, 12 familiam inter se eiusdem modi -ere. 10, 24 a patris et matris affectionibus -emus. AMM. 15, 5, 8 -ens a mandatis, quae proficiscenti sunt data. AVSON. 362, 35 -et ambiguis semper mens obvia votis (*v. supra l. 41*). CASSIOD. in psalm. 118, 158 pactum est inter -entes affectu gratiae definita condicio (*cf.* NICET. appell. 3, 15 pax dicitur *Christus*, quia -entes in unum collegit). *apud astrologos de universa naturae contrarietate, speciatim de sideribus*: MANIL. 2, 418 brumae -et aestas (*syn.* repugnat). 2, 606 utque sibi caelum (*cf. quae antecedunt* 2, 469 *sqq.*), sic tellus -et ipsi (*Bentley*, ipsa *codd.*) atque hominum gentes inimica sorte feruntur. PS. CENS. frg. 3, 8 (= SCHOL. Germ. Sang. p. 223, 12) cetera *signa zodiaci* -ent (*opp.* habent maximam consensionem).

2 *speciatim: in vita publica* (*de discordiis civilibus, factionibus, seditionibus, bellis sim.*): GLOSS. διχοστατῶ. L. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 170 semper a bonis -isti (-sensisti *codd. integri*). CIC. Verr. 6, 182 *homines nobiles* quasi natura et genere diiuncti sint, ita -ent a nobis animo ac voluntate. Font. 6 turbulentissimo rei publicae tempore, cum . . . maximi exercitus . . . -rent †iudiciis ac legibus. leg. agr. 2, 91 non contentione, non ambitione discordes *Capuani.* nihil enim supererat, de quo certarent . . . nihil, ubi -rent. Sest. 104 ut popularis cupiditas a consilio principum -ret (*syn.* dissentire). 130 qui ab hac . . . voluntate bonorum . . . -ret. prov. 41 a vestris (*patrum*) sanctissimis mentibus -ere. Balb. 30 nullam esse gentem . . . tam -entem a populo Romano odio quodam atque discidio (*opp.* fide benevolentiaque coniunctam). har. resp. 54 cum Octavio collega Cinna -edit. 55 -ent principes. Pis. 3 -entibus consulibus. 81 ne tum quidem *me odisse potuit Caesar*, cum -bamus. leg. 3, 35 a . . . nobili homine . . . sed . . . -ente a bonis. rep. 1, 31 senatus alteram par-

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tem -entem a vobis. Marcell. 30 diversae voluntates civium fuerunt distractaeque sententiae; non enim consiliis solum et studiis, sed armis etiam et castris -bamus (Gloss. *ad h. l.* διχοστατῶ). Brut. 223 *Q. Caepio*, nimis equestri ordini deditus, a senatu. Lael. 2 cum is ... capitali odio (*cf. p. 1466, 80. infra l. 17. 20. 46*) a Q. Pompeio ... -ret. Phil. 11, 15 me non cum homine solere, sed cum causa -ere. 12, 27 gravissime -entibus (dissent- *al.*) civibus. 13, 8 voluntate a re publica -ere. Att. 1, 13, 2 *consules* leviter inter se -ent. 7, 6, 2 me in tantis rebus a Pompeio -ere. Sall. hist. frg. 4, 37 -ere inter se coepere. Nep. Dion 8, 2 quod inimici⟨s⟩ eius -entes (*i.* οἱ στασιάζοντες, -is *fere codd.*) suos sensus aperturi forent. Hann. 10, 2 -bat ab eo (*sc. Prusia*) ... Eumenes ... bellumque inter eos gerebatur. Hor. carm. 3, 8, 20 Medus infestus sibi luctuosis -et armis. Liv. 38, 32, 6 qui, -entes in publica re (*B*, re publica *vulg.*), tum quoque minime inter se convenientes orationes habuerunt. Pavl. Fest. p. 231 -ente plebe a patribus. Val. Max. 1, 6, 10 armis cum collega suo -ens Cinna. 2, 9, 6. 3, 7, 7 a quo in administratione rei publicae ad multum odium -bat (3, 8 ext. 1 acerrimo studio secum in administratione rei publicae -entem). 5, 1, 3. 7, 2, 6 inimicitiis acerrime inter se -entes. 7, 6, 4. 9, 3, 3 quanto inter se odio Karthago et Roma -rent. Phaedr. 1, 30, 1 *v. p. 1466, 44.* Stat. Theb. 1, 170 iam murmura serpunt plebis Echioniae tacitumque a principe vulgus -et. Frontin. strat. 2, 5, 18 qui -bant (*sc. milites seditiosi*). Tac. ann. 1, 46 -eat interim miles. 1, 55 spes incesserat -ere hostem in Arminium ac Segestem. Svet. Tib. 37, 2 caede in theatro per discordiam admissa capita factionum et histriones, propter quos -batur, relegavit. Flor. epit. 1, 23, 2 -isse quondam humanos ... artus. 3, 5, 30 -entibus de regno fratribus. 3, 17, 5 sic urbe in una quasi in binis castris -batur. Ampel. 19, 1. Apvl. Socr. 17 p. 158 columina ... exercitus -ent, Agamemnon ... et Achilles. Treb. Gall. 14, 6. Arnob. nat. 7, 12 hostilibus ... armis. Vir. ill. 76, 2 bello sociali -entibus Romanis. Hil. c. Const. 23 tuis ipsis -es et adversus tuos hostis rebellas. Amm. 25, 5, 8 Iovianorum signifer ... cum novo -ens principe. 30, 4, 20 inter se hostiliter. Hier. epist. 18ᴬ, 4, 4 Iudaeos inter se -entes (*cf.* act. 28, 25 ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους. Vvlg. cumque invicem non essent consentientes). in Is. 19, 25/26 p. 299 *populi* contra se hostiliter. Rvfin. Orig. in gen. 14, 3 p. 238 non semper pacem habet cum Isaac, sed aliquando -et, aliquando pacem requirit (*cf. ibid.* neque in dissensione semper potest esse). Clavd. 15, 237. Pavl. Med. vita Ambr. 6 turbulentissime. Oros. hist. 5, 1, 14 -bat diversitas potestatum. Marcell. auct. chron. II p. 104, 536, 2. *de animalium quoque inimicitiis proeliisque*: Colvm. 9, 9, 6 *de apibus*: pugna ... vel unius inter se -entis vel duorum examinum discordantium (*ibid.* -entes reges). Plin. nat. 8, 91 *animalia* sciunt ... hostium adversa, norunt sua tela, norunt occasiones partesque -entium imbelles. 10, 203 -ent olores et aquilae *eqs.* 10, 206. *de arboribus*: Plin. nat. 24, 1 quercus et olea tam pertinaci odio -ent.

B *iudicio, ratione, sententiis sim.* (*imprimis de variis philosophorum sectis atque doctrinis*): Cic. leg. 1, 53 *Zeno et Academia* de re una solum -ent, de ceteris mirifice congruunt. ac. 1, 34 *Strato* in ea ipsa (*investigatione naturae*) plurimum -edit a suis. 2, 132 de qua (*definitione summi boni*) qui -ent, de omni vitae ratione -ent. 2, 143 inter se. *ibid.* cum Cleanthe ... multis rebus Chrysippus. *ibid. ille* et *ille* multis in rebus. fin. 3, 41 sententias ... philosophorum re inter se magis quam verbis -ere. 4, 2 non verbis Stoicos a Peripateticis, sed universa re et tota sententia (*abs.* leg. 1, 54 fat. 44). 4, 3. 4, 72 videsne ... Zenonem ... cum Aristone verbis consistere (*cf. vol. IV p. 466, 83*), re -ere; cum Aristotele et illis re consentire, verbis discrepare? nat. deor. 1, 5 res ... nulla est, de qua tantopere ... docti dissentiant; quorum opiniones cum tam variae sint tamque inter se -entes. Tusc. 1, 55 qui a Platone ... et ab ea familia -ent. 5, 120 *inter Peripateticos et Stoicos* causam esse -endi negabat. off. 1, 2 nostra ... non multum a Peripateticis -entia. epist. 12, 17, 2 te a (*M, om. HD*) iudicio nostro, sic scilicet, ut doctum hominem ab non indocto, paulum -ere. Hor. carm. 2, 2, 18 redditum Cyri solio Phraaten -ens plebi (*pars codd., Porph. ad h. l., Prisc. gramm. III 268, 27*; plebis *al.*) numero beatorum eximit Virtus. Vell. 2, 80, 2 -endo in consiliis Caesari[s, *del. Acidalius*] et semper diversa iis, quae aliis placebant, dicendo. Val. Max. 2, 8, 2 si, dimicandum necne esset, contrariis inter vos sententiis -issetis. Phaedr. 3, 3, 12 variis -ent sententiis. Sen. dial. 2, 16, 3 non est, quod putes magnum, quo -emus. 8, 3, 2 duae maxime et in hac re -ent sectae, Epicureorum et Stoicorum. epist. 82, 18 -ent inter se iudicia facientis. 88, 5 *philosophorum placita* inter se -ent. 102, 12 *omnes boni* -ere non possunt. nat. 7, 4, 1. Plin. nat. 18, 213 eorum *astronomorum*, qui in eadem regione -edere, unam discordiam ponemus exempli gratia. 29, 6 -eruntque hae scholae. Tert. adv. Marc. 5, 12 p. 617, 21 de disciplina, non de divinitate -batur. Arnob. nat. 2, 19 non habere diversas, non plurimas -entisque sententias. Lact. inst. 1, 1, 18 cum *philosophi* inter se magna concertatione -eant secumque ipsi plerumque discordent. 1, 5, 22 Aristoteles quamvis secum ipse -eat. Char. gramm. I 146, 11 nam et tonitrua an tonitra dici debeat -etur. Avg. civ. 6, 5 p. 253, 20 D. -entium multitudo sectarum. 18, 41 p. 319, 4 Svlp. Sev. dial. 1, 7, 3. 1, 24, 3 clericos. Sidon. epist. 2, 12, 3 medicorum consilia ... assidentum -entumque (*i. dissentientium inter se, nota lusum verborum*). Clavd. Mam. anim. 181, 20 te tam -entia tamque diversa uno ... momento ... dixisse. Boeth. cons. 3, 2, 74 variae -entesque sententiae (*cf. p. 1467, 59*). Cassiod. art. 3 p. 1179ᴬ in quo philosophus ab oratore ac dialectico ... -eat. *apud Christianos haud raro i. q. haereticum esse*: Hil. ad Const. 2, 10 sub synodo -enti (*i. Ariana*). Cod. Theod. 16, 5, 45 (*a. 408*) qui ab ecclesiae catholico (catholice *v. l.*) sacerdote -et. Ivlian. Aug. c. Pelag. 1, 24, 42 episcopi, qui nunc -ent.

C *i. q. differre, non convenire qualitate, natura, condicione* (*cum de hominibus, tum de rebus incorporeis*): Rhet. Her. 2, 9, 13 cum voluntas scriptoris cum scripto -ere videbitur. Cic. inv. 1, 17 nam tum verba ipsa videntur cum sententia scriptoris -ere (*syn.* inter se discrepare). 2, 110 genere et prima conformatione eas (*sc. omnes causas*) ... -ere. rep. 1, 60 iracundiam ... -entem a ratione. Tusc. 4, 29 vitium *appellant*, cum partes corporis inter se -ent. 4, 34 *perturbationes* inflammant *libidine* impotentiam quandam animi a temperantia et moderatione plurimum -entem. Tim. 44 motus animi, comites superiorum et his etiam contrarios (*sic codd., cf. Plasberg*) -entes (*Plat. Tim. p. 42 B* καὶ ὁπόσα ἐναντίως πέφυκε διεστηκότα). off. 2, 8 *temeritas* a sapientia -et plurimum. Ov. epist. 7, 36 matris ab ingenio -et ille (*Amor*) suae. 16, 252 a verbis facies -et ista suis. met. 15, 648 -et et variat sententia. fast. 3, 662 nec a veri -et illa (*fama*) fide. Pont. 1, 6, 6 nec minus a studiis -et illa (*feritas*) tuis. Sen. benef. 2, 29, 2 ex diversis ac -entibus bonis. epist. 5, 7 ista (*sc. timere et sperare*) cum videantur -ere, coniuncta sunt. 66, 19 *gaudium et dolor* magno inter se -ent spatio. 84, 7 unus numerus fit ex singulis, cum minores summas et -entes computatio una comprendit. 120, 9 specie quidem vicina, re autem plurimum inter se -entia. 122, 17. Colvm. 1 praef. 7 cetera diversa et quasi repugnantia -ent a iustitia. 2, 2, 3 qualitatum inter se -entium (*syn.* discordantium). Plin. nat. 32, 121 *polypum* ferro ... inici vitiumque trahere natura -ente (*i. abhorrente a contactu ferri*). 37, 61 adamas -et cum magnete in tantum, ut *eqs.* Qvint. inst. 3, 8, 51 neque enim minus vitiosa est oratio, si ab homine, quam si ab re, cui accommodari debuit, -et. Gell. 13, 25, 4 si duo haec verba idem significant neque ulla re aliqua -ent. 18, 1, 8 id maxime -ere neque convenire ... quod, qui profiteretur ... idem contra negaret. Ter. Maur. 2032 *cola* quae modo sola -bant (*i. non conveniebant*). Tert. adv. Marc. 5, 2 p. 574, 7 verisimile non est *Apostolorum Acta* ... ex parte quidem apostolo convenire, ... ex parte vero -ere. Hil. syn. 23 -entium a se animantium (*i. serpentium et columbarum*) inesse nobis voluit naturam. myst. p. 18, 3 ut nihil sibi in his, quae ... in domino expleta sunt, nec loco nec tempore nec ratione -eat. in psalm. 54, 4 orationes leves, -entes (*i. secum non convenientes? sed fort. scribendum* diff-), inutiles. Mar. Victorin. gramm. VI 102, 11 alia consentanea ... ratione iunguntur, alia ex -enti ac contraria, quae Graeci κατὰ συμπάθειαν καὶ ἀντιπάθειαν appellant. Avson. 313, 2 quicquid impar, -et. Hier. epist. 13, 4 oratione -ente cum factis. hom. Orig. in Ezech. 1 p. 890 inter se -entes deos (*sc. Veteris et Novi testamenti*). in Ioel 1 p. 171 *perturbationes* duae ... mutuo -entes (*syn.* sibi contrariae). Clavd. 10, 314 quod semper -et, in te convenit, ingenio robur, prudentia forti (semper dissilit *codd. pars, recep. Birt coll. Horati epist. 1, 18, 41, perperam, v.* dissilio. convenire *verbo* dissidere *saepe opponitur. cum Claudiani versu cf. e. g.*: Amm. 14, 6, 3 Virtus convenit atque Fortuna, plerumque -entes). Rvfin. orig. in gen. 14, 3 p. 238 Migne moralis et physica ... philosophia paene omnia, quae nostra sunt, sentiunt; -ent vero a nobis, cum ... dicunt ..., -ent, cum negant; *saepius*. Pavl. Nol. carm. 25, 139 -et a nostris cava mundi gloria regnis nec coit adversis lux pia cum tenebris. 28, 35 *in vasis* -et artis opus, concordat vena metalli. 28, 206 tectorum -et (*cf. p. 1466, 15*) aetas, concordat species. Avg. civ. 19, 12 p. 376, 10 D. *cadaver putrescens* quasi tumultuatur -entibus exhalationibus et nostro inconvenientibus sensui. Clavd. Mam. anim. 1, 21 p. 76, 4 ab animae intentione vivaci membrum languore torpens velut quadam mortis vicinia -ere. Boeth. cons. 4, 3, 33 cum bonum malumque ... adversa fronte -eant. arithm. 2, 32 p. 126 est ... armonia plurimorum adunatio et -entium consensio. Ps. Boeth. geom. p. 417 quamvis ... aut angulariter aut lateraliter a supradictis parallelogrammis -eant *rhombi*. Gild. Brit. 19 chron. III p. 35, 11 Scottorum Pictorumque greges moribus ex parte -entes.

partic. praes. inde a Sen. *interdum adiectivi vice fungi videtur, ita tamen, ut fere ubique dubitatio relinquatur, v. p. 1466, 22. 1467, 78. 1468, 1. 2. 5. 23. 26. 47.*

structurae: -ere cum *aliquo v. p. 1466, 51. supra l. 10. 11, passim.* ab *aliquo v. p. 1466, 71. 73. 77. 78, passim. aliqua re (separat.) v. p. 1466, 21.* inter se: *v. p. 1466, 41. 1467, 8. 9. 20, passim.* -ere *alicui, dat. nonnumquam corrupt. in codd.* (*cf.* Prisc. gramm. III 268, 25) *v. p. 1466, 64. 65. 1467, 31. 65. 67. 1468, 40 cf. Kühner², II 1 p. 319. accedit ablat. modi ex. gr. p. 1466, 80. 1467, 5. 20, ablat. limit. ex. gr. p. 1466, 73. 1467, 3, ablat. mensurae v. I A 2 p. 1466, 26, adde supra l. 25. pendet enuntiat. interr. obliq.*: Val. Max. *sub B*, Char. *ibid.*

syn.: dissentire, discordare, discrepare, rebellare. *opp.*: congruere, consistere, convenire (*cf. supra l. 51*), coniunctum esse.

deriv.: dissidentia.

dissidiōsus *v.* discidiosus. **dissidium** *v.* discidium.

dis(sīdo?), -sēdī, (-sīdere?). *a* dis- *et* sidere, *si recte ad praes.*

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

q. c. dissido *refertur. legitur non nisi perfect.* **1** *proprie: i. q. seorsum sidere*: SIL. 7, 736 (*de Minucio*) qui partitis -erat (disc- *al.*) ante maniplis. **2** *translate: i. q. desciscere*: CIC. Sest. 44 (*per ironiam*) consules, credo ... a tribuno plebis (*sc. Clodio*) post interitum ⟨meum⟩ -issent, qui eandem horam meae pestis et suorum praemiorum esse voluissent. *i. q. in discordiam venire*: SEN. dial. 5, 2, 4 -edit plebs tota cum patribus. SVET. Tib. 7, 3 cum Iulia primo concorditer et amore mutuo vixit, mox -edit. *Fraenkel.*

dissigillo, -āre *cf. c.* dis- *et* sigillum (-are) *et c.* dissignare. *i. q. rescindere sigilla*: CARM. epigr. 1006, 2 (CORP. XIII 8655) ni -etis nive violetis opus. *cf. Bücheler ad l. et Kleine Schriften I 641.* *D.*

dissīgnātio, -ōnis *f. a* dissignare. **1** *i. q. descriptio, ordo* (*nisi forte* des- *legendum est; cf. p. 714, 2 sqq., quo loco iam ex Sjögreni emendatione* [*Comm. Tull. p. 154 ad* CIC. Att. 4, 4ᵇ, 1] *in et* bibliotheca *deleas quaeso*): CIC. nat. 1, 20 requiro ... ministros, machinas, omnem totius operis -em (*A B D G*; des- *H N*) atque apparatum. **2** *fere i. q. peccatum* (des- *? cf. p. 719, 80 sqq.*): ARNOB. nat. 7, 9 p. 244, 27 innoxii sanguine abolitionem -bus (*dativ.*) comparari. **3** *i. q. dissignatoris officium*: LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 94 neve quis, quei praeconium -em libitinamve faciet, ... IIvir(atum) ... aliumve quem mag(istratum) petito (104).

dissīgnātor, -ōris *m. a* dissignare. **1** *is qui sigillum rumpit*: AVG. mor. Manich. 2, 13, 30 damnari tamquam -r (*Er.* dissipator, *Lov.* dissignitor, *cett.* -r *vel* designator) signaculi (*i. symboli Manichaeorum*) ... non potest (*syn.* solutor; *cf. etiam* 16, 51 corruptor signaculi). **2** *t. t. ministerii; notatur* dissign. *in titulis* (CORP. IX 531, 2 dissic.). **a** *de ministerio eius, qui in theatro loca spectatoribus distribuit; cf.* SCHOL. Hor. epist. 1, 7, 6 dissignare est ordinare, unde et, qui locos in theatris spectatoribus distribuebant, -es (des- *γ*) dicebantur (*cf. Pollack, PW. V 1199*). PLAVT. Poen. 19 neu -r praeter os obambulet neu sessum ducat, dum histrio in scaena siet. VLP. dig. 3, 2, 4, 1 -es (designatores *trad.*) ..., quos Graeci *βραβευτάς* appellant, artem ludicram non facere Celsus probat, quia ministerium, non artem ludicram exerceant, et sane locus iste hodie a principe non pro modico beneficio datur. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 8ᴬ, 12 ne quis -r eu⟨m ...⟩r ea loca duxi⟨sse velit⟩. CORP. VI 1074, 11 cum ... Statilio Myrone -e scaenar(io). **b** *de ministerio eius, qui exequiis, pompis, ludis funebribus ordinandis praeest; cf.* DON. Ter. Ad. 87, 1 -es (designatores *trad.*) dicti, qui ludis funebribus praesunt: credo ob eam causam, quod *eqs.* SCHOL. Hor. epist. 1, 7, 6 -es (des- *γ b v*) dicuntur, qui ad lucum Libitinae funebria praestanda conducuntur, ut defuncti cum honore efferantur. aliter: -es (des- *γf*) funerum mancipes et ordinatores *eqs.* SCHOL. Hor. gloss. *Γ* epist. 1, 7, 6 -em ordinatorem (*v*); procuratorem funerum (*E*). *cf. Daremberg-Saglio IV 1398 sq.; Pollack, PW. V 1199.* HOR. epist. 1, 7, 6 dum ficus prima calorque -em (des- *Ar*) decorat lictoribus atris. SEN. benef. 6, 38, 4 -es et libitinarios. PS. QVINT. decl. 6, 8. TERT. spect. 10 duobus inquinatissimis arbitris funerum et sacrorum, -e et haruspice. CORP. VI 1955, 3 praec(o) dissign(ator) (*condic. libertinae, ut videtur*). X 5429, 4 (*Aquini*) *ille* annorum XXVII praeco idem -r (*ingenuus*).

utrum ministerium intellegendum sit, diiudicari vix potest his locis: CIC. Att. 4, 3, 2 desertus a suis vix iam Decimum -em (des- *trad.*) ... retinet. CARM. epigr. 39 (*Pompeis*) ⟨Sa*?*⟩binus -r cum plausu facit (*sc. illum duovirum*). CORP. IV 597 Elainus dissign. V 5924, 2 (*Mediolani*) *ille* -r scriba. VI 8846 *ille* -r (des-, dis-, diss- *trad.*) Caesaris Augusti (*libert.*). 9373 *ille* L. l. -r. IX 531, 2 (*Venusiae*) C. Lani(us) C. f. Hor. dissic. 5461 (*Falerione*) *illi* -*í* socii dissignat(ores). INSCR. Notiz. degli scavi 1904 p. 403 (*prope Tibur*) *ille* dissign. mag(ister) Herc(ulis) et Aug(usti) *libert.*

? **dissīgnītor** *var. lect. v. supra l. 24. cf. c.* insignitor.

dissīgno, -āvī, -ātum, -āre *a* dis- *et* signare *vel* signum. **1** *i. q. discernere*: GLOSS. -at ordinat, distribuit (*nisi forte ad p. 717, 79 sqq. pertinet*). AVIEN. Arat. 614 *Pleiades aestatis et hiemis* tempora -ant. AVG. c. Faust. 25, 1 p. 725, 7 *circumcisionis terminus* Abraham ... a gentium ceterarum societate -at (des- *S*). **2** *i. q. rescindere, corrumpere; cf.* EVGRAPH. Ter. Ad. 87 (*p. 720, 22; cf. p. 719, 81 sqq. et infra l. 72*) -are proprie dicitur aliquid signatum legibus rumpere. PRISCILL. tract. 3, 62 symbolum enim signatura rei verae est et -are symbolum est disputare de symbolo malle quam credere. AVG. civ. 15, 16 p. 92 D. *morem* -ari atque corrumpi merito esse nefarium iudicatur. **3** SCHOL. Ter. p. 151, 2 (*cf. supra l. 67*) -vit ostendit, id est quam famam sibi fecit publice. -are est aperire (*cf.* PORPH. Hor. epist. 1, 5, 16 *p. 720, 5*). *Vetter.*

dissilio, -uī, -īre [*a* dis- *et* salire. *Th.*]. *de formis: perf.* -suluit: LVCR. 4, 605 (*B*, -sil- *A*). -silui *etc.*: LVCR. 1, 391 *et passim* (*cf.* SERV. Aen. 3, 416). -iit: OV. met. 5, 173 *l.* 12, 488 S (des- *e*). VVLG. I Macc. 9, 48 (*?, v. p. 1471, 11*) SIDON. carm. 7, 182 *M.* CARM. poet. min. V 104, 8. *fut.* -ibunt: PS. RVFIN. in Am. 8, 1, 3. -iet *etc.*: SEN. clem. 1, 4, 2 *et passim.* GLOSS. *διαρήγνυμαι.* -uit *ἐρράγη, ἐλάκησεν.* discrepuit sive descendit (*v.* desilio). -uisse aperuisse, crepasse. *legitur inde a* LVCR., *in sermone pedestri inde a* VITR. [*loc. dub.*: LIV. 2, 31, 6 *et* AVIAN. fab. 25, 6 *v. s.* desilio *p. 722, 13. 28*; PLIN. nat. 37, 57 *v. s.* exsilio. CLAVD. 10, 314 *v. s.* dissideo *p. 1468, 49.*] *cf.* dissulto.

I *i. q. in partes diversas salire, cito motu dissipari et dispergi*: **A** *proprie de motu locali*: **1** *de pluribus corporibus*: LVCR. 1, 385 corpora ... si cita -ant (1, 391 -uere). 2, 87 ut diversa repente -ant *primordia rerum.* 2, 106 cetera (*sc. corpora prima*) -unt longe. 5, 362 neque extra qui locus est, quo -ant *summae rerum* (*i. mundi singuli*). AVSON. 139, 4 in diversa sui -unt cineres (cineris *al.*) *sc. filiorum Oedipodis* (*i. inter se discedunt, v. infra l. 49*). **2** *de singulis corporibus, quorum compages resolvitur*: **a** *de rebus: saxa, aes sim.*: LVCR. 1, 491 -unt ... saxa vapore. VERG. georg. 3, 363 aera ... -unt (SERV. rumpuntur). VITR. 2, 7, 2 Tiburtina *saxa*, simul sunt ab *igni* tacta, -unt et dissipantur (*cf.* PLIN. nat. 36, 167). 8, 3, 19 margarita, non minus saxa silicea, ... ab igni ... percalefacta ... aceto sparso -unt et dissolvuntur. MELA 1, 71 iacta in id (*monimentum*) saxa -unt. PLIN. nat. 36, 135 Varro ... tradit ... Luniensem silicem serra secari, Tusculanum -ire igni. SOL. 52, 56 *adamantes* in particulas -unt. *instrumenta, vasa sim., cf.* GLOSS. Plac. V 18, 4 (= 62, 14) -unt utres: rumpuntur: VERG. Aen. 12, 441 mucro ... ictu -uit (HOMER. 305). OV. met. 5, 173 lamina (12, 488 fracta ... -uit percusso lamina callo). VITR. 8, 3, 16 quam (*sc. aquam, quae Στυγὸς ὕδωρ nominatur*) neque argenteum neque aeneum ... vas potest sustinere, sed -it et dissipatur (ARNOB. nat. 4, 6 ne *vascula* flammarum -ant vi victa. CYPR. GALL. iud. 346 hydriae ... quassae -unt). VAL. FL. 4, 694 latera utraque (*sc. navis*) ... -uisse putant. SIL. 17, 277 -ens sonuit rupta compage carina. IVL. VAL. 2, 27 p. 95, 6 *imago quaedam Xerxi* repente fatiscente compactu procidit -itque. AMM. 23, 4, 4 funes ... compagem (*sc. scorpionis, onagri*), ne -a[n]t, continentes. PS. RVFIN. in Am. 9, 1 commota superliminaria (*i. architravi*) -rent. CLAVD. 21, 136 offenso quantae sub vomere putres -ant glaebis galeae. *mundus, tellus, montes* (*i. q. dehiscere, scindi*): LVCR. 6, 123 divolsa repente maxima -uisse capacis moenia mundi (PS. RVFIN. in Ioel 2, 30 *tempore ultimi iudicii* machina ista [*i. mundus, cf.* LVCR. 5, 96] velut combusta -at). VERG. Aen. 3, 416 haec loca vi quondam et vasta convolsa ruina ... -uisse ferunt. OV. met. 2, 260 -it omne solum. SIL. 5, 616 -ens tellus (APVL. mund. 18). STAT. Theb. 7, 817 humus ore profundo -it (APVL. mund. 34). 8, 19 -uisse novo penitus telluris hiatu Tartara (SEDVL. carm. pasch. 4, 285). PACIAN. paraen. 11, 125 -unt *Aetna et Vesuvius.* PETR. CHRYS. serm. 74 p. 409ᶜ ima terrarum. *res clausae*: STAT. Theb. 7, 69 -uere fores. PS. RVFIN. in Am. 8, 1 ianuae ... vi expugnantium -bunt (*opp.* sensim recludentur). VAL. CEM. hom. 9, 3 fastidiosa ... claustra (*sc. cella penaria*) -ant, quae *nunc* ... nesciunt aperiri. *res intentae*: SEN. epist. 72, 3 non enim *philosophia*, ubi interrupta est, manet, sed eorum more, quae intenta -unt, usque ad initia sua recurrit, quod a continuatione discessit. *alia*: LVCR. 4, 604 ubi una *vox* -uit semel in multas exorta, quasi ignis saepe solet scintilla suos se spargere in ignis. OV. trist. 4, 6, 20 -uit nudo pressa bis uva pede. SEN. nat. 2, 28, 2 *nubes* nisi multo impetu -uere, non resonant. LVCAN. 5, 631 nec fulgora currunt clara, sed obscurum (*i. obscure, sine lumine*) nimbosus -it aer (SCHOL. *et* COMMENT. crepat). SIL. 16, 548 impius ignis -uit cineresque simul iacuisse negarunt. STAT. Theb. 4, 521 -it umbra capax. PALLAD. 10, 11, 2 *cera* picem lenitate permulcens frigoribus eam non patitur -ire. CARM. poet. min. V 104, 8 flamma. *nota metaphoram*: SEN. epist. 71, 9 optimates ... uno proelio profligabuntur et tam magni ruina imperii in totum -et orbem: aliqua pars eius in Aegypto, aliqua in Africa, aliqua in Hispania cadet. **b** *de partibus corporis et animalibus: partes corporis*: HOR. epod. 17, 29 caput ... Marsa -ire nenia. LVCAN. 9, 773 -uit ... membrana fluuntque viscera. ARNOB. nat. 2, 60 hoc saepe dicendum est, ut infidelium -at et dirumpatur auditus (*i. auris*). SIDON. carm. 7, 182 fractus ... molari -uit vertex *lupae.* FVLG. aet. mund. 14 p. 177, 7 viscera ... -entia. *corpora animalium*: OV. am. 2, 1, 25 carmine -unt angues (*v. l. 56*). LVCAN. 2, 156 (*de homine se praecipitante*) hic se praecipiti iaculatus pondere dura -uit percussus humo. *in coquendo*: APIC. 6, 248 ita ut laxamentum habeat *pullus*, ne -at (*cf.* 7, 289). *interiore quadam de causa*: SEN. dial. 1, 4, 10 lenior ieiunio mors est; cruditate -unt. MELA 3, 53 ut ... *pecora* nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta -ant. PLIN. nat. 22, 78 *boves* -ire degustata *buprestide* fatentur. 29, 89 mus araneus ... si praegnans momordit, protinus -it. *sic hyperbolice de hominibus nimio affectu motis* (*cf.* dirumpi): SEN. epist. 113, 26 -o risu. PETRON. 61, 3 gaudimonio -o. 75, 9 felicitate -o. ANTH. 435 quaedam me (si credis) amat. sed -it (*sc. amore*), ardet non sic, non leviter, sed perit et moritur. PAVL. NOL. epist. 23, 24 ne ... *feminae* scientia inflante -ant. AVG. contin. 11, 25 nam et correptionibus eam (*ecclesiam tamquam personam*) reprimit, ne impunitate inflata -at. spir. et litt. 12, 19 p. 171, 15 qui vitio illo ... leves et inflati ac per se ipsos velut per inane sublati ... fracti -rent. MART. CAP. 8, 807 at quo etiam tempore (*sc. nuptiarum*) Cupido vel Satyrus petulantis ausus procacitate -unt?

B *translate*: **1** *de animo i. q. in diversas partes distrahi*: AVG. un. bapt. 11, 18 *Corinthios* in schismata -uisse redarguit. conf. 11, 29, 39 tu ... aeternus es; at ego in tempora -ui (*i. distentus sum, cf. antea*: distentio est vita mea), quorum ordinem nescio ..., et tumultuosis varietatibus dilaniantur cogitationes meae, donec in te confluam. **2** *de rebus i. q. perire, evanescere*: HOR.

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 1, 18, 42 gratia sic fratrum geminorum ... -uit. SEN. nat. 3, 27, 2 magnā tutelā stant ac vigent omnia, cito ac repente -unt. clem. 1, 4, 2 haec unitas et hic maximi imperii contextus in partes multas -et. STAT. Theb. 1, 85 generis consortia ferro -ant (SCHOL. multi 'dissiciant' [dissentiant, dissitiant, disuciant *codd.*] legunt). IVL. VAL. 2, 25 p. 87, 18 ictus (*subst.*) ... frustra -uit (*i. exhaustus est, inanis factus est*). AVG. pecc. orig. 30, 35 quantumlibet arguta sit argumentatio, repercussa et confracta -et.

II *i. q. in alium locum salire; cf.* desilio, exsilio. *recentioris latinitatis usus*: **A** *proprie*: AVSON. 35, 4 -uit saxi fragmine laesus apex (*v. vol. II p. 227, 60*). PS. CYPR. singul. cler. 6 p. 179, 19 de carbonibus scintillae -unt. CLAVD. rapt. Pros. 2, 183 forti saucius ictu -uit ... vertex Ossaeus Olympo (*abl. separ.*). *dub.*: VVLG. I Macc. 9, 48 -iit Ionathas et qui cum eo erant in Iordanem (*ἐνεπήδησεν*; desiluit *Amiat., recte ut videtur*). *in locutionibus metaphoricis*: BOETH. cons. 3, 12, 68 ex huiusmodi conflictatione quaedam veritatis scintilla -et. GREG. M. moral. 9, 106 ut cura carnis ... quasi ancilla famuletur, ut iussa assit atque ad nutum cordis repulsa -at. 26, 84 ab eis (*mentibus*) per districtae severitatis praesentiam cogitationes stultae -unt. **B** *translate:* ex, a *re* -ire *i. abalienari a re, omittere rem*: FVLG. aet. mund. 130, 15 ex ... ordine nullo modo -ire. AVG. fid. et symb. 10, 21 schismatici ... a fraterna caritate -unt. civ. 19, 16 p. 383, 22 D. si quis ... paci adversatur, corripitur ..., ut paci, unde -uerat, coaptetur.

deriv.: dissulto. *Bauer.*

***dissimilis,** -e [*a* dis- *et* similis. *Th.*]. GLOSS. *ἀνόμοιος*. -e dispar, disparile. -i discrepanti. *definitio: v. infra l. 61. legitur inde a* PLAVTO. *compar.*: CIC. Brut. 320 *etc. superl.*: VARRO ling. 8, 28 CIC. Verr. 4, 5. 185 *etc.* [*dub. vel corrupt.*: VARRO ling. 9, 40. 92 LVCR. 4, 104. *fort.* PLIN. paneg. 94, 2 *v. p. 1472, 81.*]

i. q. non similis, dispar, diversus:

B *fere i. q. neglegentia, incuria; saepius c. gen. subi. pers. et rei*: Veg. mil. 1, 7 per gratiam aut -em probantium tales *tirones* sociantur armis, quales *eqs.* 1, 8 *armorum* usum -o longae securitatis abolevit. 1, 18 quem usum usque ad hanc aetatem, licet iam cum -e, pervenisse manifestum est. 2, 3 si ... dispositio reparetur armorum et emendetur -o praecedentum. 2, 14 *militis* -e situ ac robigine arma foedantur. 3, 6 si adversariorum imperitia vel -o occasionem nobis dederit, non oportet omitti. mulom. 3 praef. 1 sollemnis excusatio neglegentium est, dispendia ex -e venientia deo imputare vel casibus. 3 praef. 3 si quid calamitatis evenerit, avaritiae vel -bus imputari. Heges. 5, 16 vers. 72 prophetae -e famem adolevisse. Avg. corrept. 16, 49 si corripiendus ... prava -e neglegitur. Ivl. Aug. c. Iul. op. imperf. 1, 38 eorum -o ... servit iustitiae. Mart. Cap. 9, 898 neque enim ... doctarum virginum examinare sollertiam ... ignaviae -e piguerit. Cod. Theod. 7, 20, 11 (*a. 365 vel 368*) loca ... situ -is horrentia. 11, 16, 11 (*a. 365*) si eorum (*iudicum officiorumque*) vel ... coniventia vel ignobili -e temeritas admiserit. 16, 2, 34 (*a. 399*) ecclesiae ... privilegia ... vel temeritate violata vel -e neglecta. Cassian. conl. 18, 14, 3 petitionem eius -e praepositi fuisse neglectam. Epist. pontif. 591 Thiel (Felix 1) 12 numquid adhuc istum (*Petrum episcopum*) -e sumus et coniventia recepturi? Leo M. epist. 4 praef. per -em (*opp.* vigilantia). 6, 2 ut nulla -o, neglegentia nulla proveniat. 99, 1 *tarditas nostra* non de otio aut -e, sed de certa necessitate descendit. 167, 9. Avell. p. 57, 6 hactenus steterit iners -o iudicantum. Sidon. epist. 2, 10, 5 ut sine -e (*i. attente*) lectites. Cod. Iust. 2, 58, 2, 4 veremur, ne ... quidam ... ex praedicta -e nostram sanctionem deludant. 11, 66 (65), 5 pr. procuratorum coniventia vel -e perfectum *dicitur*, ut *eqs.* (*cf. supra l. 6*).

IV *fere i. q. cunctatio*: Leo M. epist. 14, 1 motus tuos exequi sine -e properasti. Favst. Rei. serm. 11 p. 266 sine aliqua -e festinemus ad paenitentiae medicamenta confugere. 24 p. 322 periculosa -e in peccatis perseverando diutius obdurati.

syn.: *ad I*: circumitio (Cic. inv. 1, 20), irrisio (Ps. Ivl. Rvf. schem. dian. 9 p. 62), simulatio (Cic. off. 3, 61 Qvint. inst. 6, 3, 85). *ad II*: quies (Vell. 2, 88, 3). *ad III*: coniventia (Epist. pontif. 591 Thiel [Felix 1] 12 Cod. Iust. 11, 66 [65], 5 pr.), gratia (Veg. mil. 1, 7), imperitia (Veg. mil. 3, 6), neglegentia (Cod. Theod. 8, 5, 4 Leo M. epist. 6, 2), otium (Leo M. epist. 99, 1), silentium (Plin. epist. 6, 27, 3). *opp. ad II*: aperta professio (Ivst. 5, 11, 5).

epitheta notabilia: *ad I*: blanda (Ps. Qvint. decl. 14, 4), captiosa (Firm. math. 6, 16, 4), impia (Avell. p. 42, 12), obstinata (Firm. math. 6, 22, 16), periucunda (Cic. de orat. 3, 203), subdola (Firm. math. 5, 1, 25), summa (Sen. dial. 10, 18, 6), tribulosa (Sidon. epist. 1, 7, 6), tristis (Firm. math. 6, 22, 16), urbana (Cic. de orat. 2, 269). *ad II*: alta (Cvrt. 10, 9, 7), pia (Val. Max. 5, 7 ext. 1), stulta (Tac. hist. 3, 54), summa (Vell. 2, 97, 1 Val. Max. 7, 4, 4 Svlp. Sev. dial. 1, 5, 3. *cf.* Vell. 2, 88, 3), tacita (Cod. Iust. 2, 21 [22], 1). *ad III*: incredibilis (Svet. Cal. 10, 2), ingens (Evtr. 7, 20, 3), iugis (Amm. 28, 4, 5), perniciosa (Amm. 31, 5, 1), prava (Avg. corrept. 16, 49).

dissimulātor, -ōris *m. a* dissimulare. Gloss. ὑποκριτής. **1** *qui celat aliquid* (*fere semper c. gen. obi.*): Sall. Catil. 5, 4 *Catilina* cuius rei lubet simulator ac -r (*cf.* Sedvl. op. pasch. 2, 14 p. 217 *diabolus* ancipitis usus varietate sermonis simulator ac -r inventus). Hor. epist. 1, 9, 9 timui, mea ne finxisse minora putarer, -r opis propriae. Ov. met. 5, 61 *Lycabas* veri non -r amoris. Mart. 5, 25, 11 amici. Hier. epist. 49, 13, 5 quam artifex *Paulus*, quam prudens, quam -r sit eius, quod agit. Avg. civ. 5, 22 p. 234 D. quidam ... -es suae scientiae ... in nostram religionem ... insiliunt. Sidon. epist. 3, 13, 2 *Gnatho* simulator parati *beneficii*, -r petiti. **2** *qui aliter agit vel loquitur ac sentit*: Mart. 4, 88, 10 decipies alios verbis vultuque ... nam mihi iam notus -r eris. Comm. instr. 2, 15, 1 tit. -i. Arnob. nat. 2, 48 *homines* alios videmus ... -es. Don. Ter. Ad. 97 hoc agi stomacho adversus -es solet. Avg. c. Parm. 2, 13, 31 cum ad pacem Christi revocantur, calumniatores sunt, cum paci Donati consulunt, -es sunt. **3** *qui neglegit, omittit aliquid* (*c. gen. obi.*): Qvint. inst. 2, 2, 5 *magister* eorum quae emendanda erunt -r. 2, 17, 6 *Antonius* -r artis fuit. Tac. hist. 2, 56 Valens ... alienae culpae -r.

syn.: *ad I*: simulator (Sall. Catil. 5, 4 Sedvl. op. pasch. 2, 14 p. 217). *ad II*: *v.* Arnob. nat. 2, 48.

***dissimulo,** -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* simulare *vel* similis. *Th.*]. *cf.* dissimilare. *de notione*: Gloss. ὑποκρίνομαι. πλάττομαι. ῥᾳθυμῶ. προσποιοῦμαι. παραπροσποιοῦμαι. παρενθυμοῦμαι. ἀφοσιοῦμαι. praetereo. -at παραλογίζεται, παραπροσποιεῖται. conticiscit, praeterita neglegit. -ent cessent (celent? *Götz*). -vit distulit. -atur ἀποπροσποιεῖται. σιωπηθῇ. Diff. Suet. p. 290 simulamus quae nescimus, -amus quae scimus. Non. p. 439 -are est fingere nescire quae scias (Isid. diff. 1, 515 Diff. ed. Beck p. 83, 16). Serv. Aen. 1, 516 -amus nota, simulamus ignota (Evgraph. Ter. Andr. 583 a Isid. diff. 1, 515). Isid. diff. 1, 541 qui -at non vult videri facere, quae facit (Diff. ed. Beck p. 83, 16). Gramm. suppl. 276, 9. *dep.*: Schol. Ter. p. 91, 4; *fort.* Gloss. II 52, 9 -ari ἀφοσιοῦσθαι (*cf.* II 253, 45 -o ἀφοσιοῦμαι).

I *generatim: i. q. per fictam inscientiam quasi ignorare, occultare, celare* (*de oratoribus, scriptoribus i. q. tacendo celare, silere*):

A *de hominibus*:

1 *cogitationes, sensus, facta sim.*: **a** *absolute*: Plavt. Cas. 771 nimium lepide -ant, quasi nil sciant. Men. 608 scit, sed -at malus. 641 o hominem malum, ut -at! (Merc. 974). Mil. 463 plane east. :: sed quo modo -bat. 992 -bo hos quasi non videam neque esse hic etiamdum sciam. Most. 1015 -ando infectum hoc reddere. Pseud. 422 id iam pridem sensi et subolebat mihi, sed -bam. Ter. Phorm. 429 metuit hic nos, tam etsi sedulo -at. Cic. Verr. 4, 131 cum planum fieret ... in aratorum bonis fortunisque diripiendis decumanos dictitasse tuas esse partis ... et, cum -are non posses, potuisse tamen perpeti et perferre, quod *eqs.* 6, 3 non possum -are, iudices; timeo ne *eqs.* 6, 126. 179 potero silere, ... potero -are, cum tantum res publica vulnus acceperit? Catil. 2, 17 cur tam diu de

[*Bannier*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

uno hoste loquimur . . . de his qui dissimulant . . . nihil dicimus? Mur. 40 delectant homines . . . ludi, etiam illos qui -ant. Flacc. 22 una sedent, ex accusatorum subselliis surgunt, non -ant, non verentur. Sest. 8 numquam illum . . . neque communem metum omnium nec propriam . . . suspicionem aut infitiando tollere aut -ando sedare voluisse. Planc. 48 quid taces, quid -as, quid tergiversaris? Phil. 2, 84 non -at . . . apparet esse commotum. de orat. 2, 351 si . . . vere agere volueris, omnia tibi relinquo; sin -are, *eqs.* off. 1, 108 Q. Maximum . . . facile celare, tacere, -are, insidiari (*cf.* Qvint. inst. 10, 1, 21). Att. 5, 1, 4. 6, 1, 11. 10, 16, 2. Mat. Cic. epist. 11, 28, 6 numquam quod facerem negarem, ne et in peccando improbus et in -ando timidus ac vanus existimarer. Pvblil. Q 10 qui bene -at, citius inimico nocet. Caes. civ. 1, 19, 1 litteris perlectis Domitius -ans in consilio pronuntiat Pompeium celeriter subsidio venturum. Sall. Catil. 31, 5 -andi causa aut sui expurgandi . . . in senatum venit *Catilina*. 47, 2 *Galli* Lentulum -antem coarguunt. Verg. Aen. 1, 516 -ant *Aeneas et Achates* et nube cava speculantur amicti. Hor. sat. 1, 9, 66 *Aristius* male salsus ridens -are. Tib. 1, 8, 7. Ov. am. 2, 2, 18 conscius esse times: -are licet. 2, 4, 16 *feminam* velle, sed ex alto -are. 3, 14, 4 ut temptes -are, *nostra censura* rogat. epist. 15, 7 male -o: quis enim celaverit ignem. 16, 151 tu -a, nisi si desistere mavis! sed cur desistas? -are potes. ars 1, 276 vir male -at, tectius illa (*puella*) cupit. 3, 553. trist. 1, 1, 62 (*ad librum*) -are velis, te liquet esse meum. 1, 5, 52 pars . . . quaedam *malorum* mecum moriatur oportet, meque velim possit -ante tegi. Pont. 4, 3, 9 -as . . . nec me vis nosse videri. Liv. 10, 18, 10 *Appium* illiberali et ingrato animo, si egerat ope, -antem. 24, 27, 3. 42, 16, 9. Sen. contr. 2, 3, 9 non possum -are, pater: quod illum exoravi, tuum beneficium est. contr. exc. 6, 2 ignora, -a: lex te innocentem esse, non curiosum iubet. 6, 4. contr. 7, 8 (23), 2 non -o: metuo te, puella. Vell. 2, 62, 5 cum . . . iniuriam -ando Caesar . . . ferret. Val. Max. 6, 7, 1 Sen. benef. 4, 31, 3. 6, 32, 4. 7, 26, 1. apocol. 10 -are et dolorem . . . continere. Mart. 5, 16, 14 'belle' inquis 'dixti: satis et laudabimus usque'. -as? 11, 108, 4. 12, 40, 3 pedis, -o. Qvint. inst. 6, 3, 86. 9, 2, 83. 10, 1, 21. decl. 254 p. 42 cum affectari tyrannidem putaret *exul* . . . non -vit. 278 p. 135 -es licet et videatur . . . hoc contra causam meam: sciebas. 369 p. 405. Svet. Nero 27, 1 nullāque -andi curā ad maiora palam erupit. Flor. epit. 4, 2, 16 consulatus . . . -ante eodem (*Caesare*) negabatur. Florent. dig. 18, 1, 43, 2 dolum malum a se abesse praestare venditor debet . . . qui insidiose obscure -at. Men. dig. 49, 16, 4, 2 in insulam deportatus si effugiens militiae se dedit lectusve -vit. Pavl. dig. 46, 2, 19 etiamsi sciat *petitor*, -are debet. 49, 14, 13, 5. Tert. idol. 13 si non ignoraris, quod sis Christianus, temptaris . . . sin vero et -veris, temptatus addictus es. 22 Vopisc. Tac. 7, 5. Ivvenc. 4, 517 *Iudas* -ans *Christum* blanda cum voce salutat. *al.*

additur de: Sall. Catil. 47, 1 Volturcius . . . -are de coniuratione. Pavl. dig. 40, 13, 4 servus de condicione sua -at. Tert. adv. Marc. 4, 43 *Christus* -ans de conscientia rei gestae.

part. praes. fere pro subst. i. q. dissimulator: Fronto p. 229, 13 N. eius leti guttam unam aspersisse minimam, quanta -antis lacrima esse solet.

b *c. obiecto, i. q. occultare, silere*: Ter. Andr. 132 Pamphilus bene -atum amorem et celatum indicat (Ov. epist. 15, 236 Val. Max. 5, 7 ext. 1 Apvl. met. 7, 10; *cf.* Plin. paneg. 62). Hec. 552 si modeste ac raro fecit [haec], nonne ea -are nos magis humanumst, quam . . .? 578. Cic. S. Rosc. 86 ut *tenuitas hominis* -ari non queat (*sequitur* occultatur). Verr. 4, 144 Cluent 54 Catil. 1, 30. 4, 14 Arch. 26. Planc. 57 ut neglegatis aut -etis *fontem maledicti*. 73 beneficia. Sest. 25 scelus (Val. Max. 9, 4 ext. 1). 35 Cael. 54. de orat. 2, 292 ut totum *vitium* bono . . . ornando et augendo -atum obruatur (*cf.* Ov. ars 2, 642 *vitia* -asse. Svet. Tib. 42, 1 Nero 29 Porph. Hor. sat. 1, 3, 44/45. 76). off. 1, 105 appetitum voluptatis. 3, 61 nec ut emat melius nec ut vendat, quicquam simulabit aut -bit vir bonus. Att. 1, 16, 9 *volnus* (*i. plagam. cf.* Ov. fast. 3, 634 falsumque Lavinia volnus mente premit tacita -atque fremens [metus *R*]. Cvrt. 7, 6, 5 *proprie*: magnitudinem vulneris). 1, 18, 1[a] ad Q. fr. 2, 14, 2 Planc. Cic. epist. 10, 8, 4 Caes. Gall. 4, 6, 5. civ. 1, 19, 2 res diutius tegi -arique non potuit (Liv. 26, 51, 12). 2, 31, 5. Bell. Alex. 48, 1 odia (Qvint. decl. 338 p. 333 Tac. hist. 2, 92 ann. 16, 5). Sall. Catil. 31, 7. Iug. 95, 3 negotia. Verg. Aen. 4, 305 nefas. 4, 368. Hor. carm. 2, 20, 17 metum (Val. Max. 7, 3 ext. 9 officiis. Cvrt. 9, 5, 27 Frontin. strat. 1, 9, 4 Tac. Agr. 43 ann. 11, 32. 15, 69 Amm. 30, 1, 4 *cf. supra l. 65*). epist. 1, 16, 23 febrem. Tib. 3, 18, 6 ardorem. Ov. am. 2, 7, 8 crimen (Val. Max. 8, 6, 3). 3, 7, 84 dedecus. 3, 11, 24 verba (Pont. 3, 9, 40). epist. 9, 84 facta. 16, 76. ars 3, 210 ars . . . -ata. met. 6, 653 gaudia (Tac. Agr. 43). trist. 2, 468 nomina vivorum (4, 9, 32 Priscill. tract. 2 p. 40 Oros. hist. 1, 8, 14). 3, 1, 6 *fortunam* iocis. 3, 5, 2 amicitiam (*cf.* 3, 6, 2 foedus amicitiae). 4, 4, 28. 5, 1, 50 casus. Ib. 306. fast. 2, 844 virtus -ata. 4, 850 pietas -ata (6, 90 irā pietas -ata). Liv. 1, 9, 6 aegritudinem animi (28, 8, 2). 3, 36, 2 superbiam. 5, 48, 5 neque -ari neque ferri ultra fames poterat. 6, 39, 5. 30, 31, 2. 33, 39, 7 ut . . . adventus . . . -ari . . . potuerit. 34, 25, 6 pavorem (Cvrt. 4, 12, 22). 39, 47, 9 multa . . . praeterita. Sen. contr. 1 praef. 21 -ata subtilitas. 1, 6, 9 gestum. 2, 6 (14), 3 solet . . . luxuria -ari (Tac. hist. 1, 71). 10, 1, 7. Vell. 2, 99, 2 -ata causa consilii. 2, 114, 3. Val. Max. 6, 5 ext. 4 culpam. 6, 8, 7 -ata fuga. 7, 3, 7 suspicionem (Qvint. decl. 363 p. 395). 8, 11 ext. 3 -atae claudicationis. Sen. benef. 2, 10, 1 paupertatem. dial. 4, 33, 5 iram (Cvrt. 9, 10, 22 Vvlg. Esth. 5, 10. *cf.* Cvrt. 10, 1, 28 causam irae). 9, 1, 16. epist. 97, 12 peccata. 120, 5. Ps. Sen. extr. voc. 200 turpitudinem. Cvrt. 4, 6, 19 -ato . . . dolore (Svet. Aug. 66, 4 Hier. epist. 60, 13, 3 Evstath. Bas. hex. 8, 1 p. 946[B] [ταμιευσαμένη]. *cf.* Qvint. decl. 246 p. 6 doloris . . . professionem). Cvrt. 4, 16, 22 -ato . . . periculo. Petron. 79, 9 iniuriam. 108, 10 non -ata missione. Plin. nat. 7, 138. Sil. 15, 822 adversa quiete (Frontin. strat. 2 praef.). Stat. silv. 4, 2, 44 ore *Domitiani* nitebat -atus honos. Ach. 1, 638 virginis ignem. Qvint. inst. 4, 2, 116 iudicium. 6, 4, 17 instrumenta. 12, 9, 5. decl. 260 p. 26 nomine severitatis (servitutis *codd.*) -atur . . . crudelitas. 346 p. 366. 351 p. 380. Ps. Qvint. decl. 16, 8 impatientiae . . . affectus. Frontin. strat. 1, 2, 9 quamquam hoc (*sc. iunctum esse exercitum*) illi (*Livius et Nero*) non duplicatis castris -rent. Tac. hist. 1, 18 -ata seditio. 2, 97 necessitatem. 4, 11 -ata . . . iracundia. 4, 32. ann. 2, 42 -atis . . . offensionibus (3, 64). 3, 41 defectionem; *sim.* Svet. Tib. 37, 3 -ata itineris causa. Claud. 15, 1. 3. Vesp. 12 mediocritatem. Dom. 12, 2 -ata origine. Fronto p. 50, 12 N. Avr. Fronto p. 60, 16 N. Vlp. dig. 40, 7, 9, 1 -ata condicione statutae libertatis. 47, 20, 3, 1 -ata obligatione. Marcian. dig. 48, 16, 1, 6 Apvl. apol. 11. 19 -atis facultatibus (*i. divitiis*). 60 stupra. met. 3, 17 -ata veritate. 4, 9 artibus . . . opulentiam. 8, 9 indicio facinoris . . . -ato. 9, 23 ingenita . . . astutia -ato . . . flagitio. Paneg. 8 (5), 8, 5 -ata paupertas. 10 (4), 18, 2 -ato principis habitu. Capitol. Aur. 26, 5 Ver. 4, 11. Max. Balb. 12, 8 nec -ari poterat maeror. Ivst. 18, 4, 6 -atae opes. 41, 6, 5 -ato parricidio. Avr. Vict. epit. 14, 6 ardorem gloriae. Hil. c. Const. 3 iniuriam (in Matth. 4, 25 Vvlg. prov. 12, 16). 10 trin. 6, 38. Avson. 452, 10 *lacrimas* vultu. Amm. 18, 6, 8 obsidium. 20, 4, 4. Veg. mil. 3, 11 egressus . . . -etur. *al.*

c *pendent variae structurae*: *α (acc. c.) inf.*: Plavt. Epid. 238 -bam earum (*mulierum*) operam sermoni dare. Most. 1871 -bo me horum quicquam scire (Poen. 112 Cic. S. Rosc. 102 Q. Cic. pet. 35 Frontin. strat. 2, 11, 4 Avg. civ. 1, 32 p. 49 D.). Cic. inv. 1, 24 te id defensurum, quod existimeris. Verr. 1, 21 me id moleste ferre. 4, 71 vos intellegere (Sen. epist. 95, 9). leg. agr. 3, 13 se Sullanum esse (Att. 4, 1, 5 se inimicos esse. Anton. Cic. Att. 10, 8[a], 1 Cael. Cic. epist. 8, 3, 1 Qvint. inst. 1, 2, 2. 10, 3, 14 Plin. epist. 6, 12, 3 *al.*). dom. 121 me nescire ea, quae . . . -rem. Planc. 77 me plurimum debere. Rab. Post. 38. Mil. 52 illum eo die . . . rediturum. orat. 145 *eloquentia* se valere. 146 me didicisse. off. 2, 79 se accipere voluisse. Att. 8, 1, 4 mihi quae adhuc acta sint displicere (Liv. 33, 39, 4). 12, 20, 1 me . . . dolere. Q. Cic. pet. 35 te audisse (Liv. 33, 41, 2 Val. Fl. 2, 373 Vvlg. I reg. 10, 27. *cf.* Sen. suas. 7, 12 exaudisse. Sen. dial. 6, 13, 1). Ov. trist. 1, 7, 5 hoc tibi . . . dici. Pont. 1, 6, 3 fateri. Liv. 4, 23, 2 neuter tribunos militum eo anno fuisse traditum a scriptoribus antiquis -at. 8, 23, 6 aegre pati civitatem Samnitium. 8, 38, 3 postero die facturos. 21, 56, 8 sentire sese. 26, 7, 3 praetermissam occasionem. *al.* *β* quod: Varro rust. 3, 4, 1 non -bo, quod volo de ornithone primum. Svlp. Sev. epist. 3, 19 quam sancto -bat gaudio, quod dolebat. *γ enuntiatum relativum*: Cic. Verr. 2, 27 quod saepe experti sumus. Ov. epist. 9, 122 quae patior. Hier. epist. 14, 1, 2. 22, 35, 5. 57, 4, 2. 61, 3, 4. *δ enuntiat. interrog. obliq.*: Cic. epist. 14, 5, 1 ut mihi . . . -are non liceat, quid sentiam. Verg. Aen. 4, 291 quae rebus sit causa novandis. Ov. Ib. 52 Liv. 10, 9, 11. 28, 42, 16 ubi Hannibal sit. 29, 1, 8. 35, 31, 11 quae fama vulgata de reddenda Demetriade Philippo foret. Sen. dial. 7, 10, 1. Qvint. inst. 6 praef. 7 quid ille gratiae in vultu, quid iucunditatis in sermone . . . ostenderit. 7, 1, 3. 12, 9, 4. decl. 263 p. 75 quo pertineant rogationes. Capitol. Ver. 4, 6. *ε* quin, quominus: Cic. orat. 147 me . . . ille versus, qui vetat artem pudere proloqui quam factites, -are non sinit, quin delecter. Dict. 5, 13 quin palam desiderium fateretur. Svlp. Sev. dial. 2, 3, 7 Sidon., epist. 1, 7, 1 Alc. Avit. hom. 8, 4. Tert. resurr. 63 p. 125 nec -are spiritum sanctum oportebat, quominus et huiusmodi eloquiis superinundaret.

2 *res corporeas: i. q. celare*: Ov. fast. 3, 748 aspicit et ceras -atque (*sc. se non aspexisse simulat, cf. p. 1483, 30*) senex. Val. Max. 2, 6, 2 -andum et occultandum vulnerum suorum cruorem. Petron. 126, 18 v. 4 (*de Iove in cycnum mutato*) plumā canos -are (*cf. p. 1483, 26*). Stat. Theb. 12, 287 *Argia* gradu caeco ferrum calcataque tela -at. Porph. Hor. ars 338 carmen . . . novem annis.

3 *homines: i. q. repudiare, non agnoscere, mutando occultare* (*part. perf. pass. nonnullis locis quasi pro medio*): Ov. epist. 5, 84 ut . . . Hecubae fuerim -anda nurus. ars 1, 690 Achilles veste virum . . . -atus erat. met. 2, 731 nec se -at *Mercurius*. 13, 163 Nereia (*i. Thetis*) . . . -at cultu natum. trist. 2, 437 (*de Metella cf.* Apvl. apol. 10) quorum libris modo -ata Perilla (*sc. legitur*; Perillae *sc. nomine cod. Bern. ex testim. Merkelii, fort. recte*), nomine nunc legitur dicta, Metelle, tuo. Ib. 352 (*de Arsinoe?*) quaeque sui Venerem iunxit cum fratre mariti Locris in ancillae -ata nece. fast. 5, 504 -antque deos *Iuppiter et Mercurius*. 6, 507 -ata deam . . . Saturnia (Stat. silv. 1, 2, 14. *cf.* Theb. 9, 811 *Dorcei* vultu dea *Latonia* -ata). Val. Max. 9, 5 ext. 1 nec fuit ei (*Alexandro*) pudori filium, civem,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hominem -are. STAT. Ach. 1, 948. TAC. ann. 11, 30 quod ei (*Claudio*) Titios Vettios Plautios -visset *Narcissus*. APVL. apol. 10 qui (*Propertius*) Cynthiam dicat, Hostiam -et. AVSON. 213, 7 *Dynamius* rhetor Flavini cognomine -atus. PS. PHOEBAD. fid. prol. p. 31[B] -ato auctore *libelli*. PETR. CHRYS. serm. 2 p. 188[B] -at iudicem, qui magis vult implere genitorem (*i. iudex esse recusat qui genitor esse mavult*).

B *de bestiis, rebus*: **1** *bestia rem incorpoream i. q. supprimere*: STAT. Theb. 12, 605 campumque lacessens -at gemitus *taurus*. Ach. 1, 707 rabiemque minasque -ant *lupi*. SOL. 27, 18 *leones* ancipiti recessu -ant timorem. **2** *res rem incorpoream: i. q. occulere*: CIC. orat. 145 *eloquentia* id quod -at effugit. TIB. 1, 8, 44 ut annos -et viridi cortice tincta nucis *coma*. GRATT. 93 qui ... clausit venator pedicas quam -antibus armis saepe habet ... alieni lucra laboris ...! MANIL. 4, 367 -ant, non ostendunt mortalibus astra. VAL. MAX. 3, 8 ext. 1 Blasius vultu -ante (*fere pro adiectivo*) ac voce summissa monere Dasium coepit. 5, 3, 1 *saeculum* conditoris sui cruore ... maculatum ne summa quidem posteritatis -are pietas potest. PHAEDR. 4, 21, 2 quid iudicare cogitet livor modo, licet -et, pulchre tamen intellego. SEN. epist. 114, 12 quid illi (*magni nominis viro*) aetas sua ignoverit, quid in illo sciens -verit. SIL. 4, 349 *Siris* fonte quieto -at cursum. QVINT. inst. 9, 4, 21 -atque *simplicitas numeros*. PANEG. 3 (11), 12, 4 impatientes ad -andum indicium perturbationis oculi. HIER. epist. 48, 4, 3 ecclesiastica interpretatio, etiamsi habet eloquii venustatem, -are eam debet et fugere. *c. inf.*: FILASTR. 124, 3 anima -at inhaerere studiis. **3** *res corporea rem corpoream: i. q. incognitum reddere*: OV. met. 2, 374 capillos -ant plumae (*cf. p. 1482, 70*). MART. epigr. 1, 1, 4 -et (*fere i. q. desinat iactare, efferre*) Delon cornibus ara frequens. **4** *bestia personam vel bestiam*: OV. epist. 4, 56 Iuppiter Europen ... dilexit tauro -ante deum. GRATT. 208 quodsi *canes* ... -are feras (*i. simulare se feras non conspexisse, cf. p. 1482, 68*) tacitique accedere possent.

II *i. q. neglegere, neglegentem esse, non respicere (de scriptoribus, oratoribus, loquentibus fere i. q. non commemorare, omittere, praeterire; cf. p. 1484, 52. interdum notio proxime ad eam accedit, quae est sub I)*: **A** *absolute*: CELS. 3, 2 p. 77 neque dubium est, quin vix quisquam, qui non -vit, sed ... mature morbo occurrit, aegrotet. SEN. dial. 4, 33, 1 saepe ... satius fuit -are quam ulcisci. epist. 53, 6 pedes dolent, articuli punctiunculas sentiunt: adhuc -amus. STAT. Theb. 9, 203 laevum ... femur *Hippomedontis* cuspide fixum ..., sed -verat ardens, sive ... nescierat. MART. 5, 36, 2 laudatus nostro quidam, Faustine, libello -at. IVV. 16, 9 (*ad militem*) ne te pulsare togatus audeat, immo etsi pulsetur -et. TAC. hist. 1, 73 Crispinilla variis frustrationibus et adversa -antis principis fama periculo exempta est. 2, 29 ne -ans suspectior foret, paucos incusavit *Valens*. GAIVS inst. 4, 124 quodsi -verit et per cognitorem egerit, rem perdit. dig. 6, 1, 30 si ante denuntiatum sit actori, ut impensam solveret, et eo -ante posita sit doli mali exceptio. MIN. FEL. 12, 2 deus patitur, -at. TERT. pudic. 1 p. 220 adversus *pudicitiam Christianam* nonne -are potuissem? spect. 1 ne aut ignorando aut -ando quis peccet. HERM. Pal. *et* vulg. sim. 5, 2, 7 cum *dominus* sensisset, quod esset bonum, non -vit. EDICT. imp. Diocl. I 6 -andi forsitan adque reticendi relictus locus videretur. DARES 28 Achilli nuntiatum est, -at. FILASTR. 150, 9 -antibus ... et non recte currentibus a domino haec non erunt conferenda. AMM. 22, 9, 10 inimicum quidam suum ... commisisse in maiestatem turbulentius deferebat imperatoreque -ante eadem diebus continuis replicans. 22, 14, 2 multa in se facete dicta comperiens *Iulianus* coactus -are pro tempore. VVLG. gen. 19, 16 -ante illo (*Lot*) apprehenderunt manum eius *angeli*. Iob 3, 26 nonne -vi? nonne silui? nonne quievi? Sirach 23, 13 si -verit (ὑπερίδῃ) *vir multum iurans*, delinquit dupliciter. CLAVD. 19, 15 (*de Eutropio oppresso*) -ant socii coniuratique recedunt. AVG. epist. 176, 5 plurimos ... si ab eis -etur, suis laqueis implicare. AVIT. BRAC. Lucian. epist. rec. B 4. CASSIAN. c. Nest. 3, 6, 7 -andum ultra non censuit *Paulus apostolus*. LEO M. epist. 157, 4. AVELL. p. 33, 6 *episcopi* ignorantibus iudicibus vel etiam -antibus atrocia exercent. p. 399, 6 crescere -ando perniciem. *cf.* GLOSS. Plac. V 16, 30 *et* V 16, 12 demusso dubito -o. IV 507, 54 *al.* distuli -vi. *nota part. praes. c. genet.*: AMBR. exc. Sat. 1, 26 cautelam praetermisisti -ans periculi tui. *de*: IMP. AVR. et COMM. Macer dig. 1, 18, 14 de modo poenae eius (*insanientis*) -are, cum satis furore ipso puniatur. TERT. idol. 11 si quis ... de turario -bit. AMBROSIAST. in I Cor. 1, 20 *deus* -ans de bonis. 1, 21 *homines* -antes de *deo*. *a, ab*: *se continere, omittere*: TERT. Scap. 4 quanti praesides et constantiores et crudeliores -verunt ab huiusmodi causis? CLAVD. DON. Aen. 1, 202 a quibus cum Troiani iam -assent, persuadet -andum etiam a praesentibus. 1, 217 nec *Aeneas* -are a perditis potuit. 4, 107 ab *Iunonis* ... fraudibus. 12, 400 a vulnere atque omnium fletu. AMBR. in psalm. 118 serm. 2, 9 *sol* -vit a me, quia non servavi mandata eius. AMBROSIAST. *saepe, velut* in Rom. 1, 1 a lege (13, 1). 1, 18 a veritate. 12, 19 ab ira. 14, 9 ab intentione edendi. I Cor. 5, 6 a ... crimine. *al.* RVFIN. hist. 10, 1 p. 960 AVG. *saepe, velut* c. Cresc. 1, 6, 8 ab ... convincendo errore. 3, 48, 53 ab inquirenda causa (IMP. CONST LIC. Aug. epist 88, 6). civ. 1, 9 p. 14 ab eis docendis admonendis (epist. 188, 3) aliquando etiam obiurgandis et corrigendis (epist. 176, 3). epist. 44, 9 ab ... factis. *al.*

COD. Theod. 4, 6, 3. *hinc*: AVG. civ. 3, 13 p. 218 etiam Tullius hinc -are non potuit. PS. AVG. quaest. test. 115, 55 p. 337.

B *c. obiecto*: OV. Pont. 1, 2, 148 de me ut sileam, coniunx mea sarcina vestra est, non potes hanc salva -are fide. SEN. epist. 81, 16 alia..., per quae procedit omnis collatio, prosequetur et, si pusillum erit, quod intersit, -bit. COLVM. 1, 1, 6 cetera non -anda erunt agrorum cultori praecepta rusticationis. 3, 10, 7 si quam scientiam eligendi malleoli habet, eam ... -at ac superponit. 3, 18, 3 ut incommoda ista praeteream, certe illud, quod est inimicissimum, -are nequeo. 6, 37, 3 quidam non -andi auctores ... prodiderunt. 9, 6, 2 quamvis incommodum eius (*alvi*) ... non -verit *Celsus*. PETRON. 103, 6 -ata nauseantis devotione ad ordinem tristitiae redimus. STAT. Theb. 8, 696 obiectas acies turbamque minorem -at transitque manu *Tydeus*. MART. 4, 3, 6 madidis Helicen -are comis. 7, 10, 9 illud -as, ad te quod pertinet, Ole. QVINT. inst. 1, 5, 27 cum dico 'circum litora', tamquam unum enuntio -ata distinctione. 5, 13, 9 quod defendi non possit, silentio -andum. 6, 2, 36 haec -anda mihi non fuerunt (6, 3, 112). 6, 4, 14 ut quaedam in actione -ata subito in altercando proferantur. 9, 2, 94 si fuerint crebriores figurae, quam ut -ari possint. 10, 1, 40 non est -anda nostri ... iudicii summa. 11, 3, 34 consonantium quaedam insequente vocali -antur. 12, 8, 5 quid dicendum, quid -andum, quid declinandum ... sit. decl. 298 p. 178 -ata et remota persona mea parasitum abdico. 310 p. 221 supererat fortasse, ut causam quoque adhuc viri fortis agere temptarem. sane -emus partem. 350 p. 379 personam non onero, denuntiationem -o. PS. QVINT. decl. 16, 2 litis ... facinus. 18, 1 mortem filii. IVV. 9, 70 verum ut -es, ut mittas cetera. TAC. dial. 34 ut nec bene ⟨nec male⟩ dicta -rentur *ab invidis et faventibus*. Agr. 39. hist. 2, 71 -atus Marci Macri *consulatus* (*cui destinatus erat*) tamquam Othonianarum partium ducis. 2, 82 vitia magis amicorum quam virtutes. 4, 24 Civilis conatus. ann. 4, 19 (*inter crimina Silii*) conscientiā belli Sacrovir diu -atus, victoria foedata ... arguebantur. 15, 71 Acilia ... sine absolutione, sine supplicio -ata. SVET. Claud. 46 ultima vitae tempora. Nero 37, 3 -ata senatus mentione. APVL. apol. 45 quattuordecim servi petitu tuo adsunt, cos -as. 46. TERT. idol. 2 multifariam servos dei nec tantum ignorata, sed etiam -ata *idololatriae latitudo* subvertit. adv. Hermog. 32 p. 161. HERM. vulg. mand. 12, 3, 6 mandata. COMM. instr. 2, 15, 1 legem. SOL. praef. 8 ne ... prorsus ... -ata sit *origo Romae*. 1, 44 modus intercalandi ... -atus. HIL. in Matth. 6, 6 audita. AMM. 21, 3, 2. 28, 1, 24 tot malis -atis. VEG. mil. 1, 28 cura exercitii militaris primo neglegentius agi, postea -ari ... cognoscitur. 3, 26. mulom. praef. 5 curationem. HEGES. 1, 40, 9 officium. VVLG. sap. 11, 24 peccata hominum. CLAVD. 28, 361 (*Roma loquitur*) -ata diu tristes in amore repulsas ... queror. AVG. fid. et op. 3, 4 malos in ecclesia. civ. 13, 3 p. 558 D. non -anda nascitur quaestio. serm. ed. Mai 6, 3 facta ... humana. SVLP. SEV. chron. 1, 13, 3 imperium (2, 1, 4). dial. 2, 1, 4 *pauper* -atum se a clerico querens. OROS. hist. 1, 12, 8 taceo ..., praetermitto ..., Atrei et Thyestis odia stupra et parricidia ... -o. 5, 24, 17 -ato ... Mithridatico bello atque Delmatico. EPIST. pontif. 557 Thiel (Hil. 10) praef. 4. 559 Thiel (Hil. 11) 1. 587 Thiel (Simplic. 18) 1 curam caritatis et fidei. 612 Thiel (Felix 15) 4 meam personam. AVELL. p. 368, 28 potestatem. CONC. Aurel. a. 538 p. 83, 19 canones suos nec ignorare quemquam nec -are, id est praeterire, permittetur. *al.* *nota de animo*: SEN. epist. 94, 25 saepe animus etiam aperta -at.

C *pendent variae structurae*: **1** (*acc. c.*) *inf.*: COLVM. 4, 29, 2 in vitibus nimis temere tot mensium rusticis insitionem permissam. VAL. FL. 7, 485 me mox ... morituram patris ab ira. PS. QVINT. decl. 16, 2. SVET. Iul. 73 *a Valerio Catullo* sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata imposita. HERM. Pal. sim. 5, 2, 7 facere illud (SERM. Caspari Anecd. p. 223, 2). PS. CYPR. singul. cler. 33 peragere domini voluntatem. ANTH. 218, 7 venire (RVFIN. Adamant. 2, 21 PS. AVG. serm. 301, 5 SVLP. SEV. dial. 1, 14, 4 SIDON. epist. 2, 12, 1 FAVST. REI. serm. 19 p. 300. 29 p. 340 LEX Burg. lib. const. 8, 4 CONC. Aurel. a. 533 p. 62, 1). SYMM. epist. 9, 17 meorum ... accusare segnitiem. 9, 23 (21), 1 *amicitiam tuam* colere. 9, 25 (23), 1 referre gratias. 9, 36 (33) salutationi respondere. 9, 63. 9, 113 (103), 2. AMM. 20, 4, 8 procursare. 30, 8, 8 scire. PHOC. gramm. V 435, 16 non -bimus de illis dicere. PELAG. epist. ad Demetr. 30 extr. bene administrare. VVLG. I reg. 23, 13 exire. CLAVD. 5, 164 nostrae succurrere morti. PAVL. NOL. epist. 29, 13 concinere vigilantibus. AVG. conf. 5, 10, 19 hospitem reprimere. serm. ed. Mai 61, 2 *bis*. epist. 118, 3 mederi tibi. 179, 8 peccata contexere. 227. PS. AVG. serm. 4, 1 peccata vitare. 301, 1. 305, 1 *al.* **2** *enuntiatum relativum*: QVINT. decl. 323 p. 275 quae acciderunt. APVL. met. 7, 9 quod bonum mihi videtur. TERT. adv. Marc. 4, 2 p. 426 DICT. 1, 23. 3, 3. AVG. civ. 3, 2 p. 98 neque enim praetereundum aut -andum est, quod et in primo libro attigi. SACR. Leon. p. 464 quos vel -are quae sua sunt vel his contraria perspexeris operari. **3** *enuntiat. interrog. obliq.*: QVINT. decl. 258 p. 52 quae causa patri fuisset. 342 p. 350. GARG. MART. med. 1 rafanus quibus rebus sit contraria. **4** *ut*: CASSIOD. var. 2, 10, 1 nec -ari potest, ... ut sollicitatores publicos habeat genialis tori ... societas. 2, 24, 5 nos ... -are non possumus, ut sine acerbitate belli rebus suis exuantur oppressi et illi magis pereant, qui rei publicae parere festinant. PAPYR. Wessely p. 5 n. 1 -are non potui, ut tibi non scriberem.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

syn.: *ad I*: celare (TER. Andr. 132 CIC. off. 1, 108), fingere (CIC. Att. 1, 18, 1 QVINT. decl. 351 p. 380), ignorare (SEN. contr. exc. 6, 2 contr. 1, 7, 17 QVINT. decl. 263 p. 75), indulgere (CIC. ad Q. fr. 2, 14, 2), insidiari (CIC. off. 1, 108 QVINT. inst. 10, 1, 21), negare (CIC. Att. 4, 1, 5), neglegere (CIC. Verr. 4, 144 Planc. 57), obtegere (CIC. Att. 1, 18, 1), occultare (CIC. ad Q. fr. 2, 14, 2 CAES. civ. 2, 31, 5 VAL. MAX. 2, 6, 2 TAC. ann. 3, 52 APVL. apol. 11), oblivisci (LIV. 39, 47, 9), mente premere (OV. fast. 3, 634), non sentire (PETRON. 79, 9), silere (AMM. 20, 4, 4), spernere (CVRT. 4, 16, 22), supprimere (SEN. benef. 5, 1, 5), tacere (CIC. Planc. 48 off. 1, 108 MART. 11, 108, 4 QVEROL. p. 37, 9), tegere (CAES. civ. 1, 19, 2 LIV. 26, 51, 12 TAC. hist. 4, 11 SVLP. SEV. Mart. 23, 11), velare (HIL. c. Const. 10). *ad II*: ignorare (SVET. Claud. 46 TERT. spect. 1 idol. 2 CONC. Aurel. a. 538 p. 83, 19), mittere (IVV. 9, 70), nescire (STAT. Theb. 9, 203), removere (QVINT. decl. 298 p. 178), reticere (EDICT. imp. Diocl. 1, 6), silere (VVLG. Iob 3, 26), superponere (COLVM. 3, 10, 7), tacere (COD. Theod. 4, 6, 3), transire manu (STAT. Theb. 8, 696).

oppos.: *ad I*: prae se ferre (SVET. Vesp. 12), efferre (TAC. ann. 3, 41), praeterire (AVG. civ. 3, 2 p. 98 D.), simulare (CIC. off. 3, 61 SALL. Iug. 95, 3). *ad II*: dicere ... declinare (QVINT. inst. 12, 8, 5), malle (TERT. adv. Marc. 4, 2 p. 426), optare (HEGES. 1, 40, 9), ulcisci (SEN. dial. 4, 33, 1).

adverbia addita: *ad I*: bene (TER. Andr. 132 PVBLIL. Q 10 QVINT. inst. 6, 4, 17 PANEG. 8 [5], 8), callide (SVLP. SEV. chron. 1, 12, 2), difficulter (BELL. Alex. 48, 1), lepide (PLAVT. Cas. 771), male (OV. epist. 15, 7 ars 1, 276 VELL. 2, 109, 2 TAC. hist. 2, 92. 5, 11 ann. 3, 2), moderate (HIER. epist. 14, 1, 2), sedulo (TER. Hec. 578). *ad II*: male (AVG. civ. 1, 9 p. 14 D.).

derivata: dissimulabiliter, dissimulamentum, dissimulantia, dissimulatio, dissimulator.

part. perf. **dissimulātus,** -a, -um *saepius sumas pro adiectivo, fere i. q. occultus, obscurus, falsus*: QVINT. inst. 4, 1, 60 -a ... et, ut Graeci dicunt, *ἀνεπίφατος* actio melius saepe subrepit. 4, 2, 117 compositio -a quidem, sed tamen quam iucundissima. 8, 6, 59 *μυκτηρισμός*, -us quidam, sed non latens derisus. decl. 338 p. 333 *odia* nec ... occulta aut -ata saltem. TERT. adv. Marc. 2, 11 p. 350 nec causa -am evasisse severitatem *debuit*. FRONTO p. 52, 19 in quo *genere dicendi* nihil est oblicum, nihil interdum -um. AMBR. hex. 5, 9, 25 nihil ... inexploratum, nihil -um reliquit. COD. Iust. 4, 35, 23 pr. puram et non -am facere donationem. ex -o *pro adv.*: VELL. 2, 109, 2 ex male -o agebat aemulum *Maroboduus*. SEN. nat. 4 praef. 5 non esse occulte nec ex -o blandiendum.

adverb. part. praes. **dissimulanter.** GLOSS. II 422, 43 *προσπεποιημένως*. *legitur inter* GLOSS. Plaut. (Prisc. gramm. III 59, 3) in Mercatore ... -r. [*corrupt.*: GLOSS. Plac. V 29, 11 (*cf.* V 77, 6) taciter -r intraserunt.] **I** *i. q. occulte, tecte*: CIC. de orat. 2, 149 id (*voltus perspicere*) ... -r facere. Brut. 274 numeris non aperte nec eodem modo semper, sed varie -rque conclusis. epist. 1, 5[b], 2 ceteri sunt partim obscurius iniqui, partim non -r irati. OV. ars 1, 488 lecticam dominae -r adi. epist. 19, 130 ad limina crebro anxius huc illuc -r eo. LIV. 40, 23, 4 -r asservari iussus. perioch. 67 quartum consulatum -r captans *Marius*. VAL. MAX. 5, 7 ext. 1 brachium adulescentis -r apprehendendo *Erasistratus* ... comperit, cuius morbi aeger esset. Ps. QVINT. decl. 18, 11 ferrem ... suspiciones tuas ... si -r indicia tanti sceleris agitasses. PLIN. epist. 1, 13, 2 ante finem recedunt alii -r et furtim, alii simpliciter et libere. SVET. Tib. 21, 2 Augustum palam nec -r morum eius diritatem ... improbasse. Nero 33, 1 *Claudii* necis etsi non auctor, at conscius fuit *Nero* neque -r. APVL. met. 4, 9 frugi ... et solitarii homines fortunam parvam vel certe satis amplam -r obtectam protegunt. 9, 5 mulier ... hominem dolio ... -r abscondit. AVSON. 163, 18 tu caeli numeros et conscia sidera fati callebas studium -r agens. AMM. 14, 1, 6 *ad colligendos rumores destinati* peragranter et -r honoratorum circulis assistendo ... quidquid noscere poterant vel audire ... nuntiabant. MACR. sat. 1, 11, 21 *Caepionem* dominum Neapoli *servus* -r occuluit. 5, 16, 12 interdum *Vergilius* auctorem suum *Homerum* -r imitatur. 5, 18, 1 *Vergilius* -r et clanculo doctus. PROSP. chron. I 483, 1375 *amici Valentiniani* concepti facinoris opportunitatem -r aucupantes egressum extra urbem principem confoderunt.

II *i. q. ficte, fallaciter*: GELL. 16, 19, 19 regem ... navitas inquisitos ... -r interrogavisse, *eqs.* APVL. met. 5, 15 ad destinatam fraudium pedicam sermonem conferentes *sorores* -r occipiunt scisciari, *eqs.* 9, 7 ad maritumque eius (*feminae*) -r conversus *adulter* ... ait. LACT. epit. 59 (64), 2 (11) nihil subdole, nihil -r loquetur *veritatis sectator*. ira 11, 10 quod *Cicero* non -r, ut Academicus (*cf. p. 1478, 55 sqq.*), sed vere atque ex animi sententia proclamavit. AVSON. 165, 5 (*ad Aemiliam Hilariam*) reddebas verum non -r ephebum. MACR. sat. 3, 14, 15 quod (*saltandi studium*) ei (*Gabinio*) Cicero non -r obiecit. *nota* -r ferre, *fere i. q. dissimulare*: VAL. MAX. 1, 5, 6 vox (*Κατωβασίλεια*) spem eius (*Pompei*) ... comminuit neque id -r tulit (4, 1 ext. 9). *fere i. q. per ambages, circuitum*: MIN. FEL. 4, 3 *oratione* in te invectus *Octavius* obiurgavit neglegentiae, ut me -r gravius argueret inscientiae.

III *i. q. sine diligentia, non accurate, neglegenter*: OPTAT. 2, 18 querellas eius (*episcopi*) -r audistis (SVLP. SEV. chron. 1, 48, 5 non -r ... audita est vox prophetae). AMM. 28, 6, 6 -r (*fere i. q. otiose*) diebus ibi quadraginta consumptis nullo temptato inde discesserat comes. EPIST. pontif. 322 (*a. 417*) Aug. epist. 182, 6 -r habetur vulnus duarum *ovium* (*sc. Pelagii Caelestiique*). AVG. c. Parm. 3, 2, 6 *ne* quasi -r neglegantur aliena peccata. CASSIAN. inst. 2, 16 -r de satisfactione et venia cogitare. AVIT. BRAC. Lucian. epist. rec. B 14 quare dissimulasti ... non egi -r.

adv. part. perf. **dissimulātē:** *i. q. ficte*: SCHOL. Ter. p. 90, 22 eho: -e. p. 90, 29 Chremes solus et -e loquitur. *Bannier.*

dissio *v.* dissuo.

dissipābilis, -e *a* dissipare. *i. q. qui dissipari potest.* dissup-: CIC. nat. deor. 3, 31 *A V.* CIC. nat. deor. 3, 31 ignis ... et aër ... cedens est maxume et -is. LACT. ira 10, 29 si ... dii ... ex illis *atomis* constitissent, -es fierent seminibus ... resolutis. CHALC. transl. p. 37[A] cum *anima* aliquam vel -em substantiam offenderit vel individuam, facile recognoscit, quid sit eiusdem individuaeque, quid item diversae dissolubilisque naturae (*item* comm. 52 *et* 103. *Plato οὐσίαν σκεδαστήν*. CIC. Tim. 27 materiam mutabilem).

dissipātio, -ōnis *f. a* dissipare. GLOSS. *διασπασμός*. *i. q. actus dissipandi.* dissup-: CIC. Phil. 5, 11 *V*[2]. *cf.* CIC. de orat. 3, 207 (*v. infra l. 33*) ac. 1, 33 (*v. l. 46*).

I *de motu locali (i. q. dispersio): rerum corporalium*: CIC. nat. deor. 1, 71 *Epicurus* dum individuorum corporum concretionem fugit, ne interitus et -o consequatur, negat *eqs.* ITALA Ier. 12, 11 (Hier. in Ier. 3, 10, 1) -e dissipata est terra (*ἀφανισμῷ ἠφανίσθη*, VVLG. desolatione desolata est. *sed cf.* VVLG. Is. 24, 3 -e dissipabitur terra). VVLG. Ier. 12, 11 posuerunt eam (*vineam*) in -em. EVCHER. instr. 1 p. 104, 27 (*ad eccles. 12, 5* 'dissipabitur capparis') in -e capparis concupiscentiae frigus ostendit. GREG. M. moral. praef. 16 Sophar ... dicitur -o speculae vel speculationem dissipans. *verborum in rhetorica*: CIC. de orat. 3, 207 *inter varia ornamenta orationis*: dinumeratio et alia correctio et -o (disputatio *cod. Erlang. et ed. Rom. 1469*) et continuatum *eqs.* (QVINT. inst. 9, 1, 35. *cf.* 9, 3, 39 illa dispersa sunt, quae a Cicerone dissupata dici puto: 'hic segetes, illic veniunt felicius uvae, arborei fetus alibi'). *hominum*: CIC. rep. 2, 7 Carthaginem et Corinthum pervertit ... error ac -o civium (*cf. supra*: non haerent in suis sedibus. *item*: oxulant et vagantur). ITALA Ier. 24, 9 (Ps. Cypr. pasch. 11) dabo eos in -em in omnia regna terrae (*εἰς διασκορπισμόν*, VVLG. in vexationem afflictionemque). HIL. in psalm. 67, 32 gentium. VVLG. Ier. 25, 34 (*cf.* HIER. *ad l.*). *membrorum*: IGNAT. Rom. 5 confractio ossium, -o membrorum (*gr. συγκοπὴ μελῶν*).

II *translate (i. q. detrimentum, infirmatio): generatim rerum incorporalium*: CIC. ac. 1, 33 haec erat illis (*Academicis*) forma *disciplinae* a Platone tradita, cuius ... -es (disputationes *codd.*) ... exponam (*cf. infra*: Aristoteles ... labefactavit ..., Theophrastus ... fregit). AVG. civ. 16, 27 p. 170 D. *testamenti* (*cf.* ITALA gen. 17, 14 [Aug. civ. *l. l.*] testamentum meum dissipavit). *bonorum, maxime sumptu*: CIC. Phil. 5, 11 pecuniae publicae. 13, 10 praedae. FIRM. math. 3, 3, 19 quorum patrimonium frequenti et cita -e depereat. 4, 15, 5 *Luna* patrimonium ... -bus lacerat (*M*, lacerationibus dissipat *rell. et edd.*). 5, 3, 35 totum ... -bus minuunt. 5, 3, 40 substantiam ... misera -e deperdunt.

III *generali significatione*: AVG. in psalm. 134, 19 rex in omni gente prior est; Aegyptus afflictio est, Pharao -o. afflictio ergo regem habet -em; quia illi, qui affligunt ecclesiam, dissipati affligunt ... quoniam rex ducit, populus sequitur; praecedit -o, sequitur afflictio. 134, 20 -o rex afflictionis.

dissipātor, -ōris *m.* *i. q. qui dissipat.* GLOSS. V 414, 25 prodigus: -r substantiae. *de haeretico, inimico ecclesiae*: LVCIF. Athan. 1, 38 p. 133, 11 dicis te dei servum, cum sis ipsius -r legis (*cf.* HIER. in Is. 8, 11 p. 123 Sammai ... -r interpretatur ..., eo quod ... legis praecepta dissipaverit). AVG. in euang. Ioh. 11, 13 adversus haereticos, adversus schismaticos, adversus -es ecclesiae (VIGIL. THAPS. c. Eutych. 1, 2 Nestorii ... *ecclesiae Constantinopolitanae* non rectoris, sed -is. *cf.* FACVND. defens. 12, 3 p. 844[C] si quis ... ecclesiam turbat, hic non dispensator familiae dominicae, sed -r est et mysteriorum dei dispersor). *sim. de diabolo* ACT. Petr. 8 lupus rapax, vorator et -r vitae aeternae. *dicitur in bonam partem*: PRVD. psych. praef. 34 Abram triumphi -r hostic. AVELL. p. 735, 13 *Justinus* scismatum et superbiae -r et cultus veteris restitutor (*refertur ad IV reg. 18, 4* dissipavit excelsa, *cf. p. 1487, 74*). *generatim*: EVCHER. instr. 2 p. 141, 22 'Aaron' mons fortitudinis. 'Pharao' denudans eum sive -r eius (*sim.* ISID. orig. 7, 6, 43, *sed* denegans eum).

[*dubiae traditionis*: AVG. mor. Manich. 2, 13, 30 signaculi -r (*ed. Er.*, dissignator *mss.*).]

⟨elutius:⟩ **dissipidius,** dissolutius, minus sapidum: SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 16. *a* dis- *et* sapidus.

dissipisco *v.* des-.

***dissipo** (dissupo), -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* supare. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 111 insupare inicere, unde fit -are. p. 311 supat iacit, unde -at disicit. *cf.* p. 105 insipere far in ollam (farinolam, -ulam *codd.*), iacere pultis. unde -are, obsipare. dissup- *in lapide*:

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CORP. IX 4130. *hic illic in codd.* CIC. LVCR. LIV. SEN. phil.; *praeterea habent Noni codd. omnes ad* ENN. scaen. 118 *et pars codd. ad* COM. inc. Non. p. 287, 8 (= LVCIL. 801 L. *cf.* 922 Marx), ITALA Marc. 9, 26 cod. k. *de syncopis v. Neue-Wagener IV³ p. 114. in tmesi:* LVCR. 1, 651 *v. p. 1489, 19.* GLOSS. διασπῶ, διασκορπίζω, διασκεδάζω, σκεδαννύω. -at παρακούει (παρακρούει *apud Labb. i.* desipit? *Götz*), παρατάσσεται (*ad* dirigit? *Götz*), διασκεδαννύει, disturbat (det. *al.*). -a disrue, disperge. -atum καταλυθέν. *inde a* PLAVTO, *v. p. 1488, 12. non habent* TER. CATVLL. SALL. NEP. VERG. TIB. PROP. MANIL. VELL. MELA ASCON. PERS. PETRON. CALP. FRONTO. *nota raritatem: semel ap.* PLAVT. VARRONEM MART. QVINT. decl. TAC. PLIN. epist.; *bis ap.* RHET. Her. SEN. contr. VAL. MAX. VAL. FL. SIL. FLOR. SVET.; *ter ap.* HOR. PHAEDR. (app.) PLIN. nat. STAT.; *quater ap.* CAES. APVL. (met.). *frequentant* CIC. LIV. VITR. SEN. phil. FIRM. math. [*loci dubiae interpretationis:* VVLG. psalm. 34, 16 Is. 42, 14.]

I ***proprie*** *de motu locali* (*i. q. disicere, dispergere, diffundere, segregare, separare*): **A** -are *res corporales:* **1** *subi. persona* (*animal*): **a** *de dispersione, divisione, dilatatione:* CIC. div. 1, 76 simia . . . sortes . . . disturbavit et aliud alio -vit (2, 69). OV. met. 4, 241 -at (*sc. penetrando*) hunc *tumulum* radiis *Sol.* SEN. dial. 9, 1, 8 divitiis per omnes angulos -atis. PRVD. psych. 603 dispergit servata (*sc. aurum, marsupia etc.*) . . . victrix et egenis -at. *sim.* SEN. contr. 1 pr. 17 nec patiebatur *Latro* alimenta . . . aequaliter digeri, sed perturbata ac -ata in caput agebat. SEN. Tro. 468 Hector . . cervice fusam -ans iacta comam (*aliter v. p. 1488, 54 sqq.*). PHAEDR. app. 8, 10 ille . . . sputum digitis -at. *in agricultura:* VAL. MAX. 4, 4, 4 illi . . . glebas . . . -bant (*sc. aratores.* PALLAD. 2, 3, 2 dolabris). COLVM. 2, 5, 2 cum in agro disponentur acervi stercoris, non debet maior modus eorum -ari, quam. 2, 10, 6 vehes stercoris . . . disponemus -bimusque (2, 15, 2). 2, 17, 4 grumos. PALLAD. 10, 1, 2 *cumulos* stercoris. *in geometria:* BOETH. arithm. 2, 6 p. 92, 4 *triangula figura* in tria triangula -atur (*supra:* dividere). 2, 7 est . . . triangulus numerus, qui in solis tribus unitatibus -atur (*infra:* segregare).

dissonantia, -ae *f.* [*a* dissonans, dissonare. *Th.*]. *plur.: l. 28. 36.* **1** *proprie i. q. sonus absonus, asper*: BOETH. mus. 1, 8 p. 195, 8 -a ... est duorum sonorum sibimet permixtorum ad aurem veniens aspera atque iniucunda percussio. 1, 28 p. 220, 10 *opp.* consonantia. PRISC. gramm. III 505, 7 in 'sor'... desinentia vel in 'xor' verbalia feminina facere non possunt litterarum -a prohibente. *cf. infra l. 27.* **2** *transl. i. q. discrepantia, diversitas, contrarietas*: **a** *de rebus: corporeis*: HIER. hom. Orig. in Ezech. **11** p. 977 aures, si frequentius audiant, melius possunt vocum capere -as. CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 73, 7 haec ... -a contrariorum sibi corporum (*sc. elementorum*)... in quandam concinentiam cogitur. 1, 21 p. 76, 5 cum animalis cuiuspiam corpus -a sui dissederit. *incorporeis (plerumque de scriptis): absolute*: AVG. serm. 51, 5 ostendero ... -am (*antea* dissonare inter se euangelia). CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 19 *syn.* diversitatis. COD. Iust. 1, 17, 2, 15 (*a. 533*) *syn.* contrarium, discordiae. 6, 51, 1, 11^{b} (*a. 534*) antiquam -am in unam trahentes concordiam. VIRG. gramm. epist. 3 p. 133, 7. 9 (*bis plural.*). *c. genet.* (*cf. l. 46. 47. 49. 54 sqq.*): CHAR. gramm. I 291, 9 idiomatum -a multiplex. HIER. in Matth. 18, 8/9 p. 139 morum. vir. ill. 5 (= catal. Paul.) stili sermonisque (ISID. eccl. off. 1, 12, 11 *syn.* distantiam *cf. l. 49*). RVFIN. hist. 5, 24, 13 nec -a ieiunii fidei consonantiam rupit (*syn.* varietas). 6, 31, 3 Africanus scribit... de ea quae videtur euangeliorum -a (*διαφωνίας. syn.* diversa conscriptio, *opp.* consonantiam. *adde*: AVG. cons. euang. 3, 7, 30 euangelistarum, *syn.* discrepantia). AVG. epist. 75, 22 unius verbi. ENNOD. epist. 8, 1, 4 p. 200, 3 -am Atticae perfectionis... et Romanae. *add. praepos.* (*cf. infra l. 54. 55*): HIER. adv. Rufin. 2, 19 quantam inter se *duae translationes Origenis* ... sensuum habeant -am (*cf. l. 54*). 3, 34 in una re et in parva epistula quanta varietas et -a mentiendi (adv. Pelag. 1, 26. LEO M. epist. 90, 1 *syn.* discordia. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 12). vir. ill. 1 (= catal. Petr.) propter stili cum priore -am. HIER. chron. a. Abr. 914 quanta ... de *Homero* apud veteres -a fuerit (AVG. civ. 15, 10 p. 76 D. eadem -a est quae in superioribus quinque de centum annis [*opp.* consonantia]). AVG. soliloq. 1, 1, 2 deus, a quo -a ... nulla est, cum deteriora melioribus concinunt. **b** *de personis* (*cf. supra l. 42*): AVG. civ. 18, 40 p. 316 D. historicorum inter se -a (*cf.* NOVELL. Iust. 125, 1 si ... aliqua inter *cognitores* emergat -a). PS. AMBR. serm. 3, 5 afflictionem, quae nobis propter -am regum supervenit. ENNOD. dict. 10, 9 p. 457, 21 familiarum. *adde*: NOVATIAN. trin. 31 p. 952^{A} aut -a aut inaequalitate divinitatis.

syn.: contrarium, discordia, discrepantia, distantia, diversitas, varietas. *opp.*: concinentia, consonantia.

dissono, -uī (*p. 1505, 38*; -āvī: *p. 1505, 1. 24*), -āre *a* dis- *et* sonare, *cf. διαφωνέω. de scriptura* de- *v. infra l. 66, cf. 73. legitur inde a* VITR., *dein apud* COLVM. QVINT. decl. *singulis locis, saepius demum inde a s. p. Chr. quarto.* GLOSS. *ἀπηχῶ. διαφωνῶ.* -at per diversa sonat. non consentit. non convenit. divisi (*? ex contaminatione cum* dissortes, *q. v., ortum, ut videtur*). desonuit desentit. **1** *proprie de sonitu, voce*: BOETH. mus. 4, 18 p. 349, 8 quid consonet vel quid -et utraque *chorda.* HIER. in Nah. 3, 7 p. 569 -antes chordas ... in unam harmoniam contrahere. *adde*: MART. CAP. 5, 514 labdacismus: ubi 'l' plurimum -at. *dub.*: VITR. 5, 8, 1 sunt ... nonnulli loci naturaliter impedientes vocis motus, uti -antes qui graece dicuntur *κατηχοῦντες* (*opp.* circumsonantes, resonantes, consonantes. desonantes *coniec. Krohn*). *ibid.* -antes sunt in quibus vox prima, cum est elata in altitudinem, offensa superioribus solidis corporibus repulsaque residens in imo opprimit insequentis vocis elationem. **2** *translate i. q. discrepare, discordare, differre*: **a** *de rebus: absolute*: COLVM. 1, 1, 3 an universa, quae maiores prodiderunt, huius temporis culturae respondeant an aliqua -ent. SOL. 52, 19 in quantum mores populorum -ant, habitus quoque discrepantissimus (*cf.* MELA 3, 63). ARNOB. nat. 2, 57 ex omni parte diversa dici ... et rerum contrarietatibus -are. LACT. inst. 3, 15, 2 legem bene vivendi, cuius capita longe -ant. HEGES. 4, 1, 2 studiis -antibus. HIER. epist. 65, 8, 2 nec statim scriptura -are videatur. MART. CAP. 6, 718 *ἄλογος* ... linea efficitur, si -are per omnia repperitur. *nota* ITALA Ios. 23, 14

[Hofmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Lugd.) *verbum* non -vit ex illis (*διεφώνησεν, i. irritum cecidit*; VVLG. *deest*). *add. dativ.* (*cf. infra l. 11*): CONSENT. gramm. V 382, 2 nec -at huic condicioni 'lavor'. RVFIN. hist. 3, 24, 13 non sibi euangelia -are (*διαφωνεῖν ἀλλήλοις. cf.* ORIG. in Matth. 18, 126 non -ant sibi euangelistae ab invicem). MACR. sat. 1, 24, 12 nec his Vergilii verbis copia rerum -at. CASSIOD. in psalm. 70, 18 haec duo -antia sibi *nomina*. *add. praepos.*: a b: SOL. 37, 23 siderites a contemplatione ferri nihil -at (differt *SAP*^{2}. *cf.* PLIN. nat. 37, 182 ferro similis est). HIL. ad Const. 2, 11. AMM. 15, 5, 4 alter multum a vero illo -ans . . . textus (22, 10, 2. 22, 15, 6 a veritate [AVG. civ. 18, 40 p. 316 D.]). 26, 1, 1 similia plurima ⟨a⟩ praeceptis historiae -antia. AMBR. Isaac 8, 79. RVFIN. hist. 3, 25, 7 longe ab apostolica -ant fide (*τῆς ἀληθοῦς ὀρθοδοξίας ἀπάδουσα*). symb. 1 nil ambiguum, nil obscurum, nil a reliquis -ans. AVG. epist. 27, 4 *ut* meum cor a lingua mea non -et. PROSP. in psalm. 146, 2 non . . . ab operibus vox nec a voce debent opera -are. c. coll. 21, 3 epist. 2, 6. CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 73, 13 -antibus ab unitatis concinentia corporis partibus. CASSIOD. inst. div. 15 p. 1126^{C}. FACVND. defens. 1, 5 p. 551^{C}. inter: HIER. in Ioel 2 p. 201 diversa et -ans inter se explanatio. RVFIN. hist. 5, 28, 16 inter se ipsa multum -are *exemplaria* (*syn.* non conveniunt). AVG. civ. 15, 10 tit. p. 76, 8 D. de differentia, qua inter Hebraeos et nostros codices videntur annorum numeri -are.

b *de personis (cf. supra l. 5): absol* : ITALA exod. 24, 11 (Ottobon. *et* Aug. quaest. hept. 2, 102) de electis Israhel non -vit (Ottobon., -uit Aug.) nec unus (*διεφώνησεν*, VVLG. *aliter*). FILASTR. 121, 11 multis consonantibus in unum quam duobus aut tribus -antibus historiographis. RVFIN. Adamant. 3, 4 auctoribus ipsis -antibus (*μὴ ὁμοvοούντων*). MART. CAP. 2, 213 populus studiis discrepantibus -bat. *dat.*: PAVL. NOL. epist. 29, 13 piis vocibus -are. *praepos.* (pro: *l. 34*): a b (*cf. etiam l. 7. 56*): FILASTR. 52 a fide catholica -antes. 82, 3. AVG. epist. 71, 4 a Graecis ecclesiis Latinae. 143, 3 a sensu communi *moriones*. in psalm. 146, 3 a te ipso -as. 'quomodo', inquies, 'a memetipso -o?': aliud sonat lingua, aliud indicat vita. SACR. Leon. p. 331 ab . . . traditione. inter: CANON. Migne 56, 797^{B} pro eo -are inter eos *episcopos*. in: HIER. in Agg. 2, 11 *sq.* p. 759 in quibusdam verbis LXX *interpretes*. de: AMBR. in Luc. 6, 44 de numero euangelistae. 3 *singulariter i. q. divulgari*: AVELL. p. 194, 17 a recta fide te deviasse et hoc ubique -uit (*παντοχοῦ πεφήχηται*).

part. praes. pro adi. **dissonāns,** -tis (*locos, ubi c. praep. vel dat. iungitur, vide fere s. verbo*): *proprie i. q. absonus, asper*: DIOM. gramm. I 456, 21 in ornatu prima compositio debet servari, ut non sit -s et aspera structura orationis. *translate i. q. discrepans, discors, diversus: de rebus*: HERM. dig. 40, 1, 24 pr. si -es pares iudicum existant sententiae (*cf. p. 1506, 35*). GARG. MART. med. 41 -s virtus *pomorum* et quadrifariam divisa. HIL. in psalm. 51, 7 *ut extet per linguam* ex confuso erumpentis spiritus sono -s (*i. distinctus*) ad rerum intellegentiam sermo. AMBR. fid. 1, 6, 44 una perfidia *Arrianorum* impietate non -s, communione discordans (*syn.* dissimilis). in psalm. 118 serm. 10, 1 nec discors ac -s videtur interpretatio. MART. CAP. 2, 102 -s discrepantia nationum (*nota pleonasmum, cf. l. 28 et p. 1506, 25*). CAEL. AVR. acut. 1 pr. 9 obtrusionem. chron. 2, 13, 183 ordinata (3, 4, 56 ordinatio). 3, 8, 122 iudicia. *nota add. dat. gerund.* (*cf.* aptus, contrarius): CAEL. AVR. chron. 4, 1, 10 quae sunt utraque incongrua ac -ia siccandae cuti (*postea* contrarium). *de bestiis*: RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 196^{D} trecentarum vulpium quae a semetipsis diversae et -es erant. *pro subst.: masc.*: QVINT. decl. 327 p. 286, 28 ne fraternitatis quidem eadem iura futura erant inter tam -es tamque discordes. *neutr.*: MAR. VICTORIN. ad Iust. 7 haec -ia. FILASTR. 142, 1 -ia . . . dictasse. HIER. in Ezech. 7 praef. p. 241 iuncta . . . separare et -ia in unam coartare congeriem. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 117^{C} nihil -s (*syn.* contrarium, *opp.* congruum, conveniens). COD. Iust. 1, 17, 2, 19 (*a. 533*) quid -s. *technice*: DIOM. gramm. I 456, 1 Latine barbarismus -s vocatur. *adv.* **dissonanter**. AVG. gen. ad litt. 4, 33 p. 133, 13 de illo alibi non utique -r scriptum est.

opp. ad dissono: consono. *ad* dissonans: *syn.*: contrarius, discordans, discretus, dissimilis, diversus, incongruus. *opp.*: congruus, conveniens.

dissonōrus, -a, -um *cf. c.* dissonare *et c.* sonorus. *i. q. dissonus, diversus*: TER. MAVR. 190 compressio porro est in utraque (*sc.* 'b' *et* 'p') -a.

dissonus, -a, -um [*cf. c.* dissonare *et c.* consonus. *Th.*]. *sine gradatione* (*cf.* CLAVD. 21, 152, *ubi* -a *iuxta compar.* diversior). *legitur inde a* LIV., *dein* SEN. CVRT. COLVM., *in poesi inde a* LVCANO. GLOSS. -a dissimilia. NOT. Tir. 72, 29 -us, consonus.

1 *proprie de incongruo (turbato, aspero, vario) sonitu; cf. definitionem*: BOETH. mus. 4, 1 p. 302, 4 -ae *voces*, quae simul pulsae non reddunt suavem . . . sonum. 5, 7 p. 357, 14. 5, 11 p. 361, 5 non unisonarum . . . vocum aliae quidem *sunt* aequisonae, aliae consonae . . ., aliae -ae. 5, 11 p. 361, 16. *de musica, cantu*: SEN. dial. 6, 18, 4 tantum silvarum cum suis animalibus aviumque concentu -o (*cf.* epist. 84, 10 *cum* ex pulpito omne tibiarum genus organorumque consonuit, fit concentus ex -is [MACR. sat. 1 praef. 9 APVL. mund. 19 *v. p. 1506, 74*]). COLVM. 12, 2, 4 -um quiddam ac tumultuosum . . . canere. APVL. mund. 20 *musica* tam diversis et -is vocibus (*Ps. Arist. mund. p. 396^{b}, 16 ἐν διαφόροις φωναῖς*) harmoniam consonam reddit. FAV. EVL. p. 21, 26 tetrachorda . . . non hiantia neque -a. MART. CAP. 2, 209 -is mela dulcia cantilenis (*sc. complurium vocum. cf.* 9, 910 -a suavitas). NICET. psalm. 13 p. 80, 5. *adde*: NEMES. ecl. 1, 16 -a (disona *N*) flamina Mopsi. 3, 10 -a sibila. *de clamoribus turbulentis sim.*: LIV. 4, 28, 2 -os clamores ac subitos tumultus (4, 37, 9 -us, impar [*cf. ibid. glossema*: incerto clamore]. 21, 33, 6. 22, 5, 1. 34, 47, 4. 37, 41, 10. 44, 33, 6. *reliqua v. s.* clamor *vol. III p. 1257, 49 sqq*). LIV. 5, 39, 5 ululatus cantusque -os. 30, 34, 1 congruens clamor ab Romanis . . . -ae illis, ut gentium multarum discrepantibus linguis, voces (*Polyb. 15, 12, 9 ἀδιάκριτον . . . τὴν φωνὴν καὶ παρηλλαγμένην. adde*: CVRT. 9, 9, 14 TAC. ann. 14, 45 PLIN. paneg. 56, 6. *technice*: QVINT. inst. 9, 3, 72 non eadem ex ⟨voce⟩ non -a. *cf. etiam infra l. 31*). LVCAN. 6, 687 murmura . . . -a et humanae multum discordia linguae (*cf.* CLAVD. carm. min. 18, 3). 7, 272 mixtae -a turbae barbaries. PLIN. nat. 2, 54 crepitu -o. TAC. hist. 4, 29 strepitus. ann. 1, 34 questus. APVL. met. 8, 4 latra[n]tibus fervidis -isque. AMM. 31, 7, 11 varios sermonis -i strepitus (*antea* clamoribus . . . inconditis). *adde*: PLIN. nat. 2, 112 vaporem -um . . . ut candente ferro in aquam demerso. *nota per enallagen de locis*: VAL. FL. 3, 359 -a pervigili planctu vada. SIL. 3, 221 castra . . . permixtis -a linguis. *hinc transfertur ad oculorum sensum de vario atque incongruo aspectu*: PRVD. psych. 829 ne commissuris distantibus angulus impar argutam mutilet per -a semetra normam. *cf.* 442 gemmas discordia -a turbat. PHYSIOGN. 54 incongruis ac -is translationibus pedum.

2 *translate i. q. discrepans, diversus* (*saepius add. ablat. ut l. 29. 44. 45. 59. 65. 66*): a *de rebus (hic illic i. q. alienus, cf. l. 48. 50): absolute* (*vel c. abl.*): LVCAN. 3, 289 tam variae cultu gentes, tam -a volgi ora (*cf.* ARNOB. nat. 1, 46 oratione. PAVLA *et* EVSTOCH. Hier. epist. 46, 10, 3 vox [AVG. doctr. christ. 2, 4, 5 SIDON. epist. 4, 25, 4]. HIL. Macc. 311 lingua. CARM. epigr. 1842, 6 verba). PLIN. nat. 36, 73 solis ipsius -o cursu. STAT. silv. 2, 2, 114 seu nostram quatit ille chelyn (*hexametros*) seu -a nectit carmina (*i. disticha*). PAVL. dig. 42, 1, 38 pr. inter pares numero iudices si -ae sententiae proferantur (BOETH. cons. 1, 4 p. 16 *syn.* multiplices). SOL. praef. 4 ritu -o abditarum nationum (PRVD. perist. 2, 427). 29, 2 natura tam -am (sui *add. SAP*) faciat varietatem (AVG. epist. 112, 2). PANEG. 4 (9), 19, 3 -i motus habitusque dissimiles (*syn.* diversissimus, dispar, discrepans). MAR. VICTORIN. in Phil. 4, 7 p. 1229^{D} *syn.* discrepans. COD. Iust. 6, 36, 3 (*a. 290*) -is voluntatibus (*syn.* contrarius. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 269^{C} *syn.* diversae). AMBR. Abr. 2, 6, 26 plura . . . -a ac repugnantia *vitia*. HIER. epist. 18^{A}, 7, 4 *syn.* diversum. PRVD. cath. 10, 16 -a texta. c. Symm. 2, 324 tempora. CLAVD. 20, 42 -a partu semina. 28, 6 species . . . -a coetu. AVG. coll. c. Don. 3, 9, 15 *testimonia* (*opp.* consona). CYPR. GALL. gen. 1254 somnia. Ios. 501 synagoga. MACR. sat. 7, 8, 6 exemplum non -um. MART. CAP. 1, 1 -a nexa (*sc. coniugia. cf.* 1, 92 nexio). 2, 191 -a sacra (*sc. peregrina, barbara*). 9, 912. EPIST. pontif. Thiel Hil. 2, 2 opinionis. PAVL. PELL. 277 vota. INSCR. christ. Rossi II p. 264 v. 19 dogmata. *nota i. q. allegorice scriptus*: ARNOB. nat. 5, 36 -is atque alienis significationibus tecta *pars historiae* (*postea*: ambiguorum . . . dictorum). *add. dativ.* (*cf. infra l. 78*): STAT. Theb. 8, 620 voxque illa *hirundinum* tamen non -a verbis. TER MAVR. 116 'e' quae sequitur vocula, -a est priori (*sc.* 'a'). IVVENC. 3, 764 laetitiis thalami fuerat quae *vestis* -a (desona *L saec. IX*) longe (lingua *R, Huemer*). PRISCILL. can. 2 p. 113, 9 quae sibi -a et inimica motu ac fructibus existant. *seq. praepos.*: LIV. 8, 8, 2 adeo nihil apud Latinos -um a b Romana re praeter animos erat. b *de personis* (*ubi additur* sermone *sim., etiam possis referre ad 1*): LIV. 1, 18, 3 tot gentes -as sermone moribusque (STAT. Theb. 4, 299 gens una viris, sed -a cultu. SOL. 31, 1 AMM. 31, 5, 13 FAVST. REI. epist. 3 p. 172, 12 IORD. Get 39, 204. *cf.* AMM. 23, 6, 75 nationes -as et multiplices [29, 5, 28 MART. CAP. 2, 203]). VAL. FL. 5, 608 regna (PRVD. c. Symm. 2, 586). SIL. 16, 19 tot -a lingua agmina (*syn.* discordantia). TAC. hist. 2, 37 exercitus linguis moribusque -os. PRVD. ham. 100 numina. CLAVD. 17, 249 -a ritu barbaries. 21, 152 -a linguis turba. *adde*: STAT. Ach. 1, 457 tunc sparsa ac -a moles (*Graecia; sc. propter varias dialectos*) in corpus vultumque coit. *seq. praepos.*: LEO M. epist 111, 3 episcopum a professione sua -um. *adde de mente i. q. inimicus*: SIL. 11, 45 -a corda (CYPR. GALL. Ios. 296). CYPR. GALL. lev. 164 mens.

pro subst.: masc.: AMBR. Abr. 2, 6, 26 quietis et pacificis etiam angusta abundant, -is moribus etiam spatiosa artantur (*syn.* discordibus). *neutr.* (*cf. p. 1505, 83*): APVL. mund. 19 contrariorum per se natura flectitur et ex -is fit unus idemque consensus. PRISCILL. tract. 6, 100 p. 74, 24 ista tam diversa, tam -a. MACR. sat. 5, 1, 18 velut in musica concordiam -orum. COD. Theod. 16, 1, 3 (*a. 381*) nihil -um profana divisione facientes (*de trinitate*. GREG. TVR. glor. mart. 80). CYPR. GALL. num. 664 vatem diversa et -a fantem. *add. dativ.*: CASSIOD. gramm. VII 211, 35 (= inst. div. 15 p. 1128^{D}) reperies . . . frequenter in auctoritate consuetudini -a. inst. div. 24 p. 1138^{D} quid -um aut discordans patrum regulis.

syn.: alienus, contrarius, discors, discrepans, dissimilis, diversus, incongruus, inimicus, multiplex, peregrinus (CLAVD. 28, 6), varius. *opp.*: aequisonus, congruens, consonus, unus.

[Hofmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dissors, -tis [*a* dis- *et* sors, *cf.* consors. *Th.*]. AVG. gramm. V 505, 33 consors et -s in genetivo singulari tis syllabam habent, ut consortis -tis. -s autem dicitur dissimilis sortis (ISID. orig. 10, 51 'consors'... communis sorte, sicut '-s' dissimilis sorte). GLOSS. II 51, 24 -es *διακληρωθέντες*. V 287, 35 di⟨s⟩sociat⟨i⟩, sine sorte. 628, 8 desociati (*i.* diss-), divisi, sine sorte sociati. OV. am. 2, 12, 11 mea seposita est et ab omni milite -s (*sic P*, discors *vulgo*) gloria.

dissortium, -ī *n.* [*cf. c.* dissors, consortium. *Th.*]. GLOSS. II 53, 10 -um: *διαχωρισμός, διάστασις*.

dissuādeo, -suāsī, -suāsum, -ēre *a* dis- *et* suadere. de- *legitur* PORPH. Hor carm. 3, 5, 18 *et semel bisve in edd. parum fidelibus; cf. l. 12. legitur inde a* PLAVTO. GLOSS. *ἀποτρέπω*. desuadeo *ἀποπείθω*. NOT. Tir. 53, 45 -et. 53, 48 -sit.

i. q dehortari, absterrere, saepe technice de parte deliberativi generis causarum, cf. definitiones: QVINT. inst. 2, 4, 33 Romanis pro contione suadere ac -ere moris fuit. 3, 4, 15. 3, 8, 6 pars deliberativa, quae eadem suasoria dicitur, de tempore futuro consultans quaerit etiam de praeterito. officiis constat duobus suadendi ac -endi. 3, 8, 15.

A *subi. est persona*: **1** *absol. vel obiecto supplendo*: PLAVT. Asin. 931 ego -bam, mater. TITIVS or. frg. Macr. sat. 3, 16, 14 qui suaserint qui -erint (SEN. benef. 6, 30, 5 suadet -etque. epist. 87, 41 90, 5. SIDON. epist. 4, 3, 6 suadet ut Cato, -et ut Appius, persuadet ut Tullius. EVGRAPH. Ter. Phorm. 441. 459). RHET. Her. 3, 3, 4 ad suadendum et ad -endum (CIC. inv. 2, 12 in suadendo et in -endo. LIV. 6, 40, 2 ad -endum processisse [43, 16, 8. *cf.* 34, 1, 4 prodibant]. 30, 1, 5 QVINT. inst. 3, 8, 67). CIC. Verr. 5, 53. leg. agr. 2, 101 si hoc -ere est ac non disturbare atque pervertere (*cf.* GELL. 1, 6, 3 neque id hortari magis esse quam -ere absterrereque). Lael. 96 -simus nos. part. 95 -entibus ... aut utilitas labefactanda est aut efficiendi difficultates efferendae *eqs.* Att. 16, 7, 3 quibus invitis et -entibus (CAES. Gall. 7, 15, 6 *opp.* concedente. LIV. 6, 21, 5. SVET. Aug. 8, 2 dubitante matre, vitrico vero... multum -ente. Dom. 2, 1. OV. met 2, 53 -ere licet [*sequitur τόπος secundum genus deliberativum elaboratus*]). LIV. 3, 63, 8 multis -sum prodeuntibus. 45, 21, 7 VELL. 2, 31, 4. 2, 32, 2 TAC. ann. 14, 7. AMM. 21, 15, 1 *coniunct.* vetare. *add. dat.* (*cf. infra l. 52*): SEN. epist. 95, 10 suadere vobis ac -ere contenta *philosophia*. de: CIC. off. 3, 110 cum ... de captivis -urus esset *Regulus*. TAC. ann. 13, 49 de bello aut pace ... suaderet -retve. ab (*cf. infra l. 74*): TERT. castit. 4 -et ab eo quod supra indulserat. EVGRAPH. Ter. Andr. 366 ab inhonesto. **2** *aliquid*: PLAVT. Cist. 218 modo quod suasit, ⟨id⟩ -et (-sit *codd.*), quod -sit, id ostentat. Trin. 670 quod -etur, placet. CIC. inv. 2, 134 actiones. leg. agr. 2, 101 quis ... tam secunda contione legem agrariam suasit quam ego -si? (Tusc. 3, 48 VELL. 2, 32, 1 LIV. 7, 6, 12. 10, 7, 1. 45, 21, 6 FEST. p. 242. 345 SEN. dial. 2, 1, 3 GELL. 11, 10, 1). de orat. 2, 333 suadere aliquid aut -ere. LIV. 30, 37, 7 pacem. SIDON. epist. 1, 7, 5. 34, 5, 1. 3 rogatione. STAT. silv. 4 praef. supervacuum est -ere rem factam (*cf. antea* reprehenderunt). Theb. 11, 351 pugnas (*opp.* iubet). TAC. ann. 13, 26 poenam. 14, 11 donativum et congiarium. TERT. scorp. 15 martyrium -entes (*cf. antea* dehortationis consilio). adv. Marc. 1, 20 p. 316, 21 ieiun. 9. VIR. ill. 40, 4 condicionem. *add. dativ.* (*cf. etiam l. 57. 59*): OV. met. 12, 307 quique suis frustra bellum -erat, augur. AVG. serm. ed. Mai 171, 2 -et (de- *traditur*) paenitentiam peccatori. POMER. 1, 15 cupidis amorem ... -ere pecuniae. **3** *structurae: seq. infin.* (*cf. infra l. 82*): RHET. Her. 3, 3, 5 nimium progredi -bimus. SEN. Herc. O. 929 misero ... -et mori. QVINT. inst. 2, 8, 7 certum studiorum facere delectum nemo -erit. 4, 2, 121. PORPH. Hor. carm. 2, 2, 19/20 dedocere ... id est -ere populo beatum dicere eum, qui. AVG. serm. ed. Mai 171, 2 et peccare suadet homini *diabolus* et paenitere -et. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 4, 7 p. 751 ed. Bas. vim adhibere -bant (*Ios. bell. Iud. 4, 295 ἀπεγίγνωσκον*). *acc. c. infin.* (*cf.* CIC. off. 3, 101 *Regulus* non modo non censuerit captivos remittendos, verum etiam -erit. *v. etiam infra l. 79*): SVET. Tib. 2, 1 Appius Caecus societatem cum rege Pyrrho ut parum salubrem iniri -sit. AVG. civ. 1, 23 p. 38 D. hoc fieri ... -bant (PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 12 p. 622 ed. Bas. Herodis consilio -entis id fieri, *cf. Ios. bell. Iud. 1, 318 ἀποτρέποντι*). *seq.* ne: GRACCH. or. frg. Gell. 11, 10, 4 qui prodeunt -uri, ne hanc legem accipiatis. ASCON Scaur. p. 25, 2 St. FRONTO p. 57, 7 N. neve... neve. GELL. 6, 2, 10 me dehortatur -etque, ne (*ad* ENN ann. 381 de me hortatur, ne). PORPH. Hor. carm. 3, 5, 18. ITALA Zacch. 7, 11 (Lucif. Athan. 1, 37) et -erunt, ne observarent (*ἠπείθησαν*, VVLG. noluerunt attendere). **4** *mutata structura secundum verba quae sunt* deterrere *sim.* (*cf. supra l. 40*): HYG. fab. 219 p. 129, 11 *Cisseus* ab amicis -sus (disuasus *F*) fidem fraudavit. SCHOL. Stat. Theb. 4 praef. p. 187, 18 -entis eum a pugna.

B *subi. est res* (*personata*: OV. met. 1, 618 pudor est, qui suadeat illinc, hinc -et amor): SEN. nat. 2, 39, 3 *fulmen consiliarium* suadet -etque (*cf.* 2, 39, 1. *seq. acc. c. inf.*: AMM. 23, 5, 13 -ent aliquid fieri vel suadent). dial. 4, 3, 4 -ente aliqua causa. epist. 95, 37 sciet pro patria pugnandum esse, -bit timor (*postea* vetabunt). *seq. infin.*: PLIN. epist. 2, 17, 26 si ... balneum ... brevior mora calfacere -at.

syn.: absterrere, dehortari, vetare. *opp.*: concedere, dubitare, hortari, iubere, suadere.

dissuāsio, -ōnis *f. a* dissuadere. GLOSS. *ἀποτροπή. i. q. dehortatio, technice fere, cf.* dissuadeo *et defin.*: RHET. Her. 1, 2, 2 deliberativum *genus causarum* est in consultatione, quod habet in se suasionem et -em. CIC. part. 85 FORTVN. rhet. 1, 1 p. 81, 17 CASSIOD. rhet. 3 ISID. orig. 2, 4, 3. *absol.* (*cf. etiam infra l. 39*): SEN. epist. 94, 39 consolationes...-esque et adhortationes et obiurgationes et laudationes: omnia ista monitionum genera sunt. EVGRAPH. Ter. Hec. 340 quid ... aegra: -o. [Andr. 302 *class. α.*] *c. gen. subi.*: AVELL. p. 242, 3 -e eius *Petri*. *c. gen. obi.*: CIC. Cluent. 140 in -e rogationis (*opp.* suasione). ASCON. Pis. p. 17, 1 St. legis agrariae (QVINT. decl. 255 p. 44, 19 suasoriarum et legis suasio et -o est). TERT. uxor. 1, 3 praelatio superiorum -o est infimorum. de: FEST. p. 234 Cato in -e de rege Attalo et vectigalibus Asiae. NON. p. 64, 20 Cato ... in -e de faeneratione. ne: FEST. p. 282 Cato in -e, ne lex Baebia derogaretur.

opp.: praelatio, suasio.

✖**dissuāsor**, -ōris *m. a* dissuadere. de- *v. l 30. is qui dissuadet, dehortatur.* **1** *de hominibus, technice fere* (*cf. praecepta rhetorica*: CIC. part. 83 ut illa prima sint suasori aut -i videnda, quid aut possit fieri aut non possit *eqs.* 85 *bis.* MART. CAP. 5, 467 *opp.* persuasor. *et saepius ibidem*). *absolute*: CIC. de orat. 2, 261 -r (*sc. legis annalis*) M. Servilius. LIV. 38, 54, 8 -r processit. MACR. somn. 2, 10, 3 compos -r. CASSIOD. in psalm. 9, 37 iniquus. *v. etiam infra l. 40. c. gen. obi.*: CIC. Brut. 106 Piso ... multarum legum aut auctor aut -r fuit (LIV. 2, 41, 7 -r et intercessor legis agrariae. *cf.* 2, 41, 4 largitioni resistebat). Att. 1, 14, 5 Piso ... lator rogationis idem erat -r. epist. 9, 15, 3 non -em mihi emptionis Neapolitanae fuisse, sed auctorem moderationis. SEN. epist. 108, 7 populus honesti -r (*cf. infra l. 35*). AMM. 17, 10, 2 tunc -r pugnandi. 30, 9, 4 boni pravique suasor et -r (*Valesius*, desuasor *codd.*) admodum prudens. ENNOD. carm. 2, 75, 1 recti -r. **2** *de rebus* (*personatis*): CIC. ad. Brut. 1, 15, 5 cum etesiarum diebus auster me in Italiam quasi -r mei consilii rettulisset. LVCAN. 4, 248 iusti gladius -r (*cf.* ADNOT. *ad l.*: id est qui non patiatur eos servare iustitiam). CLAVD. rapt. Pros. 3, 28 -r honesti luxus.

syn.: intercessor. *opp.*: auctor, lator, suasor.

dissuāsōriē *adv. a* dissuasor. *i. q. in modum dissuasoris*: SERV. Aen. 2, 46 ligno: bene 'ligno' quasi -e (*ME*, desuasor *L*, desuasore *H*), non 'simulacro'... nam in suasione vel dissuasione tam sensus quam verba considerantur (merito quasi dissuasor affectavit tapinosin dicens 'ligno' *C*).

dissuāvio(r) *v.* dissavio(r). **dissuēsco, dissuētūdo** *v.* de-.

dissūgo *v.* desugo.

dissulco, -āre [*a* dis- *et* sulcare. *Th.*]. *i. q. dividere*: AVG. c. epist. fund. 24 p. 222, 23 terra tenebrarum, quae terram lucis non modo vicinitate contingit, sed etiam penetratione -at. VEN. FORT. Mart. 4, 243 columna molliter aërio -ans (*sic codd.*) nubila lapsu. *cf. etiam* desulco. *Hofmann.*

dissulto, -āvī, -ātum, -āre [*cf. c.* dissilire *et c.* saltare. *Th.*]. GLOSS. *διαπηδῶ*. -ant resonant. per diversa sonant. *inde a* LVCR.; *in pedestri sermone inde a* SEN. phil. *v.* dissilio, desulto.

i. q. dissilire: **1** *in partes diversas salire*: **a** *de multitudine corporum, quae e contactu resiliunt*: LVCR. 3, 395 quantis intervallis *primordia* ... possint concursare, coire et -are vicissim. 3, 569 quia ... tenentur corpore ab omni nec magnis intervallis primordia possunt libera -are. **b** *de singulis corporibus, quorum compages solvitur* (*fere i. q. rumpi*): VERG. Aen. 8, 240 -ant ripae. SEN. epist. 45, 9 *fortunae* tela ... grandinis more -ant, quae incussa tectis ... crepitat ac solvitur. PLIN. nat. 37, 57 ut ferrum utrimque -et. STAT. Theb. 5, 565 nemorum ...-ant nexus. CYPR. GALL. gen. 253 ne fissilibus -ent *arcae* robora rimis. IVL. VAL. 1, 5 testulā *ovi* -ante. *hyperbolice: clamore* -are *i. rumpi*: AVSON. 364, 10 hinc fora -ant clamoribus. MART. CAP. 2, 133 magno tympani crepitu crotalorumque tinnitu universa -ant. **c** *i. q. dispergi* (*de luce, voce sim.*): VERG. Aen. 12, 923 nec fulmine tanti -ant crepitus. SIL. 7, 144 aquae splendor radiatus lampade solis -at per tecta. 9, 608 subito ... per alta collucet iuga -ans Vulcanius ignis. MART. CAP. 5, 427 bombis -antibus. **2** *in alium locum salire, transire; tantum translate*: ALC. AVIT. epist. 9 p. 44, 2 si ab unitate sensus vestri Roma -et.

singularis usus est his locis: MART. CAP. 9, 906 Pitho, Voluptas et Gratiae admixtis lyrae vocibus atque ipsae harmonicis -antes motibus (*i. huc et illuc saltantes*) advenere. *transitive* (*i. q. facere, ut aliquid dissiliat, cf.* resulto): MART. CAP. 1, 3 cum ... id ... deditum mundo loquax triviatim -ret (*i. divulgaret*) humanitas.

dissultor *v.* desultor *p. 778, 12.* *Bauer.*

dissum *ἀκέραιον* GLOSS. II 52, 28 [*cf. c.* bissum, *q. v. Th.*].

dissunapiter *vox magica* CATO agr. 160.

dissuo (-suī), -sūtum, -ere [*a* dis- *et* suere, *cf.* consuere. *Th.*]. *perfect. legi videtur* HIER. tract. in psalm. I p. 95, 14. GLOSS. *παραλύω*. -it *παραλύει*. dissire: desuere. *v. etiam Thes. gloss. s. v.* resuit. NOT. Tir. 83, 55 -it. *proprie de vestimentis i. q. dissolvere, discindere; cf. metaphoram*: CIC. Lael. 76 tales ... amicitiae sunt..., ut Catonem dicere audivi, -endae magis quam discindendae (*cf.* off. 1, 120 [dissuere *codd. interpol.*, diluere *cett.*] HIER. epist. 8, 2). OV. fast. 1, 408

[Hofmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

altera *Nais* -uto pectus aperta sinu. ITALA lev. 10, 6 (Lugd.) vestimenta vestra ⟨non⟩ -etis [scindetis, *glossema ex* VVLG.] (*οὐ διαρρήξετε*, VVLG. nolite scindere. *adde*: VVLG. lev. 13, 45 habebit vestimenta -uta [*παραλελυμένα*]. HIER. tract. in psalm. I p. 95, 14 *syn.* scindantur. RVFIN. hist. mon. 31 p. 458^{C} *iussit eum* vestimentum -ere atque iterum resuere et rursus resolvere. PS AVG. serm. 27, 3). HIER. epist. 117, 7, 2 si de industria -uta sit tunica, ut aliquid intus appareat *eqs.* (ISID. in lev 11, 16 *allegorice*: -utis tunicis, id est omnibus secretis manifestatis). PS. AVG. serm. 252, 1 aliquid in stola animae. *adde*: AMM. 23, 6, 84 licet sinus lateraque -uta (*i. non tecta*) relinquant flatibus agitari ventorum (VEREC. in cant. 2, 40 *allegorice*: latus . . . -ere hoc est cordis revelare secreta). *transl.* (*cf. p. 1508, 82*): PERS. 3, 59 oscitat hesternum -utis (*i diductis*) undique malis (CASSIAN. inst. 2, 10, 1 -utis malis et hiantibus). ARNOB. nat. 3, 27 dea *Venere* cogente . . . dissu[ri]untur tenacium matrimoniorum nexus. *reflexive*: AVG. util. cred. 8, 20 p. 25, 11 -bam me tamen magis magisque ab istis, quos iam deserere proposueram. *part pro adi.* **dissūtus** *v. supra.* *neutr subst.* **dissūtă,** -ōrum: HIL. in Matth. 19, 11 -a vestium retexuntur. PS. AVG. serm. 300, 4 -a consuere, conscissa sarcire.

syn.: (di)scindere, resolvere. *opp.*: consuere, retexere.

dissupo *v.* dissipo. **dissyllab-** *v.* disyllab-.

distābēsco, -tābuī, -ere *a* dis- *et* tabescere. GLOSS. dista⟨b⟩uit elanguit, distillavit. -erunt contabuerunt. asundun (*anglosax.*). **1** *proprie i. q (con)tabescere, dissolvi: de rebus et partibus corporum*: CATO agr. 24 sinito . . . cum musto -at *sal.* PAVL. FEST. p. 156 (= FEST. p. 157) iecur cum -uit in coquendo. VEG. mulom. 1, 11, 13 ut suspirium -at (de- *S saec. VI*) in aqua (CHIRON 362). OROS. hist. 5, 16, 11 corpora in modum nivium -erunt. *de hominibus ipsis*: OROS. hist. 2, 10, 11 pedestres . . . copiae . . . labore, fame ac metu . . . -uere. CASSIAN. inst. 5, 30, 1 eius (*uvae aegritudinis*) languore -ui. ORIG. Const. 3, 8 p. 8, 4 Galerius . . . sic -uit (distibuit *cod. corrector*), ut aperto . . . viscere moreretur. **2** *translate in* ITALA *et apud Christianos*: ITALA Ios. 5, 1 (Lugd.) -erunt sensus eorum (*ἐτάκησαν*, VVLG. dissolutum est cor). ITALA Iob 42, 6 (Hier. interpr. Iob 42, 6 Aug. civ. 22, 29 p. 627 D. *cf.* gen. ad litt. 10, 8 p. 305, 18 pecc. mer. 2, 11, 16) despexi memetipsum et -ui (*ἐτάκην*, VVLG. *deest*). ITALA psalm. 62, 2 (Ambr. in psalm 118 serm. 20, 52, 2) quam -uit caro mea in terra deserta. ITALA Hab. 3, 6 (Hier. in Hab. 3, 6 p. 641) aspexit et -erunt gentes (*διετάκη*, VVLG. dissolvit). *add. praepos.*: ITALA psalm. 138. 21 (Aug. spec. 6 p. 45, 18) contra adversarios tuos -ui (*ἐξετηκόμην*, VVLG. tabescebam). AVG. conf. 3, 3, 5 in quantas iniquitates -ui! (contabui *V*). ARNOB. in psalm. 118 p 521^{B} tabescebam (*cf.* psalm. 118, 139) . . . quomodo -uit Moyses in populo praevaricatore . . ., quomodo Samuel in Saule. *cf. etiam* detabesco.

syn.: dissolvi.

distaedet, -tīsum (-taesum), -ēre *a* dis- *et* taedere. PAVL. FEST. p. 72 distisum et pertisum dicebant, quod nunc di⟨s⟩taesum et pertaesum. *c. gen.*: PLAVT. Amph. 503 edepol haud quod tui me neque domi -at. *c. inf.*: TER. Phorm. 1011 cum hoc ipso -et loqui (*cf.* ROMAN. Char. gramm. I 198, 8 'dis' pro 'valde'. EVGRAPH. *ad l.* -et: id est valde pudet. SCHOL. Ter. p. 139, 31 -et: valde taedet vel dis testibus [*sic*] taedet me loqui).

? prosodiae velut quaedam ⟨**d**⟩**istāmina** SERG. gramm. IV 532, 10 (*ex Varrone*; *διαστήματα coniec. Wilmanns*). *sed cf. etiam s.* stamen. *Hofmann.*

distāns, -antĕr *v.* disto.

✱**distantia,** -ae *f.* [*a* distans, distare. *Th.*]. *i. q. intervallum, discrimen, differentia.* GLOSS. *διάστασις, διχόνοια*, inaequalitas, differentia. *legitur inde a* CIC., *frequentant* TERT. AVG. BOETH. [*e coni.* AMM. 31, 2, 9.]

I *proprie: de intervallo vel separatione locali vel temporali, interdum de numerorum intervallis* (*accedit genet. passim*, ad *l. 68 et p. 1510, 15*, inter *l. 79 et p. 1510, 2*): VARRO gramm. frg. 76 p. 210 G.-S. vocem sicut omne corpus tris habere -as: altitudinem, crassitudinem, ⟨longitudinem⟩ (*cf. l. 83*). VITR. 5, 4, 2 *tonorum.* 5, 4, 3 intervallorum. 5, 4, 6 ei *sonitus* intervalla . . . et -as habent crescentes. 6, 1, 7 quae . . . progredientibus ad septentrionem sunt nationes, . . . altiores habent -as ad mundum (ad mundi *codd.*, mundi *Krohn*). COLVM. 1, 1, 20 *servi* tam longa dominorum -ā corrumpuntur. 9, 8, 8 loci (SIDON epist. 8, 9, 5 *cf. l 77*). PLIN. nat. 2, 61 a longissimis -ae suae metis (*de Veneris et Mercurii stellis*). *ibid.* a longissimis -ae suae finibus (*de Veneris stella*). PS. QVINT decl. 1, 12 paries habet -am, vacat aliquid loci. LIB. col. grom. p 214, 1 L. nulla interiecta -a. p. 227, 7 quorum limitum -a est ped. *tot.* TERT. adv. Marc. 4, 34 p. 537, 3 per immensam illam -am sublimitatis et profunditatis. CARM. epigr. 871, 3 (*Burdigalae*) nec me diversi cogit -a mundi. PANEG. 9 (12), 21, 5 magna . . . intercapedine temporis ac brevi locorum -a (AVG. c. Iul. 2, 10, 37 SIDON. epist. 9, 8, 2 *cf. l. 69*). MAR. VICTORIN. verb. script. 3 quid . . . est separare, si non -am inter haec (*lucem et tenebras*) facere (*cf.* CAEL. AVR. acut. 2, 12, 85 ob dentium [*cf. p. 1510, 5*] faciendam -am. chron. 1, 4, 110 oris facienda -a. *cf. p. 1511, 40*). AVSON. 336, 75 triplex sideribus positus, -a, forma. FAV. EVL. p. 11, 15 dupli ac tripli -as. AMBR. Noe 6, 13 in nostro corpore summa est et media et minima -a (*cf. supra l. 64*). AVG. civ. 5, 5 p. 196, 19 D. si tanta -a est temporis in nativitate geminorum. MART. CAP. 7, 758 ubi alter numerus maior, alter minor est, protinus inter eos -a est. 9, 930 diesis . . . -ae sunt tres (*in musica*). 9, 965. AVELL. p. 196, 26 unitati ne dederis -am neque dividas deum a carne CAEL. AVR. acut. 2, 10, 69 palpebrarum. 2, 10, 70 ut sit *dentibus* quaedam interiecta -a (2, 10, 74 perfecta dentium -a. *al., cf. p. 1509, 80*). 3, 5, 50 oris hiscens -a (chron. 1, 4, 110). 3, 7, 74 motus earundem partium . . . temporis -ā differentes (chron. 2, 13, 164 -ā temporum. THEOD. MOPS. in Gal. 1, 3—5 p. 5, 16 temporum prolixitas vel -a [*διάστημα*]) CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p. 114, 21 pro partium -a (*cf.* 3, 6 p. 163, 20). ALC. AVIT. epist. 93 p. 100, 29 orientalium . . gentium -a. BOETH. arithm. 1, 10 p. 23, 14. 2, 23 p. 107, 6. 2, 46 p. 150, 9 *syn.* intervallum. mus. 1, 8 p 195, 6 intervallum . . . est soni acuti gravisque -a. 1, 10 p. 196, 4 quibus . . . inter se -is consonantiae differant. 1, 20 p. 208, 6 -a meses et parameses. 1, 31 p. 222, 7. 2, 29 p. 262, 14 hemitonii. 4, 6 p. 319, 19 paranete hyperboleon ad neten hyperboleon obtinens -am tonum. *al.* *nota*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31 p. 403^{C} *pulmo* cedens atque rarescens rursusque attrahens aerem per -am movetur (*i. se dilatans; gr. τῇ διαστάσει*).

II *translate: i. q. discrimen, diversitas; nonnullis locis fere i. q. species* (*pluralis l 27. 37. 41. 46 sqq. 52; p. 1511, 9. 27. 29. 35. 37 acced. genet. passim.* ab *l. 38. 50; p. 1511, 22.* ad *p. 1511, 25 sq. 28.* apud *l. 69. 76.* cum *l. 68.* in *c. abl. l. 24. 50. 52*, in *c. acc. l 40*, inter *l. 28. 36. 43. 48. 53. 59. 61. 65; p. 1511, 8. 17 al.*): CIC. Lael. 74 morum studiorumque. LVCR. 2, 373 intercurrat quaedam -a formis. 2, 525 formarum. 6, 636 tantaque in his rebus -a differitasque. QVINT. inst. 5, 10, 26 condicionis *personae* etiam -a est *in argumentatione*. 7, 10, 10 caloris -am (*in aegroto*). GELL. 2, 26, 6 quasdam -as coloris rufi. APVL. Plat. 2, 13 per dissimilitudinem morum et -am vitae. TERT. nat. 1, 5 p. 65, 27 multum -ae inter crimen et nomen. anim. 10 p. 314, 19 cum -am non das, ut ipsa sit anima spiritus, dum *eqs.* 16 p. 322, 7 †delicti diversitas . . . ex -a auctorum. 27 p. 345, 14 temporum. resurr. 5 p. 32, 3. adv. Marc. 4, 1 p. 425, 16 quid differentiam rerum ad -am interpretaris potestatum? 4, 25 p. 508, 9 pro differentia . . . mercedum operarum quoque credenda -a est. 4, 34 p. 538, 22 non erit divinitatum statuenda -a, sed ipsarum materiarum. 5, 3 p. 577, 14. IREN. 5, 36, 2 habitationis (*διαστολήν*). PS ORIG tract. 12 p. 138, 16 magna est -a inter coccum et purpuram. ARNOB nat. 2, 59 qualitatum -as. LACT. inst. 5, 7 bonorum ac malorum. ira 7 hominis atque mutorum. NON. p. 438 *voces* hanc habere -am (p. 423 genetrix a matre hanc habet -am. p. 439 simulare et dissimulare hanc habent -am. p. 441 AVG. c. Fel. 1, 18 p. 823, 28. DIOSC. 3, 133 *leucoyon* in flores -as habet [*διαφορὰ ἐν τῷ ἄνθει*]. 3, 149. CASS. FEL. 35 quattuor -as . . . habere uva [*i. tumor faucium*] ostenditur. 38. *cf. p. 1511, 41*). MAR. VICTORIN. rhet. 1, 1 p. 156, 22 quae -a sit inter rhetorem, sophistam et oratorem. 2, 16 p. 272, 12 illa tantum -ā et dicendi diversitate. IVL. RVF. rhet. 22 p. 44, 14 harum *specierum* -a est, quod *eqs.* RHET. min. p. 586, 13 temporis -ae sunt duae: semper et accidens (*fere i. q. differentiae. cf.* p. 586, 15 loci -ae . . .: spatium et sedes). CHAR. gramm. I 70, 2. CONSENT gramm. V 386, 8 quid -arum *illi modi* inter se habeant. CASSIOD. (*ex Papiriano*) gramm. VII 158, 12 ut esset -a genetivorum a dativis. PALLAD. 3, 25, 4 cum in *pomorum generibus* excolendis sit nulla -a. 4, 10, 27. 11, 14, 1 POTAM. tract. 1. HIL. in psalm. 14 habitationis et requiei. 118, 3 p. 356, 20 sunt . . . -ae in singulis . . . rebus. OPTAT. 1, 10 p. 13, 18 inter scismaticos et haereticos quam sit magna -a. 1, 21 p. 23, 10. 5, 3 p. 125, 3 *al.* AVSON. 89, 3. AMM 29. 2, 2 sine fortunarum -a. 31, 6, 7 sine -a aetatis vel sexus. CLAVD. DON. Aen. 1, 639 fuit in . . . apparatu *convivii* diversitas propter -am personarum. VEG mil. 3, 13 sed illa -a est, quod, si . . ., si vero *eqs.* FVLG. aet. mund. p. 141, 12 (*cf. p. 1511, 31*). AMBR. hex. 4, 4, 14 *nativitatis.* 4, 4, 17. HIER. epist. 49, 14, 9 tantam nos inter virginitatem et nuptias fecisse -am (AVG. c. Iul. op. imperf. 1, 120 inter te . . . et Manichaeum . . . magnam factam esse -am. ENNOD. dict. 12, 11 p. 464, 7 inter unius naturae homines -am facitis. CASSIOD. compl. in I Cor. 15, 39 totius carnis -am facit [*syn.* discernit]). 49, 14. 13 in Gal. 6, 3. in Ier. 5, 33, 2. 6, 15 p 886 nullam habere (*i. statuere*) -am bonorum malorumque operum (VVLG. Ezech. 22, 26 inter sanctum et profanum. MART. CAP. 8, 844 temporum, quibus signa oriuntur aut occidunt. 8, 851 horum . . . septem [*sc. planetarum*] illa eo maxime cum fixis sideribus habenda -a, quod *eqs.* MAX. epist. p. 2, 29 nullam apud Christum -am et condicionem . . . haberi nec sexum). 25. 34/35 p. 1023 tract. in Marc. p 345, 31 in Matth. 13, 20/21. 13, 37 *sq.* adv. Pelag. 2, 7 p. 543^{B} personarum (VVLG. deut. 1, 17). praef. Vulg. in euang. quotiens praetulerint in numerorum adnotatione -am. in catal. Paul. stili sermonisque (ISID. eccl. off. 1, 12, 12 *syn.* propter dissonantiam sermonis). VVLG. deut. 1, 39 boni ac mali (eccl. 6, 5). II par. 12, 8 ut sciant -am servitutis meae. 14, 11 domine, non est apud te ulla -a, utrum . . ., an . . . . DOCTR. apost. 1, 1 -a . . . magna est duarum viarum (*sc vitae et mortis; διαφορά*). AVG. civ. 5, 4 D. ut . . . inimicos eos (*Esau et Iacob*) inter se faceret ipsa -a. 8, 21 p. 351, 22 elementorum. 9, 17 p. 392, 27 locorum (*cf.* CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 146, 19 quia cum differentia dignitatum sit -a locorum. 3, 10 p. 171, 5). 15, 10 p. 76, 10 D. 20, 27 p. 477, 7 praemiorum atque poenarum. *al.* epist. 140, 8. 167, 18 sedendi et standi. c. Fel. 1, 18 p. 823, 31. quaest. hept. 1, 105 hoc . . . quā -ā dicatur 3. 8 sacrificia non pro -a peccatorum . . ., sed pro -a personarum distinxerit. 5, 15 p. 383, 26 *syn.*

[Pflugbeil]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

differentia duorum testamentorum. gest. Pelag. 14,32 gratiarum. pecc. mer. 1, 31, 60 divinitatis et infirmitatis. c. Pelag. 3, 4, 11 spir. et litt. 15, 42. 16, 28 (*opp.* congruentia). serm. 1, 5 creaturae creatorisque. 22, 8 peccatorum. virg. 46, 47 fertilitatis. *al.* BACHIAR. fid. 5 p. 1033^{A} iustorum peccatorumque. CHROMAT. in Matth. 10, 2 MACR. sat. 7, 7, 16. PHYSIOGN. 46 masculini et feminini -a, quorum discretionem supra prosecuti sumus. THEOD. PRISC. eup. faen. 17 huius passionis. DIOSC. 4, 24. MART. CAP. 9, 969 est quoque -a inter rhythmum metrumque non parva. LEO M. serm. 75, 4. CASS. FEL. 49 sunt ictericorum -ae duae. 52. 54 *al.* PETR. CHRYS. serm. 88 p. 449^{C} sic est unitas trinitatis, ut nulla sit in deitate -a. CLAVD. MAM. anim. 1, 12 p. 55, 12 eandem ..., quae est in siderum qualitate discrepantia, resuscitatorum corporum fore pro meritorum diversitate -am. 2, 3 p. 110, 11. FAVST. REI. spir. 1, 7 p. 113, 8 *syn.* dissimilitudo ... (differentia). ALC. AVIT. c. Arr. 30 p. 13, 30 carm. 5, 245. 6, 283. epist. 22 p 55, 8 meriti alternante -a. hom. 7 p. 117, 3. 8, 4 p. 119, 25. 9, 2 p. 120, 17 LEX Roman. Visig. (epit. inst. Gaii) 2, 5, 5 inter legatum vindicationis et damnationis illa -a est, ut *eqs.* BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 23, 16. 3, 9 p. 197, 1. *ibid.* p. 229, 5 quoniam nec de eo ulla -a est, sive ... sive .... 4, 1 p. 305, 18. 5, 12 p. 381, 28 magna ...-a est, an ... an .... in Porph. comm. pr. 1, 17 p. 51, 17 generis specieique. 1, 19 p. 56, 13 de differentiae accidentisque a genere -a. *ibid.* p. 56, 22 differentiam -amque. 2, 1 p. 86, 16 harum ... communes et propriae differentiae quodammodo discrepantiam -amque faciunt (*i. efficiunt. cf. l. 37*). *ibid.* p. 87, 14. 2, 19 p. 119, 10 *sq.* cum superioris generis ad alia quattuor differentiae fuerint, nunc vero differentiae (*genet.*) ad alia tres -ae videantur, septem hae -ae fiunt. in Porph. comm. sec. 5, 18 p. 336, 14 expositis igitur -is differentiae ad cetera. *ibid.* p. 336, 17. ENNOD. epist. 8, 16, 2 p. 211, 6 est facti unitas in -a personarum. opusc. 10, 2 p. 419, 18. APRING. in apoc. 21, 21 meritorum. FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 11 p. 191^{C} c. Arrian. 7 p. 217^{B} (*syn.* differentia). rem. pecc. 2, 5 p. 555^{C} (*cf. p. 1510, 58*). CASSIOD. in psalm. 24, 3. 134 conclus. MVTIAN. Chrysost. hom. 19, 1 p. 357/8 (*τὸ διάφορον*). GREG. M. in Ezech. 1, 1, 17 PALLAD. hist. mon. I 6 p. 269^{C}. 37 p. 325^{D} ORIG. in Matth. 16, 16. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 3 p. 357^{C} tres -as (*τρεῖς διαφοράς*) voluntatum novit apostolus: carnalem ... animalem ... spiritalitatem. EXPOS. fid. Caspari Anecd. p. 311. ISID. orig. 11, 1, 56 -as vocis.

iuncturae: -a est: *saepe.* intercurrit: *p. 1510, 22.* -am dare: *p. 1510, 3. 29.* facere: *p. 1509, 79 sqq. 1510, 60 sqq. 1511, 24.* efficere: *p. 1511, 37.* habere: *p. 1509, 64. 66 sq. 72. 1510, 26. 38 sqq. 42. 64 sqq.* intericere: *p. 1509, 73. 1510, 5.* obtinere: *p. 1510, 15.* ponere: CASSIOD. inst. div. 5 p. 1117^{C}. praeferre: *p. 1510, 72.* statuere: *p. 1510, 34.*

syn. et iuxta posita: ad I: prolixitas (THEOD. MOPS. in Gal. 1, 3—5). *ad II*: differentia (AVG. quaest. hept. 5, 15 *al.*), differitas (LVCR. 6, 636), discrepantia (BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 86, 16), discretio (PHYSIOGN. 10 *al.*), dissonantia (ISID. eccl. off. 1, 12, 11), diversitas (MAR. VICTORIN. rhet. 2, 16 p. 272, 12 *al.*).

distantīvus, -a, -um [*cf. c.* distare, distans. *Th.*]. *i. q. ad distantiam efficiendam valens*: TERT. anim. 9 p. 310, 5 illud trifariam -um (distantium *trad.*), longitudinem dico et latitudinem et sublimitatem. *i. q. distantiam habens*: CHALC. comm. 16 haec eadem ... duum corporum -a (distantia *al.*) seu duplex medietas coniungere distantia corpora ... sic ostenditur (*cf. de eadem re infra*: distans *competens [i. analogia, proportio] est,* quod duobus mediis finibus separat extima [*velut 8 : 4 = 6 : 3*]. *opp.* continuum competens [*velut 8 : 4 = 4 : 2*]). *Pflugbeil.*

[**distario** occupatio GLOSS. (*vel* disturio) *v.* distentio *p. 1516, 63*, distractio *p. 1540, 46.*]

distēctus, -a, -um *part.* [*a* dis- *et* tegere, *cf.* detegere. *Th.*]. *i. q. detectus, denudatus*: ALC. AVIT. carm. 4, 408 qui (*Chanaan*) forte cachinno -um petiit ... patrem (*sc. Noë*). GREG. M. epist. 14, 3 domus ipsa ... parte -a, parte diruta, parte igne probatur esse consumpta.

distegia, -ae *f.*, *διστεγία*. *i. q. aedificium vel aedicula vel porticus duo tabulata habens (quid sit parum constat)*: INSCR. Revue des études anciennes 2 (1900) 239 (*Emeritae Augustae, ex apographo*; = CORP. VI 3050* *immerito inter falsa relata*) hortulo⟨s⟩ aedicul(am) sacell(um) cum disteg(ia) Servilia Cinyra fecit sibi. *supplevit Hübner propter graecum vocabulum, ut videtur; nam* distegum, -i *n.* (CORP. VI 2653*) *non iam licet afferre.*

distegus, -um *adi.*, *δίστεγος*. *i. q. duo tabulata habens*: CORP. VI 1600, 8 conparaverunt ... armarium -um cum taberna et hortulo.

†**distemistea**. FVLG. myth. 2, 6 p. 45, 23 Nicagoras in -a libro (*Διὸς θεμιστεία Plasberg*).

✕**distemperantia**, -ae *f. a* distemperare. *t. t. medicorum ex gr. δυσκρασία versus*: PS. SORAN. quaest med. 80 aegritudo *est* -a humorum in nobis consistentium. *ibid. iterum.* PHILAGR. med. 1 p. 74 frigidae -ae splenis (PLIN. VAL. 5, 25. 26 tit. MISC. Tir. p. 49, 6 ORIBAS. syn. 2 add. p. 843). *ibid.* calida (PLIN. VAL. 5, 18 tit. ORIBAS. syn. 4, 19 *al.*). 1 p. 76 *saep.* 1 p. 78. 80 compositis (*opp.* simplici). *passim in hoc capitulo.* ORIBAS. syn. 5, 51 sicca (5, 53). 5, 53 (*plur.*) *al.*

distemperātio, -ōnis *f. a* distemperare *i. q. distemperantia*: PS. GARG. MART. p. 211 quibus ... ex -e caloris stomachus patitur.

distempero, -ātus, -āre *a* dis- *et* temperare. NOT. Tir. 56, 93^{a} -at. 1 *i. q. contemperare, commiscere*: PLIN. VAL. 1, 5 nuces ...-as cum aceto et imponis. 2, 45 cum -atum fuerit *vinum.* MISC. Tir. p. 50, 12 in vino. CASS. FEL. (*?*) cod. Cantabr. p. 59 aequalia pondera -a cum aqua de rosa. PS. THEOD. PRISC. add. p. 271, 7. 282, 24 ORIBAS. syn. 2 add. p. 848. 2 *i. q. male temperare* (*cf.* distemperantia): PHILAGR. med. 1 p. 74 frequenter ...-atur splen. *ibid.* -atus efficitur. ORIBAS. syn. 1, 34. 5, 47 si digerit bene venter, temperatus est, si autem non digerit, -atus est. 6, 24 aërum qualitates si -ati fuerint frequenter in omnibus. *Hofmann.*

✕**distendo**, -tendī, -tentum (-tēnsum), -ere *a* dis- *et* tendere. *part.* -sum, *quantum de tradita scriptura certe iudicare licet (id quod plerumque fieri nequit), legi videtur in libris aut in librorum parte inde a* TERT. apol. 9, 14 (*v. infra l. 62*) *apud* COMM. instr. 2, 20, 19 ENNOD. epist. 8, 8 p. 206, 9 VEN. FORT. carm. 11, 3, 11 GREG. M. dial. 2, 8 p. 152^{A} moral. 2, 75 *alios, ita tamen, ut ab eorundem sacculorum scriptoribus etiam formae in* -tum *desinentes usurpentur. v. etiam* NOT Tir. 12, 4 distentus. 12, 18 distensum. dest- *pro* dist- *exhibet cod. Palat.* VERG. ecl. 9, 31, *item cod. Vat.* AMM. 19, 12, 13. 29, 5, 54. GLOSS. *singulis capitulis praescripsi praeter* -it *περιτείνει.* -nsis: ventilatis causis (*cf. IV B 2*). *legitur inde ab* ENNIO *atque* PLAVTO, *deest apud* CIC. *al.* [*ex coniectura*: SEN. dial. 3, 2, 2 alium *ira iussit* in cruce (cruces *codd.*) membra distendere (*Lipsius*, diffindere *vel* diffundere [*cf. vol. V p. 1103, 5*] *codd. vett.*). *loc. dub.*: BOETH. mus. 4, 3 p. 309, 7 si quando melos aliquod musicus voluisset ascribere super versum rhythmica metri compositione distentum (*codd., malim* distinctum). LACT. Phoen. 131 caudaque porrigitur fulvo distincta (*recent.*; distenta *vett.*) metallo. *cf. p. 1517, 51.* HEGES. 3, 1, 1 (*v. p. 1513, 31*), *ubi* distendebatur *cod. Cassell.*, distring- *vulg.*].

I *i. q. tendere, extendere*:

A *proprie* (*inde a* PLAVTO *infra l. 79*): **1** *de rebus corporeis*: **a** *generatim de arcu, chorda, tignis; de vestibus, velis sim.*: GLOSS. *διατείνω.* OV. ars 2, 209 -nta suis umbracula virgis. VITR. 10, 2, 8 tignum, quod erigitur et -itur retinaculis quadrifariam. COLVM. 4, 17, 6 *vinea* ex utraque parte iugo devincta pari libramento velut ancoris quibusdam -itur. SVET. Otho 2, 1 -nto sago. GELL. 15, 15, 3 'velis passis' ... significat diductis atque -ntis. TERT. idol. 8 cymatia -ere. pudic. 2 (*trop.*) funem contentiosum alterno ductu in diversa -ere. FAV. EVL. p. 16, 1 huic chordae si alteram iungas diversa ratione -ntam (RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 8, 1 nec arcus districto semper nervo chordaque -nta utilis erit emissionibus sagittarum [GREG. *ἐπεὶ μηδὲ νευρὰ φέρει τὸ σύντονον ἀεὶ τεινομένη*]. AVG. in psalm. 56, 16 psalterium ... chordas -ntas habet. serm. 243, 4). RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 3, 2 *arcu* dilatato atque -nto. MART. CAP. 8, 872 *Sol* suum circulum contra mundum per obliqua -it (*velut arcum*). EVSTATH. Bas. hex. 2, 5 p. 885^{D} constat factum esse caelum praeceptione dei subitoque -nsum (*velut velum vel tentorium*). PAVL. PETRIC. Mart. 5, 224 -nta ... lintea. ALC. AVIT. epist. 7 p. 39, 2 *turabula paganorum ex metallis confecta* infusa fornacibus et -nta per laminas (*cf.* VVLG. num. 16, 38 producatque ea in laminas). ENNOD. carm. 1, 5, 13 Lyaeus -it tunicas uvarum carcere musti (*i. prelo premit*). **b** *speciatim*: *α t. t. medicorum de nervis hominum* (*cf.* distentio): CELS. 4, 27, 1 nervi -untur. 5, 26, 14. 17 *opp.* resolvuntur. 7, 2. 7, 5, 4. 8, 25. *β de cute hominis vel animalium* (*verbi notio nonnumquam prope accedit ad exempla sub III A 2 allata*): POTAM. tract. 1 p. 1412^{A} inter ieiunas et numerabiles costas *Lazari* pellis taetra -itur. VEG. mulom. 2, 9, 2 huic (*sc. iumento ex distentione laboranti*) capitis membrana -itur. CLAVD. 18, 259 laxasque laborat -isse (contendisse *al.*) genas fictumque inflatus anhelat (*cf.* ARNOB. nat. 2, 42 inflandis bucculas -rent tibiis. 7, 33 buccas vento -ere. HIER. epist. 22, 16, 2 rubentibus buccis cutis farsa -itur). 20, 449 *cocus secum volutat* quanto ... cutem (*sc. suis*) -at echino (*i. farciat; de re v.* APIC. 8, 339. *cf.* TERT. apol. 9, 14 botulos ... cruore -nsos [*A B E F*, -ntos *D G*]). SIDON. epist. 3, 13, 7 *frons* cutem plicat, supercilia -it. 9, 9, 14 Zenon fronte contracta, Epicurus cute -nta. DRAC. laud. dei 3, 694 iam tegit ossa cutis multos -nta per artus. *de corpore, translate tamen eo modo, ut non aliquod membrum, sed facultas vel indoles eius tendi dicatur*: PETRON. 87, 1 cetera, quae libido -nta dictat (*fere i. q. turgida, ambiguo sensu, cf.* AVG. civ. 4, 11 p. 162, 24 D. turpi nuditate -ntus ... Priapus). NEMES. cyn. 287 (*de equis*) mox laetae redeunt in pectora fortia vires et nitidos artus -nto robore formant. **2** *de tensione corporis hominis vel animalis ab aliis facta*: **a** *generatim*: LIV. 1, 28, 10 duabus admotis quadrigis in currus earum -ntum illigat Mettium. COLVM. 6, 9, 13 ceterum corpus (*sc. quadrupedis*) laqueatum et -ntum temonibus obligatur. LVCAN. 4, 628 *victor victi* inguina ... insertis pedibus -it. RVFIN. hist. 5, 1, 41 Blandina ... religata ad stipitem atque in crucis modum -nta bestiis pabulum praeparatur (*ἐπὶ ξύλου κρεμασθεῖσα*). **b** *speciatim de hominibus, qui verberandi causa extenduntur* (GLOSS. ad virgas extentus): PLAVT. Mil. 1407 dispennite hominem divorsum et -ite (distendite *A*, NON., dispendite *P*). QVINT. decl. 338 p. 336, 11 deficientes (suffic- *codd.*) iam per se -is artus lacerasque verberibus iam non cohaerentem cutem. LACT. mort. pers. 21, 4 si quis (*sc. inimicorum Maximiani*) esset verberandus, defixi in stabulo pali quattuor stabant, ad quos nullus umquam servus -i solebat. VVLG. Hebr. 11, 35

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

alii autem -nti sunt (*ἐτυμπανίσθησαν cf. p. 1516, 80*). EVCHER. pass. Acaun. 7 ad poenam vel ad supplicia -itur. ISID. diff. app. 76 laniat qui membratim -it. *eadem notio sublatere videtur*: SVET. Tib. 62, 2 excogitaverat ... inter genera cruciatus etiam, ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum simul urinaeque tormento -ret (*ubi tamen ea quoque inest significatio, de qua v. III A 2 d*). **3** *de motu membrorum corporis*: OV. met. 4, 491 Erinys nexa ... vipereis -ens bracchia nodis. SEN. Herc. f. 1212 (*translate*) Symplegas ... hinc et hinc vinctas manus -at alto. dial. 3, 2, 2 (*v. p. 1512, 21*). LVCAN. 3, 734 -ntis toto riguit sed corpore palmis (QVINT. inst. 11, 3, 115 in latus utramque *palmam* -imus. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 59 manuum neglecta atque -nsa abiectio. 3, 6, 68 *opisthotonicis* neque manus -untur: digitos conductos atque implicitos habent, ut Hippocrates ait *eqs.* [*cf. Hippocr. περὶ νούσων 3, 13 vol. VII 132 Littré ὀπισθότονος ... οὐκ ἐᾷ ... οὐδὲ τὰς χεῖρας ἐκτεῖναι*]. VEN. FORT. vita Pat. 13, 40 contractarum manuum [*sc. ancillae aegrotae*] se tela -it. *de sidere*: AVIEN. Arat. 467 *Andromeda* diducta ulnas ... -it in aethra. 1198 Cepheus ipse caput -ntaque bracchia vasto induitur ponto). LVCAN. 6, 95 -ntaque lumina rumpit. 6, 757 *morientis* -nto lumina rictu nudantur (*cf. p. 1514, 64*). 9, 722 oraque -ens avidus fumantia prester. QVINT. inst. 1, 11, 9 ne immodicus hiatus rictum -at. PRISC. Anast. 71 *leo* -it hiatus. GREG. M. dial. 4, 11 cum eum ... conspiceret solutis ... membris quasi in morte -ntum (*cf. l. 10*).

B *translate* (*apud Christianos, imprimis* CASSIAN.): *de animo, i. q. sollicitare* (*totus hic usus fluxisse videtur ex Ecclesiastae [l. 29] interpretatione, ut videtur, iam vetere latina [cf. p. 1517, 45]. significatio ubique eadem, cf. p. 1517, 32 sqq*): ITALA (*v. p. 1517, 33*) eccles. 3, 10 deus distensionem magnam dedit hominibus, ut -antur in ea (*τοῦ περισπᾶσθαι ἐν αὐτῷ*). AMBROSIAST. in Rom. 10, 19 per quam (*gentem*) zelum passi iracundia -rentur. HEGES. 3, 1, 1 -batur animi sollicitudine (*v. p. 1512, 27*). CASSIAN. conl. 1, 20, 5 ut *diabolus* monachum ... perniciosarum sollicitudinum occupatione -at. 1, 21, 1 calliditate diaboli circumventum talique -ntum ieiunio, ut *eqs.* 19, 6, 4 animum ... expectatio ipsa -it. 23, 5, 1 sollicita mente -itur. 23, 5, 7 *mens* crebris -itur curis. inst. 4, 35 sollicitudine curaque (POMER. 2, 21, 2). VICTORIN. ad Ruric. epist. 2 p. 444, 19 pro filiae redemptione anxietas paterna -itur. *accedit enuntiatum finale*: CASSIAN. conl. 11, 13, 1 is qui alium valde amat ... attonita semper pietate -itur, ne ... intepescat. *accedit* a d: CASSIAN. conl. 9, 5, 5 ad duorum vel trium solidorum acquisitionem nosmet ipsos propensiore ... opere ac labore -ere. SALV. eccl. 1, 22 quid ad conquirenda terrena et peritura -eris? (*sc. paterna pietas*).

C *nota sensum genuino contrarium, ita, ut non tentio, sed relaxatio rei antea tentae significetur, fere i. q. retendere*: SCHOL. Hor. carm. 3, 8, 23 'laxo meditantur arcu': ut eos -nsis arcubus victos et fugientes ostenderet. GREG. M. moral. 28, 29 ex studio namque arcus -itur, ut in suo tempore cum utilitate tendatur (*cf. p. 1512, 40*). *in locutione metaphorica*: GREG. M. moral. 28 pr. *conscia virtus animum* a meliorationis intentione -it.

II *i. q. tendendo distrahere, divellere, dirumpere.* GLOSS. -itur discerpitur.

A *proprie*: CAES. civ. 3, 92, 2 Pompeius suis praedixerat, ut Caesaris impetum exciperent ... aciemque eius distrahi paterentur; idque ... fecisse dicebatur, ut ... acies ... -retur. LIV. 3, 23, 1 ut -rent hostium copias. 34, 29, 7 ut -rent (*M*, descenderent *B*) ab apertiore loco hostes (*cf. Weißenb. ad l.*). ANTH. 99, 1 Laucontem gemini -unt nexibus angues (*fort. propius accedit ad I A 2 a*). PALLAD. hist. mon. I 6 p. 272[B] aspidis dente percussus est ... correptam igitur eam et utraque manu ab ore -ntam scidit mediam (*λαβὼν οὖν αὐτὴν ταῖς δύο χερσὶν ἀπὸ τῶν χελυνίων κρατήσας διέσχισεν*). **B** *translate de anima*: EPICED. Drusi 5 nec tua te pietas -it amore duorum. LIV. 9, 12, 10 -it ea res Samnitium animos, quod nec ... ire ... nec ... manere ... satis audebant. 27, 40, 1 consules diversis itineribus profecti ab urbe velut in duo pariter bella -erant curas hominum. COLVM. 1, 6, 8 ne villici diversas partes circumeuntis sedulitas -atur. 4, 29, 3 cum vero vastitas operis etiam diligentissimi agricolae curam -it (12, 46, 1 rerum autumnalium compositiones, quae et ipsae curam villicae -unt). 8, 2, 7 quae (*sc. ducenta capita avium*) pastoris unius curam -ant. SYMM epist 1, 3, 4 aut eos occupatio geminata -ret. AMM. 30, 4, 13 inter sollicitudines iudicum per multa -ntas. AVG. serm. 54, 1 turbatur enim mens parum intelligentis et praecepto utique obaudire cupientis et per diversa et adversa -itur. SERM. Caspari Anecd. p. 329, 2 quam multa eos sacrificiorum observatione -erit (*sc. conscriptor legis*).

III *i. q. inflare, implere:* GLOSS. -unt implent (SERV. Aen. 1, 433). replent.

A *proprie: de cavis corporibus, quae intrinsecus extenduntur vel implentur*: **1** *generatim* (*plerumque acced t ablativus*): VERG. georg. 3, 124 impendunt curas denso -ere pingui quem legere ducem (*sc. armentorum*). 4, 164 *apes* liquido -unt nectare cellas (= Aen. 1, 433 dulci -unt n. c. *cf. l. 76*). TIB. 2, 5, 84 -et spicis horrea plena Ceres. SEN. nat. 2, 27, 3 conglobata nubes dissolvitur et eum, quo -nta fuerat, spiritum emittit. PS. CYPR. laud. mart. 7 lactentibus (lat- *codd.*) stipulis -nta imbribus frumenta turgescunt. PALLAD. 14, 83 exiguam sorbum dulci -ere suco novit *malus* (*sc. insitus*). AVIEN. Arat. 1490 seu plenum luminis orbem Cynthia -it. SALV. gub. 1, 9 -nta aureis nummis marsupia. PS. VEN. FORT. vita Med. 5, 15 vasa ... -nta melle (*fort. imitatur* VERG. Aen. 1, 433 *v. p. 1513, 81*). *absolute*: AMM. 29, 1, 13 carceres publici iam -nti (*i. pleni*). **2** *speciatim de corporibus hominum vel animalium*: **a** *de ventre* (GLOSS. -ntus satis plenus, cibo plenus, pinguis, corpulentus): PLAVT. Cas. 777 ut ipsae solae ventres -ant suos. ENN. ann. 322 Cyclopis venter velut olim turserat alte (alti *cod.*) carnibus humanis -ntus (ENNOD. carm. 2, 63, 2 artubus humanis Polyphemus vixit et atro sanguine -ntus [-ntos *codd., prob. Hartel*] delicias habuit). SEN. dial. 4, 20, 2 *pueri* ne cibis quidem implendi sunt; -entur enim corpora et animi cum corpore tumescent. nat. 4, 13, 6 -ntos copia ferculorum ac varietate. epist. 47, 2. 83, 21 viscera. 95, 16. COLVM. 7, 5, 19 ovis toto ventre -itur. 7, 10, 6 -ntam pabulis alvum (QVINT. inst. 2, 10, 6 quadrupedes ... pabulo -ntae). PLIN. nat. 32, 75 *rana* ventres boum -ens. PLIN. paneg. 49, 6 -ntus solitaria cena. SVET. Claud. 33, 1 -ntus ac madens. APVL. met. 1, 18 cibo et crapula -ntos (2, 31 crapula -ntus). 7, 14 (*de canibus*). 7, 27. CYPR. laps. 30 sagina largiore -ntus (AMM. 21, 12, 15 largiore ... potu saginisque -nti. *cf. p. 1516, 46*). PANEG. 9 (12), 24, 2 trucem Francum ferina sola carne -ntum. AMM. 22, 15, 22 belua (*hippopotamus*) ... -nta (22, 15, 23 *cf.* SOL. 32, 31). 25, 10, 13 *Iovianus* avida cruditate -ntus (AMBR. Noe 8, 24 helluones ... -untur cruditatibus usque ad periculum; *opp.* solvuntur visceribus exinanitis [MACR. sat. 7, 7, 17 qui usque ad periculum -untur vino plurimo]. HIER. in Is. 65, 13/14 p. 785[C] SALV. gub. 4, 19. 7, 70). SCHOL. Cic. Bob. p. 102, 23 St. barbari hominis, quem poma inusitata -erint. AMBR. Noe 6, 13 epulis ventre -nto (PS. AMBR. serm. 7, 2 ventrem cibo. HIER. epist. 55, 2, 3). HIER. epist. 9, 3 viscera -nta (*opp.* venter vacuus). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 14, 5 corpora pingui arvina. 9, 3, 5 abundantia cibi corrumpit -nta praecordia. PAVL. NOL. epist. 23, 8 ut *farina nostra* ... fraternitatem ... monacham ... duplici ministerio fermentatis orbibus aut soluto farre -at. MACR. sat. 1, 11, 14 dum se mensae copiis et aviditate -unt. somn. 1, 3, 4 -ntus cibo. CASSIAN. inst. 6, 23. MART. CAP. 2, 135 *pectus* nescio qua intima plenitudine -ntum magno cum turgore respiciens (*de pectore dicit, sed quasi de ventre, nam postea virgo id, quod intra pectus est, evomit*). SALV. eccl. 3, 15 quomodo ... viscera exsaturata -at (*syn.* quibus copiis ventrem expleat). PAVL. PETRIC. Mart. 1, 57. *paulo latiore sensu*: SALV. eccl. 4, 32 *heredes mei* -untur deliciis a me relictis. *a ventre ad res spirituales transl.*: MAR. VICTORIN. ad Iust. 16 *animae* ad pinguedinis -ntae grassamina. SIDON. epist. 6, 6, 2 ut ... interioris hominis maciem saepenumero mysticus adeps et spiritalis arvina (*cf. supra l. 31*) -at. **b** *de graviditate*: OV. met. 15, 219 corpora visceribus -ntae condita matris. IVV. 6, 598 si *uxor tua* -ere vellet et vexare uterum pueris salientibus. APVL. met. 1, 9 iam octo annorum onere misella illa velut elephantum paritura -itur. PRVD. ham. 585 mater (*sc. vipera*) morte sua, non sexu fertilis, aut de concubitu -nta uterum. PAVL. NOL. carm. 6, 105 gravida -itur alvo Elisabeth. ALC AVIT. carm. 6, 174 perfectoque gravis fetu -itur alvus. **c** *de uberibus* (*ante* LACT. *tantum de pecudibus*): GLOSS. -ntas: plena ubera lacte. LVCR. 1, 259 *pecudibus* candens lacteus umor uberibus manat -ntis. VERG. ecl. 4, 21 ipsae lacte domum referent -nta capellae ubera. 7, 3 -ntas lacte capellas. 9, 31 cytiso pastae -ant ubera vaccae. HOR. epod. 2, 46 claudensque textis cratibus laetum pecus -nta siccet ubera (*cf. p. 1516, 45*). OV. met. 13, 826 ut vix circueant *pecudes* -ntum cruribus uber. LVCAN. 4, 314 -ntas (*pars codd. et Acro*; -nsas *B G*) siccant (*cf. l. 57*) pecudes. LACT. opif. 3, 6 uberibus (*pecudum*) sua sponte -ntis. 12, 17 *mulieris* turgescentes mammae dulcibus sucis -untur. IVST. 43, 2, 5 *lupa* amissis catulis -nta ubera exinanire cupiens. *in locutione metaphorica*: COLVM. 3, 21, 3 alma tellus ... mortalibus -nta musto dem⟨itt⟩it ubera. **d** *de variis corporis partibus et de toto corpore*: LVCIL. 646 ut si eluviem facere per ventrem velis, cura ne omnibus -nto corpore expiret viis. SEN. Herc. O. 1222 sanguinis quondam capax tumidi †iecur (tumet igne cor *Leo*, tumidi igne cor *M. Müller*) pulmonis arentes fibras -it. dial. 4, 35, 3 rabida vocis eruptio colla -et. SCRIB. LARG. 181 altercum, quod Graeci *ὑοσκύαμον* vocant, qui biberunt, caput grave venisque -ntum habent. LVCAN. 9, 797 nec lorica tenet -nti corporis auctum (*i. veneno serpentis inflati*) (CYPR. GALL. num. 537 dum *viperae* tenuia quamquam vulnera letali -unt corpora suco. SOL. 27, 32 prester quem percussit, -itur enormique corpulentia necatur extuberatus. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 129 cum iam liventes virus [*sc. serpentis*] -ret artus [*sc. pueri*]. *ut de eo, quem serpentis morsus percussit, sic de ipso serpente*: PAVL. PETRIC. Mart. 3, 238 *ad diabolum*: antiquo serpens -nte veneno). VEG. mil. 1, 6 suris et pedibus non superflua carne -ntis, sed nervorum duritia collectis. CHIRON 354 *mulus morbo qui maleos appellatur laborans* nares -ntas habebit (*paulo antea*: cum venae tensae fuerint circa collum). MAR. VICTOR aleth. 1, 210 *sanguis* -it molles per nota foramina venas. ORIBAS. syn. 1, 5 tendendo vel -endo arterias (*διιστάντας ἐπίτηδες τήν τε ἀρτηρίαν καὶ τὰς ἄλλας διεξόδους*). 8, 11 p. 217 cerebrus ... intumescit ita, ut -at in capite suturas et testa (*i. testam; φλεγμαίνων ὁ ἐγκέφαλος οἶδεῖ*

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

πολλάκις οὕτως, ὥστε καὶ τὰς ἐν κεφαλῇ ῥαφὰς διίστασθαι). CELS. 7, 29, 6 solet... evenire, ut is infans (*sc. emortuus in utero*) umore -atur (*similiter de hydropicis*: COLVM. 7, 7, 3 cum -etur aqua cutis, quod vitium Graeci vocant ὕδρωπα. SCRIB. LARG. 133 ad hydropicos, cum iam -nti sunt propter aquae multitudinem. PALLAD. hist. mon. I 2 p. 263ª vidimus hominem tanto corporis tumore -ntum, ut *eqs.* [*antea* p. 262ᵈ aquoso languore pervasus]. *cf.* RVFIN. hist. 1, 8, 7 umor ... erga pedes tumidos oberrabat, et ab inferioribus partibus pube tenus tumore -ntus). *de oculis* (*cf.* distentio *I A 2 c*): CELS. 6, 6, 26 tument ac -untur cum dolore oculi. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 77 oculos habent -ntos. *de lingua*: ENNOD. epist. 8, 8 p. 206, 9 -nsam per tormenta ranulam (*i. linguae tumorem*) longis hominibus coaequabo. *de respirationis itineribus*: CHIRON 365 si quod iumentum arida tussi laboraverit, ... tussiet frequenter, -ntus et difficilis spiritus erit in eo (*cf.* RVFIN. hist. 1, 8, 7 spiritus quoque incredibilis inflatio et tentigo [πνεύματός τε ὀρθία ἔντασις]). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12 p. 363ᶜ cum plus solito -untur respirationis itinera. *adde*: RVFIN. hist. 1, 8, 14 et cibi aviditate et tussis convulsione -batur (ἐνδείᾳ τροφῆς καὶ βηχὶ σπασμώδει διετείνετο).

B *translate de animo*: **1** *i. q. inflare, ἐμφυσᾶν*: SEN. nat. 4 praef. 2 infelicem animum nunc superbia inflamus, nunc cupiditate -imus. ARNOB. nat. 2, 29 *typho et arrogantia* inanium (inani *Vrs.*) -imur vanitate. AMM. 30, 3, 4 venit immane quo quantoque flatu -ntus ut futurus arbiter superior pacis. CASSIAN. conl. 12, 4, 3 si qui summa honorum ambitione -itur (*cf.* LEO M. epist. 104, 4 ambitione -i). 12, 6, 5 nec cenodoxiae vanitate -itur. 14, 17, 4 vanae gloriae amore -ntus (*cf.* 14, 9, 5). **2** *i. q. implere*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 53, 2 *Paulus* erga omnes fraterno -ntus affectu.

IV *i. q. extendere, expandere, promovere, dilatare sim.* GLOSS. -nta extenta.

A *de spatio locali*: **1** *generatim*: MANIL. 1, 843 *ignis* tumidis exaequat dolia flammis procere -nta uteros (*de structura cf. l. 61*). 2, 253 Cancer (*sc. sidus*) patulam -ntus in alvum. 5, 685 cum solidum certo -unt (-ant *al.*) margine campum, *sc. ad salinas faciendas* (*cf.* MAR. VICTOR aleth. 1, 279 *flumen* regna Evilantum -it limo, *i. auget*). SEN. nat. 2, 6, 6 quid ... aliud ... virentes erigit arbores ac -it in (*cf. l. 33*) ramos (*item de arboribus sim.*: COLVM. 4, 21, 2 quae [*sc. vitis*] supra hunc modum materiis -itur. 10, 306 iam rosa -at contorti stamina iunci. RVFIN. patr. 1 praef. 2 vel gravatur fructibus palmes, vel vaga proceritate -itur. MART. CAP. 1, 11 eminentiora prolixarum arborum culmina perindeque -nta. PAVL. PETRIC. Mart 2, 259 huic pinus vicina loco -nta virentes pandebat ramos. CORIPP. Ioh. 1, 534 ubi glauca nemus -it oliva). LVCAN. 4, 140 medios pontem -it in agros. 6, 489 gelidos ... explicat orbes inque pruinoso coluber -itur arvo (*cf.* AMM. 19, 12, 13 criminibus vero *velut viperis* serpentibus latius, per implicatos nexus sine fine -ntos [*v. p. 1512, 18*] quidam ... extinguebantur). VLT. SYLL. gramm. IV 232, 13 pronomina ... neque multiplicibus syllabis late -nta. HIL. trin. 10, 34 *Christum* penetrantem quidem inferos, sed ubique naturae suae virtute -ntum (*i. per omnia pertinentem*). AVG. gen. ad litt. 5, 10 p. 154, 9 qua latius possent erumpentia fluenta dispergi atque -i. COD. Theod. 7, 13, 12 (*a. 397*) per quas *provincias* res nostra -itur. MAR. VICTOR aleth. 3, 421 -itur agmen (*i. phalanx dilatatur, acies instruitur*). PAVL. PETRIC. Mart. 5, 736 sic -nta nimis longe lateque micabant ... signa. ARATOR act. 2, 682 quinquaginta etiam cubitis -itur arca. *translate*: CASSIOD. var. 1, 4, 15 quo enim se quaevis nobilitas ultra -it quam haec, quae.... BOETH. herm. sec. 2, 7 p. 138, 8 *qualitas humanitatis* determinanda est et aut in pluralitatem -enda aut in unitatem numeri colligenda. NOVELL. Iust. 79 praef. in omnia ... eam (*sc. legem*) quae subiecta sunt -entes. **2** *speciatim*: **a** *sensu geographico, de terris sim.*: MANIL. 1, 204 tellus ... *non* patulas -nta plagas (*i. in plagas extenta; de structura cf. l. 32*), sed *globosa*. MELA 2, 5 terra ... longe -nta. AVIEN. orb. terr. 224 qua ... pontus -itur. 412 latior ambabus (*Europae et Libyae*) species -itur. 538 Illyris ora dehinc -itur. 566 cetera sub folii specie -itur arva. 575 hic -ntus aquas (*ed princ.*, aqua *cod., recte, ut videtur; ablat. ad* lambit *pertinet, cf.* ora 634) sata lambit pinguia Ladon. 633 tellus Trinacria patulo -itur agro. Arat 1727 qua pontus freta per -nta quiescit. ora 217 litusque late saxeum -itur. 580 moles multa gurgitis -itur. AMM. 14, 4, 3 spatia longe lateque -nta. 14, 8, 1 Cilicia spatiis porrigitur late -ntis (23, 6, 65 terrasque lato situ -ntas. 31, 16, 3). 22, 8, 42 terras sine cognita fine -ntas (*cf.* 31, 2, 18). VEG. mil. 1, 8 *populus Romanus* ex parvissimis finibus imperium suum paene solis regionibus et mundi ipsius fine -it. MART. CAP. 6, 626 hoc ... freto laevorsum Europa -itur usque in Tanais fluminis gurgitem. 6, 644 circuitus eius (*Corsicae*) omnis -itur milibus trecentis viginti quinque. 6, 661. 8, 831. VICT. VIT. 1, 37 itinera -nta deserti. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 16 urbs Turonum -nta agris. 2, 228 -nti avia ruris. 5, 19 Gallia et immensis late -itur agris. DRAC. laud. dei 2, 380. VEREC satisfact. 168 ardor concremat incensas -ntis sedibus urbes. PRISC. peribeg. 89 Sicaniae gurges ... qui procul effusus Pachyni -itur (*B*, pachinis tenditur *A*) oris ad Cretae summam. 133 Asia quam (*sc. Propontida*) supra populis -itur amplis ad notiam partem. CASSIOD. in psalm. 33, 4 per locorum latitudines forte -ntas. IORD. Get. 3, 17 sinu (*sc. maris*) -nto. 5, 37 ultra quos -untur (*antiquorum codicum pars*, -unt *ex altera parte recepit Mommsen, interpretatus p. 186* 'sensu reflexivo') supra mare Ponticum Bulgarum sedes. CORIPP. Ioh. 2, 80 iunctasque 'mari -it harenas Marta mali genetrix. GREG. M. dial. 2, 8 p. 152ᴬ mons -nso sinu hoc idem castrum recepit. **b** *apud mathematicos et physicos de corporibus, quibus extentio quaedam propria est, item apud theologos Christianos de qualitate dei disputantes*. AVG. civ. 10, 3 p. 405, 33 D. *deus* nec mole -itur nec partitione minuitur. 11, 5 p. 467, 24 substantiam dei, quam nec includunt nec determinant nec -unt loco (*cf.* c. epist. fund. 16 p. 213, 24 *omne corpus* aliud hic et aliud alibi habens per quaelibet spatia locorum distanti et dividua vel potius, ut ita dicam, sectili mole -itur). MACR. somn. 1, 5, 9 planities vero, quam Graeci ἐπιφάνειαν vocant, longo latoque -itur, alto caret. EVSTATH. Bas. hex. 3, 4 p. 894ᴬ corpus ... in altitudine et latitudine -nsum. CLAVD. MAM. anim. 3, 11 p. 174, 8 corpulentum aliquid aut coloratum aut per loca -ntum. *cf.* 3, 16 p. 186, 11 memoria illocalis quaedam capacitas est, quae nec multitudine recordabilium -itur (*sc. ut ex. gr. venter cibis*) nec *eqs.* BOETH in Porph. comm. sec. 1, 10 p. 161, 5 linea vel superficies vel numerus vel singulae qualitates, quas tametsi incorporeas esse pronuntiamus, quod tribus spatiis minime -antur, tamen *eqs.* arithm. 2, 4 p. 90, 3 *superficies nec* trina intervalli demensione -itur. 2, 13 p. 97, 15 quartus *pentagonus* ... quantitate -itur. 2, 49 p. 158, 20 ex longitudine in latitudinem -ntus est cybus. *a corporibus geometricis transl. ad numeros*: MART. CAP. 7, 746 in secundo versu a decem numeri velut linea -untur. BOETH. arithm. 2, 4 p. 88, 9 intervalla multiplicata (*sc. numerorum*) maiore sese spatii prolixitate -unt. 2, 5 p. 90, 7 in longitudinem ... -nti numeri (*paulo post*: in aliud ... spatium latitudinis extenti numeri). *de musicorum intervallis*: BOETH. mus. 1, 18 p. 204, 28 diapente ab ... usque ad ... -itur.

B *de spatio temporali*: **1** *generatim*: CYPR. GALL. Ios. 572 cuius vita fuit centum -nta per annos atque decem. AVELL. p. 596, 18 -untur ecce vota pacem desiderantium, diuturni temporis tractu maeret ecclesiarum ... communio. VEN. FORT. carm. 11, 3, 11 gaudia -nsos pariter celebretis in annos. DIONYS. EXIG. Grèg. Nyss. creat. 23 p. 383ᴮ moleste ferens intercapedinem temporis, quae dilatione sui desiderata -it. **2** *speciatim de sermone vel libro ampliore*: RVFIN. symb. 22 breviatum sermonem longa dissertatione -imus. AVG. c. Cresc. 3, 82, 94 nolo te per multa -as. MAR. MERC. Theod. adv. Cyr. 1 operae pretium visum est iterum contra niti sermonemque -ere. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 201 -ntae et scripta coartans historiae. BOETH. in top. Cic. 1 p. 271, 14 nisi opus multa librorum pluralitate -ret. *cf.* GLOSS. *p. 1512, 20.*

part. perf. pass. pro adi. **distentus** (-nsus *l. 49*), -a, -um. *comparat.*: HOR. sat. 1, 1, 110 quodque aliena capella gerat -ntius uber (*cf. III A 2 c*). PACIAN. epist. 3, 25 p. 94 uva -ntior (*cf. p. 1515, 37*). AMM. 22, 12, 6 milites carnis -ntiore sagina ... potusque aviditate corrupti. 28, 4, 34 plerique -ntioribus saginis addicti (*utroque Ammiani loco translatio ab homine ad rem; cf. p. 1514, 6*). GREG. M. moral. 2, 75 quo est cura -nsior. VEG. mulom. 1. 25, 2 (*enumerantur varia aegrotorum mulorum genera casu dat.*) freneticis, -ntis (*L*, distenticiis *F* [distentiosis *Chir.*], bistentitiis *A*, disentricis *P*), sideraticis (*cf. p. 1512, 57*).

usus reflexivus: v. p. 1515, 56. 1516, 26.

deriv.: distento, distentio, distentus.

distēnsio *v.* distentio.

[**distentātio,** -ōnis *f.* -e *var. lect. pro* distentione *p. 1517, 63.*]

?**distenticius,** -am, -um *v. l. 51.*

✖**distentio,** -ōnis *f. a* distendere. *iuxta formam genuinam legitur* distensio *inde a saec. IV* (CHIRON 114. 275. 276 FVLG. aet. mund. p. 141, 5 RVFIN. Greg. Naz. orat. p. 175, 18 AVG. serm. 243, 4 MARCELL. med. 8, 117. 16, 4 PS. SORAN. quaest. med. 79 CASS. FEL. 42 p. 99, 21 BOETH. arithm. 2, 44 p. 145, 7 VEREC. in cant. 1, 2. 6, 12 *al.*). GLOSS. occupatio (distent-, distens-; *fort. huc etiam referenda* distar-, distur-, *sed cf. p. 1540, 46.* -e διατάσει). *primum legitur apud medicos* (CELS. SCRIB LARG.) *sensu proprio, deinde translate ad sollicitam occupationem significandam usurpatum erat in ecclesiastae interpretatione vetere latina (v. p. 1517, 45), unde fluxit in scriptorum Christianorum tractatus, qui postea eius vocis vim latiorem esse voluerunt, ita ut multis participii* distentus *significationibus responderet. a scriptoribus non Christianis vocem non usurpatam esse nisi ad morbum nominandum vel inde intellegitur, quod* PLIN. *et* DIOM. gramm., *cum eis nomine actionis opus esset a verbo* distendendi *derivato, non* -o, *sed* distentus (*quod conferas*) *dixerunt.*

I *proprie*: **A** *i. q. tensio*: **1** *generatim* (*cf.* distendo *I A*): RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 8, 1 nec arcus ... chordaque distenta ... (*cf. p. 1512, 40*), nisi parum quid a -sione (-tione *al.*) laxetur. AVG. serm. 243, 4 diversa -sio (*nervorum citharae*) diversos edit sonos. VEREC. in cant. 6, 12 arcus extensio dominici corporis est in ligno crucis -sio (*cf.* distendo *I A 2*) MVTIAN. Chrysost. hom. 27 p. 405, 1 -o quippe dicitur decollatio (ἀποτυμπανισμὸς γὰρ λέγεται ὁ ἀποκεφαλισμός. *cf. p. 1513, 1*). **2** *speciatim: t. t. medicorum*: **a** *de nervis*: CELS. 2, 1, 12 frigus modo nervorum -em, modo rigorem infert; illud σπασμός, hoc τέτανος graece nominatur. 2, 8, 17 *ipsa febris* nervorum -em rigoremque, si postea coepit, ex toto tollit (*cf. Hippocr.*

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vol. V p. 658, 348 Littré τὰ σπασμώδεα καὶ τετανώδεα πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει). *passim apud* CELS.: nervorum -o (*opp.* resolutio 5, 28, 2 B. 8, 4, 1. 21). CAEL. AVR. acut. 3, 6, 61 *suprascr.* de conductione, quam Graeci spas[i]mon vocant et -e, quam tetanon appellant (*cf.* 3, 6, 63) et earum speciebus (*toto hoc capite modo* extentio, *modo* distentio, *modo* tensio *ponuntur*). VEN. FORT. vita Germ. 39, 110 nervorum -sionem.

b *de toto corpore* (*i. q. inflatio*): CELS. 5, 28, 11 D. SCRIB. LARG. 89 extr. MARCELL. med. 16, 4 (*cf.* CASS. FEL. 42 p. 99, 21 ad praecordiorum -siones [p. 99, 15 praecordiorum tensio]. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 69 colli).

c *de oculis*: SCRIB. LARG. 26 (= MARCELL. med. 8, 117) ad dolores cum rubore et -e oculi sicca (*cf. p. 1515, 9*). **d** *in mulomedicina capitis quidam morbus*: VEG. mulom. 2, 9, 1 -is quoque valetudo ad capitis praecipue causam refertur. 2, 9, 3 cum animal -is aegritudo comprehenderit (tit. cap. 2, 9 de -bus). CHIRON 114 (*in titulorum indice*) de -nsione. 256 si nondum cerebrum gravaverint, -ntionem faciunt ab eo, quod *eqs.* 266 -ntio. 275 de -nsione. *ibid.* quod iumentum a -nsionem (*Bücheler*, ad extensionem *cod.*) laborabit. 276. *de humani capitis morbo*: PS. SORAN. quaest med. 79 per hanc (*sc. vigilantiam*) ... aegro -nsio fit. et est siccitudo cerebri, quae aufert somnum.

B *i. q. extensio, ambitus, amplitudo (de spatio locali). cf.* distendo *III A*: FVLG. aet. mund. p. 141, 5 murorum ambitus in -ntione (-nsione *al.*) admiranda porrigitur. AVG. in psalm. 44, 4 -ntio aëris (EVSTATH. Bas. hex. 6, 9 p. 932^{C} aëris -ntione). BOETH. arithm. 2, 44 p. 145, 7 (*cf. p. 1516, 26*) si in quamlibet multiplicitatem numerorum sit constituta -nsio (distantia *al.*).

C *i. q. inflatio. de ventre pleno; cf.* distendo *III A 2 a*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 6, 1 ventris -nsione. PAVL. NOL. epist. 38, 8 init. (*trop.*) ab illa supervacuae -ntionis saturitate vacuatus es. 50, 13 extr. (= AVG. epist. 121, 13) -ntio (-nsio *al.*) corporis animae sobrietatem necat. POMER. 2, 22, 1 -e ventris vilibus onerari. MVTIAN. Chrysost. hom. 29, 4 p. 426, 6 gravedinem ex illis cibis et -em ... habiturus.

II *translate i. q. sollicita occupatio* (*cf.* distendo *I B*): ITALA eccles. 3, 10 (Op. imperf. in Matth. 29 p. 784) deus -nsionem magnam (*περισπασμόν*, VVLG. afflictionem) dedit hominibus, ut distendantur in ea (*cf.* HIER. adv. Iovin. 1, 13 statim impleat, quod praeceptum est, et hoc faciat sine ulla -e [distentatione *al.*], quae data est secundum Ecclesiasten hominibus huius mundi, ut distendantur in ea [epist. 49, 7, 3]). ITALA eccles 5, 13 (Ambr. Iob 2, 4, 12) pereunt in summa -e (*pro* -ntione *pars codd.* distinctione, *reliqui* districtione) ac sollicitudine (*περισπασμῷ πονηρῷ*, VVLG. afflictione pessima). VVLG. eccles. 8, 16 *ut* intellegerem -em, quae versatur in terra (*τὸν περισπασμὸν τὸν πεποιημένον ἐπὶ τῆς γῆς*). *hebraicam vocem q. e.* עִנְיָן, *quam quomodo verterent interpretes valde dubitabant, cum in uno Ecclesiastae libro atque illic quidem passim legeretur (cf. ex. gr. Fürst, lexic. manual. s. v.), iam in interpretatione vetere latina si non ubique, at certe aliquot locis vocabulo q. e.* -o *redditam esse testatur* HIER. in eccles. 1 p. 392 (*ad* eccles. 1, 13 hanc occupationem ... dedit deus filiis hominum): verbum ANIAN Aquila, Septuaginta et Theodotio '*περισπασμόν*' similiter transtulerunt, quod in 'distentionem' Latinus interpres expressit, eo quod in varias sollicitudines mens hominis distenta lanietur. Symmachus vero '*ἀσχολίαν*', id est 'occupationem' transtulit. quia igitur saepius in hoc volumine nominatur, sive 'occupationem', sive 'distentionem', sive quid aliud dixerimus, ad superiorem sensum cuncta referantur (*sic ipse* HIER. in eccles. 8 p. 456 [*ad* eccles. 8, 16] *transtulit*: viderem occupationem, *in* VVLG.: intellegerem -em; *cf. l. 41*). *vox illo artiore sensu, quo adhibetur Ecclesiastae locis* (*sc. ut significet sollicitam occupationem*, 'quae versatur in terra') *a posterioribus recepta, adamata* CASSIANO: SERM. Arrian. frg. II 9 a terrenarum rerum -nsione. CASSIAN. inst. 6, 11 -bus diei (conl. 7, 3, 3 *mens* cotidianis -bus occupata. 9, 6, 1. 24, 11, 2 ab omni cura et sollicitudine diurni operis ... absque ulla -e spiritus). conl. 14, 9, 3 mundanis ... -bus (9, 5, 1 [*syn.* curas sive sollicitudines saeculares]. 24, 13, 4 nullae saeculares curae, nullae mundanae -es. *cf.* 23, 16, 4 -e condicionis humanae ... ad curas humilium rerum *mens prolabitur*). *de cura victus et rei familiaris*: CASSIAN. conl. 4, 20, 2. 18, 7, 3. 19, 5, 1. 19, 6, 1. 24, 1, 2. 24, 3, 1 loca quae mentem eius nulla ad culturae -em ... fecunditate sollicitent (*cf.* 24, 12, 4). 24, 25, 5. 24, 26, 4. 6. GILD chron. 34 p. 15, 20 propriae voluntatis -bus ruptis. POMER. 2, 21, 2 *qui mortuus est carne ... eum* non -o (distinctio *al.*) alieni actus illaqueat. VEREC. in cant. 1, 2 extr. in -e mobilium voluptatum (*antea*: fluminibus ... -is humanae). 2, 6 terrenis -bus occupati. GREG. M. moral. 2, 37 deus ... simul cuncta sine -e comprehendit.

deriv.: distentiosus.

distentiōsus, -a, -um *cf. c.* distentio, distentus. *de armento, quod distentionis malo laborat*: CHIRON 17 caduco, frenetico, -is (distencionis *cod.*). *cf. p. 1516, 51.*

distento, -āre *a.* distendere. *i. q. distendo*: HIER. in Is. 54, 2. 3 p. 628^{D} dilatet tentorium suum pellesque -et (VVLG. extende).

1. distentus, -a, -um *a* distendere *v. p. 1516, 43.*

2. distentus, -a, -um *a* distinere *v. s. v*

3. distentus, -ūs *m. a* distendere. *i. q. actio distendendi*: PLIN. nat. 8, 138 sufflatae cutis -u (*cf.* distendo *I A 1 b*). DIOM. gramm. I 477, 18 *ut* et brevi successu et longo -u (-o *al.*) gradus simul et nisus firmaretur.

Fraenkel.

distergit, -sit NOT. Tir. 49, 3^{a}. 49, 9^{a}. *a* dis- *et* terg(e)o, *cf. c.* deterg(e)o, *cuius verbi formam vulgarem fortasse agnoscendam esse statuit Heraeus, Archiv 12 (1902) 42.*

disterminātio, -ōnis *f. a* disterminare. *i. q. terminatio*: AGENN. grom p. 66, 24 L. (= p. 27, 14 Th) in omni ... genere -is.

disterminātor, -ōris *m. a* disterminare. APVL. mund. 1 axis ... divisor et r mundi (*Ps. Arist. mund. p. 391^{b}, 26 διάμετρος ἔσται τοῦ κόσμου*).

distermino, -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* terminare. *Th.*]. *variat in codd. hic illic cum* de-, *quod conferas.* GLOSS. *διορίζω*. -at disiungit. COMMENT Lucan. 2, 7 divisit -vit. *legitur inde a* CIC. carm. *et* LVCR. *singulis locis, dein* SEN. phil. [*dub.*: CLAVD. 3, 175 discriminat *codd. plerique*, disterminat *B*, '*fortasse recte*' *Birt*]

1 *i. q. dividere, disiungere, separare*: **a** *c. acc. rei* (*absol., obi. supplendo*: VVLG. Ezech. 47, 18 Iordanis -ans ad mare orientale [*διορίζει*]): *c. simplici acc.*: CIC. Arat. 94 quas *stellas* intervallum binas -at unum. PLIN. nat. 6, 9 ubi -at eos ... amnis. APVL. Socr. 8 p. 137 veluti quadrifariam natura magnis partibus -ata. mund 2 Luna altitudinis aetheriae principia -ans (*Ps. Arist. mund. p. 392^{a}, 29 ὁ τῆς σελήνης* [*sc. κύκλος*] *μέχρι γῆς ὁρίζεται*). PAVL. dig. 10, 1, 4, 10 *urbana praedia* communibus parietibus plerumque -antur (*cf.* AMBR. in psalm. 118 serm. 6, 19 nec -et *paries* eius *templi* interna, sed muniat [*syn.* separet]). AVIEN. orb. terr. 911 medius -at ambos. Arat. 386 -at aër crassior hos. AMM. 31, 8, 6 fretum ... maria. HEGES. 3, 6, 1 *Galilaeam* (*Ios. bell. Iud. 3, 35 διορίζει*). *adde*: THEOD. PRISC. gyn. 12 ut haec patefactio *feminarum atretarum* ... linteolis ... diutius -etur (*i. aperta teneatur*). *c. duobus acc.* (*saepius nomina populorum pro terris posita. cf. etiam*: PLIN. nat. 5, 85 Arabiam inde laeva ... dextraque Commagenem -at *Euphrates*): SEN. nat 1 pr. 8 Danubius Sarmatica ac Romana -et (6, 7, 1 Europam Asiamque). MELA 2, 5 Panticapes qui Nomadas Georgosque -at (PLIN. nat. 4, 83). PLIN. nat. 3, 31 Pyrenaei montes Hispanias Galliasque -ant. 5, 123. 142. 149. 6, 129 Tigris ... Arabas Orrhoeos Adiabenosque -ans. TAC. ann. 11, 10. AVIEN. orb. terr. 28 Europam atque Asiam Tanais (*cf. infra l. 44. 51*). 398. ora 695 Europam ... isto flumine *Rhodano* et Libyam ... -ari. AMM. 27, 12, 11. 31, 16, 7. HYG. astr. 1, 8 p. 27, 14 *syn.* dividit PRISC. periheg. 866 IORD. Get. 3, 17. *c. acc. et* ab *c. abl.* (*cf. infra l. 51*): MELA 1, 101 canalis angustior Europam ab Asia stadiis quinque -at. LVCAN. 1, 216 Gallica certus limes (*sc. Rubico*) ab Ausoniis -at arva colonis. 9, 957 Asiam ... fluctus ab Europa. PLIN. nat. 4, 112 -atis ab Asturia Vettonibus. 5, 119 Phrygem *fluvium*, qui nomine genti dato a Caria eam -at. 6, 9. 135. 7, 30. 12, 100. OPTAT. 3, 2 p. 70, 10 (de- *pars codd.*). AVIEN. orb. terr. 349 *Nilus* Asiam ab Libya -at ... secernens, ... disiungens (*cf. infra l. 52*). AMM. 15, 11, 2. 22, 8, 27 Asiam ... ab Europa *Tanais*. HEGES. 4, 27 v. 5 AVG. quaest. hept. 6, 21 p. 440, 9. *adde*: AMM 25, 1, 15 venam quae caput a cervice -at. PROB. Verg. georg. 1, 233 p. 363, 13 orizon ... diem a nocte. AMBR. Noe 13, 43 noctem ... tenebrae a diei claritate. *nota passivum pro intrans. (cf infra l. 75) i. q. distare*: SOL. 33, 5 pagus Sabaeorum, a quo octo mansionibus regio turifera -atur (*cf.* PLIN. nat. 12, 52 distat). EPIST. pontif. 300 Migne 20, 515^{B} ita longis intervallis -atis a me ecclesiis. *c. acc. et abl.*: AVIEN. orb. terr. 861 *Tanais* Asiam Europa[m] -at. PRISC. periheg. 219 *Nilus* latis Libyen Asiae -at oris. **b** *c. acc. personae (cf. etiam supra l. 26): c. acc. mero*: LICENT. carm. ad Aug. 140 nos iter immensum -at (*syn.* coercet). *c. acc. et* ab *c. abl.*: PANEG. 12 (2), 22, 2 non ... quas *gentes* ab orbe nostro ... flumina ... distinguunt, sed quas ... continua hieme separatas aut interfusis aequoribus abiunctas natura -at. ARNOB. nat. 6, 5 quos *populos* ab sui notitia maria *eqs.* -ant. SYMM. epist. 4, 23, 1 quos a proprio lare peregrinatio longa -at. *adde*: ZACCH. 3, 1 p. 1150^{A} eos a Christo vis nulla. AVELL. p. 53, 26 quem a communione religionis mentis inquietudo -at. POMER. 2, 13, 2 p. 456^{C} quae *divitiae nos* a mundo -ant. **2** *i. q. determinare, definire*: PLIN. nat. 5, 97 unde vastos sinus Taurus mons ... Chelidonio promunturio -at. HYG. lim. grom. p. 169, 5 mensurae ... -andae causa. AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 40, 1 qui *funibus* ... agrorum limites ... distingunt et possessionum spatia -ant. COMPVT. Carth. I 9 tricesimarius ... lunae numerus per septenarium numerum ebdomadis divisus spatia numero ducenta decem -at (*postea* adnotata). **3** *de actione mentis i. q. distinguere*: LVCR. 2, 719 ne forte putes animalia sola teneri legibus hisce, ea res (*Munro*, his quaedam *codd.*) ratio -at omnes. AVG. civ. 8, 4 p. 325 D. rationalem *philosophiam*, qua verum -atur a falso. BOETH in Porph. comm. sec. 5, 7 p. 307, 15 aliae sunt *differentiae* quae genus ab specie ... -ant, aliae vero quae ... genus ... etiam a ceteris diducunt ac -ant (distinguunt ac deducunt *H N*). categ. 1 p. 177^{B}. *pass. pro reflex. vel intrans. i. q. differre*: THEOD. PRISC. log. 32 satyriasis, gonorroea vel priapismus ... his accidentibus -antur. 49. 77. *nota duos abl.*: THEOD. PRISC. log. 112 hae passiones ... locorum varietate nominibus -atae sunt.

syn.: ab-, disiungere, arcere (PLIN. nat. 4, 112), coercere, dividere, secernere, separare. determinare, diducere, distinguere.

disterminus, -a, -um [*cf. c.* disterminare *et c.* conterminus. *Th.*]. *i. q. disterminatus*: SIL. 5, 399 Tartessos latis -a terris, *sc. a Calpa* (*syn.* divisus). *f. subst.* **disternina**, -ae: MART. CAP. 6, 714 quae linea ... *διάμετρος* dicitur, latine -a.

[Hofmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

disterno, -strāvī, -strātum, -ere [*a* dis- *et* sternere. *Th.*]. NOT. Tir. 54, 87 -it. 54, 88 -vit. 54, 89 -atum. *i. q. sternere*: APVL. met. 2, 15 pueris extra limen ... humi ... -atum (distractum φ, *de F v. adn. crit., cf.* ὑπέστρωτο *Lucian.*) fuerat. 10, 34 iam torus ... accuratissime -batur.

distero, -trīvī, -ere *a* dis- *et* terere. *i. q. terendo comminuere*: CATO agr. 75 casei p. II bene -at in mortario. *ibid.* ubi bene -erit. *obscaene*: PETRON. 24, 5 cinaedus ... clunibus eum basiisque -vit.

distexo, -ere *a* dis- *et* texere. *i. q. retexere*: SIDON. carm. 15, 161 Penelopam tardas texit -ere telas.

distichos, -on (**distichus**, -um) *adi.*, δίστιχος. *de hordei genere*: COLVM 2, 9, 16 alterum ... genus hordei est, quod alii -um, Galaticum nonnulli vocant (*opp.* hexastichum. ISID. orig. 17, 3, 10). *de genere versuum*: VARRO Men. 398 etiam -on epigrammation vocant poema. *n. subst.* **distichon (distichum**, -ī), δίστιχον (*graece scr.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 57, 9 epodoe quae similiter κατὰ δίστ[ο]ιχον fiunt): ISID. orig. 1, 39, 21 idyllion paucorum versuum, -on duorum, monostichon unius. MART. 2, 71, 2 ex nostris -a pauca (7, 85, 2 *opp.* tetrasticha. 11, 108, 2 *opp.* libello). 2, 77, 8 -a longa facis. 3, 11, 2 in te factum -on (*sc. 3, 8*). 6, 65, 4 -a sola legas (*opp.* hexametris epigramma facis). 8, 29, 1 *opp.* liber. 13, 3, 5. SVET. Iul. 51 hoc -o apparet (*sc. duobus septenariis troch.*). Otho 3, 2 hoc -o enotuit. vita Verg. p. 58 *bis* (*semel seq. duo hexametri*). p. 63 AVSON. 109, 2. SCHOL. Hor. epist. 1, 1, 67 unde -on fecit (*duos senarios*). MART. CAP. 1, 42 -um ... Ennianum (*seq. duo hexametri*). SIDON. epist. 5, 8, 2. 8, 11, 7 *opp.* tetrasticho (epist. [carm. 22] 6). 9, 14, 5.

distillātio, distillo *v.* **de-**.

distimulo, -āre [*a* dis- *et* stimulare. *Th.*]. *quasi stimulo dissipare, dilapidare*: PLAVT. Bacch. 64 aculeata sunt: animum fodicant, bona -ant, facta et famam sauciant. *cf. etiam* destimulo *p. 754, 44, ubi* PAVL. NOL. epist. 20, 23 *corrigas*: carm. 20, 23.

distīnctē *v.* distinguo. **distīnctibilis** *v.* discinctibilis.

distīnctim *adv. i. q.* distincte. CYPR GALL. exod. 1095 signantes *gemmae* nomina sena -m tribuum. num. 152. CASSIAN. inst. 2, 11, 1 *psalmos* duabus vel tribus intercisionibus cum orationum interiectione divisos -m particulatimque consummant (*opp.* continuata ... pronuntiatione concludere). PROSP. c. coll. 21, 3 -m (*i. separatim*) edita volumina *Augustini*. CASSIOD. in psalm. 32, 15 singillatim: id est divisim atque -m.

✱**distīnctio**, -ōnis *f. a* distinguere. distint- *hic illic in codd. saep. confunditur in codd. cum* distentio; *hinc dub.*: EVSTATH. Bas. hex. 7, 1 p. 937B per -em pectoris aerem trahens *pulmo* (*sic impressum apud Migne; cf.* διαστολῆς). GLOSS. διαστολή. διάλυσις. separatio. -em διαίρεσιν. *legitur inde a* RHET. Her. *et* CIC., *dein* SEN. phil. (*11ies*) COLVM. (*semel*) PLIN. nat. (*17ies*) QVINT. inst. (*13ies*) TAC. (*bis*) PLIN. epist. (*semel*), *dein passim. plur. inde a* QVINT. [*dub.*: PAVL. dig. 4, 8, 16, 1 districtione *codd. dett.*]

I *de actione mentis i. q. discretio*: **A** *latiore sensu*:

1 *generatim*: **a** *mera vi actionis*: *α absolute*: CIC. inv. 1, 75 hac -e *nominis ambigui*. fin. 3, 54 recte ... haec facta -o est. ac. 2, 48 nulla in visis -o appareat (*cf.* 2, 86 in agnoscendo. orat. 205 in eo genere. part. 17 in verbis). 2, 84 qua -e sublata. Tim. 7 de his ... haec sit prima -o (διορισ τέον). div. 2, 127 quae est tandem ista -o? (*cf.* TERT. adv. Marc. 5, 13 p. 621, 2). fat. 45 off. 1, 122. ad Brut. 1, 2, 5 illam -em tuam. SEN. epist. 58, 21 si aliam desideras -em *eqs.* 85, 18 inepta -o *Epicuri*. PLIN. nat. 12, 71 facili -e *Indicae murrae a genuina*. GAIVS dig. 50, 16, 236 TER. MAVR. 1356. TERT. resurr. 51 p. 105 sine -e, sine condicione. adv. Marc. 4, 39 p. 556 interstruere -em. 5, 17 p. 633 *al.* FAV. EVL. p. 8, 13 -is gratia. HIER. epist. 37, 1, 3 ob -em ... positum est. AVG. civ. 6, 9 p. 263 D. cum religiosum a superstitioso ea -e discernat, ut *eqs.* 10, 1 p. 403 certior. *al.* BARNAB. 9, 8 -e facta dicit (διάστημα ποιήσας. *cf.* RVFIN. hist. 3, 39, 5). *al. add. gen. subi.* (*cf. p. 1520, 27*): SEN. epist. 9, 14 Chrysippi. TERT. adv. Marc. 5, 13 p. 619 haeretici. AVG. civ. 3, 25 p. 137 D. Labeonis. POMER. 3, 31, 5 Stoicorum. AVG. quaest. hept. 3, 2 p. 236, 2 legis *Mosaicae*. BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 446, 14 expositionis nostrae (*syn.* separationem). *β c. gen. obi.* (*cf. p. 1520, 29*): RHET. Her. 3, 19, 32 idoneorum locorum commodissimam -em comparare. CIC. Scaur. frg. 1, 4 congesta fuit accusatio magis acervo quodam criminum, non -e aliqua generum et varietate (PLIN. nat. 10, 22. 12, 41). leg. 2, 13 est lex iustorum iniustorumque -o *eqs.* (*cf.* top. 82 iuris et iniuriae *de cognitionis quaestione* 'quale sit'). fin. 1, 33 harum ... rerum facilis est et expedita -o. ac. 2, 43. nat. deor. 2, 15 siderum ... -em, utilitatem, pulchritudinem, ordinem (2, 104. *cf. p. 1521, 83*). 2, 146 varietas sonorum, intervalla, -o (*cf. p. 1520, 67*). fat. 43 causarum -o ac dissimilitudo. off. 1, 104 ingenui et illiberalis ioci. SEN. benef. 7, 2, 1 turpis honestique. nat. 2, 39, 4 aliam -em utriusque *fulminis* (*cf.* PLIN. nat. 15, 122. 19, 126). PLIN. nat. 19, 18 medullae *lini* numerosior -o candore, mollitia. QVINT. inst. 4, 5, 6 quaestionum (*opp.* tractatio). ITALA I Cor. 12, 10 (Tert. adv. Marc. 5, 8 p. 599) -o spirituum (διακρίσεις, VVLG. discretio). TERT. pudic. 19 delictorum. anim. 11 spiritus. adv. Hermog. 30 p. 158 substantiarum (*coniunct.* dispositionem, *opp.* confusionem. *cf. antea* singillatim definiens). adv. Marc. 2, 14 p. 354. 2, 21 p. 364 *al.* HIL. psalm. instr. 17 psalmi. AMM. 25, 4, 8 pro rerum ⟨et⟩ hominum -e. 31, 14, 3 HIER. epist. 28, 4, 2 in psalm. 24 AVG. civ. 10, 25 anim. 4, 24, 39 p. 418, 24 serm. ed. Mai 58, 1. ARNOB. ad Greg. 14 ciborum. BOETH. herm. sec. 6, 14 p. 485, 12 falsitatis. *al. nota*: AMM. 16, 8, 13 sine iustitiae -e (*i. respectu*) vel recti. DECRET. decur. Ferent. Prisc. (Corp. X 5853) 17 sine -e libertatis. *nota*: DIOM. gramm. I 436, 19 pronuntiatio est scriptorum secundum personas accommodata -e similitudo. *adde*: CIC. fin. 1, 64 veri a falso -o. **b** *i. q. discrimen*: DIOM. gramm. I 420, 17 *vox tibiae* habet ... modulatam aliquam -em. LACT. epit. 33, 3 non erit sanguinis ulla -o *in civitate Platonis* (*cf.* SALV. gub. 7, 101 sine -e [*i. promiscue, syn.* discretione]). VVLG. Rom. 3, 22 non enim est -o (10, 12 Iudaei et Graeci). RVFIN. Greg. Naz. orat. 4 p. 154, 20 temporum ... -e servata. VICTRIC. 21 nominis. ISID. diff. 1, 225. 2, 3. est -o *c. structuris* (*cf. etiam p. 1521, 14*): *seq.* ut (*cf. infra l. 34*): CIC. fat. 45 cum haec sit -o, ut. SVLP. SEV. dial. 2, 10, 6. *enunt. interrog.* (*cf. infra l. 33*): CIC. Tusc. 4, 59. TERT. bapt. 4 nulla -o est, mari quis an stagno ... diluatur (*syn.* refert). quod: PLIN. nat. 21, 165. 34, 117 (*cf. antea* distat). *acc. c. inf.*: PLIN. nat. 18, 90.

2 *speciatim*: **a** *in iure*: *absol.*: NERAT. dig. 25, 1, 15 secundum eam -em (VLP. dig. 12, 4. 3, 1 *al.* COD. Iust. 3, 33, 14, 1 *al.*). AFRIC. dig. 19, 2, 35 pr. hac -e uti (VLP. dig. 41, 1, 33, 1 *al.*). *ibid.* probata est (VLP. dig. 14, 1, 1, 9 *al.*). GAIVS inst. 1, 127 hoc -em recipit (MAECIAN. dig. 35, 2, 30, 5). 3, 197 optima ...-e. MAECIAN. dig. 29, 1, 14 non sine -e (35, 2, 30, 2 PAVL. dig. 5, 1, 24, 2 *al.* COD. Iust. 5, 16, 25, 1 *al. cf.* PAVL. dig. 34, 3, 25 cum -e [VLP. dig. 42, 8, 10, 10 *al.*]). PAPIN. dig. 3, 1, 8 adhibetur. 15, 1, 50, 3 admittendam esse. 49, 17, 15, 2 servabitur. *saep. add. gen. subi.*: PROC. dig. 32, 86 Labeonis. VLP. dig. 12, 1, 11 pr. Nervae. 19, 1, 17, 2 Trebati. COD. Iust. 4, 29, 23 pr. iurisdictionis. *al. add. gen. obi.*: PAPIN dig. 34, 9, 18 pr. temporis (35, 2, 9, 1). 49, 17, 15, 3 causarum. VLP. coll. Mos. 1, 6, 1 casus. COD. Iust. 2, 41, 2 *al. add. praepos.* (*cf. supra l. 7*): in *aliqua re*: VLP. dig. 28, 3, 6, 7 *al.* de: AFRIC. dig. 19, 2, 35 pr. circa: PAPIN. dig. 29, 1, 34, 2. 35, 2, 9, 1. *add. enunt. interrog.* (adhibenda est -o *sim.*): POMPON. dig. 34, 2, 34, 2 PAPIN. dig. 3, 1, 8 CALL. dig. 14, 2, 4, 2. ut: POMPON. dig. 32, 85 PAPIN. dig. 46, 3, 95, 5 VLP. dig. 19, 1, 17, 2 *al.* **b** *apud* ECCL. *de trinitate* (*cf.* ISID. diff. 2, 3 in personis ... discretio est, in divinitate nulla -o): TERT. adv. Prax. 9 p. 239 nec divisione alium *filium a patre*, sed -e (12 p. 246 *cf.* PHOEBAD. c. Arrian. 20 FACVND. defens. 7, 7 p. 703B). 11 p. 243 et demonstrationem et -em trinitatis (p. 245). 21 p. 264 utriusque personae. 27 p. 279 patris et filii (*opp.* coniunctione). AMBR. apol. Dav. II 4, 26 TRACT. c. Arrian. p. 11, 22. 13, 11 *opp.* unitatem. GAVDENT. serm. 7 p. 882A *opp.* naturae diversitas (*item* FILASTR. 93, 3). *adde*: HIER. quaest. hebr. in gen. p. 11, 22 PS. AVG. spec. 2 p. 298, 2 tit. *passim. nota*: VICT. VIT. 5, 79 aequalitatem -is personarum (*i. distinctarum personarum*). *adde*: TERT. adv. Prax. 14 p. 251 visibilis et invisibilis *dei* -em *in scriptura*. 15 p. 253.

B *strictiore sensu i. q. explanatio, explicatio, definitio, signum* (*cf.* GLOSS. σαφήνεια): SEN. nat. 2, 40, 6 utrique *generi fulminis* -em suam reddam. benef. 6, 7, 1 -o statim subsecuta ostenderet (*antea* apertius ... dicere). HIER. in Ezech. 44, 25 *sqq.* p. 553 non dixerit absolute 'et sabbata sanctificabunt', ...sed cum -e 'sabbata mea'. RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 84A cum evidens in eo *versiculo* habeatur -o. hist. 1, 7, 10. AVG. pecc. mer. 2, 10, 13 p. 84, 23 -e confusa (*i. ambigua*). *al.* HESYCH. in lev. 22, 4—8 p. 1068B traditam a lege -em. *nota*: MART. CAP. 2, 127 omnia ... vigili -e (*i. examinatione*) discriminans ... Prudentia. *add. gen. subi.*: ITALA num. 19, 2 (Aug. quaest. hept. 4, 33 p. 341) ista -o legis, quaecumque constituit dominus (διαστολή, VVLG. *aliter, cf.* AVG. *ad l.*). num 30, 7 (Aug. quaest. hept. 4, 59 p. 363, 25) secundum -em labiorum *mulieris* (*cf. s.* distinguo *p. 1526, 81*). ISID. vir. ill. 41 libellum titulorum -bus praenotatum. *gen. obi.*: PLIN. nat. 17, 263 Cato et medicamenta quaedam componit, mensurae quoque -e. TERT. pudic. 4 demandata paenitentiae -e. resurr. 48 p. 98 disposita ad Corinthios (*cf. Vulg. I Cor. 1—14*) omni -e ecclesiasticae disciplinae. HIL. in psalm. 128, 4 sine -e nominis. myst. p. 27, 13 sacrificiorum -o (*fere i. constitutio*). VVLG. IV Esdr. 12, 8 ostende ... mihi interpretationem et -em visus horribilis huius. I Cor. 14, 7 nisi -em (διαστολήν) sonituum dederint *citharae* (*opp.* incertam vocem). AVG. civ. 20, 30 p. 484 D. etsi eius *dei* alia -o non ponatur. LIB. col. I grom. p. 223, 16 L. numeri.

II *i. q. divisio, separatio*:

***dīves**, -itis (**dīs**, dītis, *has formas ubique plenas scripsi*) *adi.* [*orig. inc. nisi a* divus, deus *ductum est, sicut slavon.* богатъ '*dives*' *a* богъ '*deus*' (*cf. Bréal, Mémoires de la société de linguistique 15, 139; W. Schulze, Zs. f. vgl. Sprachforsch. 45, 190*). *flexio prima* dives, *gen.* ditis (*pro* *divitis) *in duas flexiones discessisse videtur, ita ut nom.* dis, *gen.* divitis *novatus sit. Th.*]. *de veriloquio*: VARRO ling. 5, 92 -es a divo qui, ut deus, nihil indigere videtur (= CASSIOD. in psalm. 48, 17). DIFF. ed. Beck p. 42, 5 beatus ... opulentus ... copiosus ... -es per dei indulgentiam copiosus, locuples ... fortunatus ... honestus. DIFF. gramm. VII 525, 5 -es quia dividendi facultatem habet. ISID. orig. 10, 68 -es ab aere vocatus (*cf. l. 82*). *de casuum terminationibus*: CHAR. gramm I 149, 8 ab hoc et ab hac dite, horum et harum ditium (DIOM. gramm. I 305, 22 GRAMM. suppl. 116, 31). *de structuris*: SERV. Aen. 2, 22 -es opum: et hic genetivo iungit, Statius, quod rarum est, et ablativo, ut 'satis ostro -es et auro' (*Theb. 2, 406*). 9, 26 -es equum: per genetivum frequentius utimur hac figura, quam per ablativum (1, 14 auct. 1, 343. 4, 263. 9, 638). DIOM. gramm. I 312, 19 -es sum huius rei et hac re. sed prius Graeca figura profertur. ARVS. gramm. VII 463, 11. PRISC. gramm. III 218, 3 -es, copiosus, opulentus ... *genetivo adiunguntur*. *scribitur* Deivitis *in* CORP. I^2 1591 (= X 4149 [*Capuae*]) *v. Onomast. s. n.* *de usu utriusque formae* (*cf. Langen, Beitr. p. 279 sqq. et Solmsen, Stud. zur lat. Lautgesch. 1894 p. 115 sq.*): *promiscue usurpantur genet. dat. acc. sing. et nom. dat. acc. abl. plur.* *raro leguntur*: dis (*cf. l. 74. 77*): TER. Ad. 770 SER. SAMM. 393 *e coni.* CARM. de fig. 87 GLOSS. ditis (*nomin.*): PRIAP. 75, 2 Mycena ditis (*Bücheler, traditur contra metrum* Mycenae dites). dite (*nom. neutr.*): VAL. FL. 2, 296 solum. CARM. poet. min. V 87, 6 mare (*cf.* PRISC. gramm. II 248, 18. 338, 3). -es (*neutr.*): OV. ars 1, 70 VAL. MAX. 2 praef. SEN. Phoen. 608 AMM. 16, 8, 8 HIER. epist. 52, 10, 1. diti (*abl.*): NEP. Att. 1, 2. LIV. 23, 8, 6 (*e coniect.*). 42, 34, 3 SIL. 9, 195. -i (*abl.*): SEN. contr. 2, 9, 38 (*cod. Tol.*). SEN. Phaedr. 325 PLIN. nat. 3, 7 (*pars codd.*). 7, 108. 19, 56 COMM. instr. 2, 31, 4 CARM. epigr. 1513, 3. ditum: SEN. Herc. O. 648. -ium: TERT. uxor. 2, 8. -bus (*neutr. plur.*) *deest praeter* SEN. Herc. f. 532 pomis. *saepius* ditibus. *formae comparat.* (-ior, ditior) *prorsus promiscue habentur, sed superl.* -issimus *prae* ditissimus *perraro legitur*: CIC. div. 1, 78 (divinitissumum *trad.*) parad. 48 (dit- *V*) off. 2, 58. NEP. Phoc. 1, 2 (ditissimus *codd. dett.*). SEN. contr. 2, 1, 7. 2, 9, 3 VAL. MAX. 7, 3, 3 CVRT. 4, 1, 24. 10, 2, 11 PLIN. nat. 33, 134 SIDON. epist. 4, 3, 2 CARM. epigr. 134, 6. *praeterea notanda*: SEN. contr. 1, 6, 7 magis -es. MELA 3, 67 affatim -es (HIER. epist. 14, 1, 3). PLIN. nat. 7, 108 maxime -i (*praecedit* pretiosissimum). SVET. Iul. 1 ditem admodum (Galba 3 Vesp. 23 *al.*). VVLG. gen. 13, 2 -es valde (36, 7 Luc. 18, 23 PASS. Theclae C 27). II reg. 19, 32 -es nimis. DRAC. laud. dei 3, 43 bene -es (= -ior). *de mensuris*: CYPR. GALL. lev. 64 dives (⏑ ⏑). *apud* PLAVT. Asin. 330 *codices praebent* tum igitur tu -es es factus, *ubi* -es *spondeum efficere dubitanter statuit C. F. W. Müller, Plaut. Prosodie p. 49; Leo monosyllabum statuit, sed de ipsa forma non videtur dubitare (cf. Plaut. Forsch.² p. 283). fortasse scribendum* dis es *ut* TER. Ad. 770 dis ... esses. *cf. etiam* PLAVT. Trin. 829 *ubi tamen* -tes *codicum (sic etiam Lindsay et Goetz-Schoell in editionibus) mutari in* dites *vetat Skutsch, Kl. Schr. p. 233. praeterea conferri licet* STAT. silv. 1, 4, 4, *ubi* dis es *probabiliter Itali pro* dives *codd. scripserunt. apud* PLAVT. Amph. 170 ipse dominus -es, operis et laboris expers, *praetulisse videtur Leo* (*l. c.*) -ĕs, *sed metrum prorsus incertum.* *de sensu*: DIFF. Suet. p. 307, 18 Roth locuples dicebatur apud antiquos, qui locis plurimis abundabat, ... -es pecunia, auro et argento a nummorum copia dictus ... pecuniosi a pecoribus dicti ... opulentus *eqs.* ISID. diff. 1, 137 -es est pecuniis ... plenus. 1, 166 -es est potentia et virtute ... plenus. GLOSS. dis -es singulari numero. beatus, locuples vel -es. ditis πλούσιος, ditior πλουσιώτερος, ditissimus πλουσιώτατος. ἱκανώτατος. ditiore divitiore. -es πλούσιος. πλουσία ὄλβιος. opimus. locuples. -ior copiosior plus -es. -es opum abundans divitiarum. abundans opum. locuples abundans (*v. etiam p. 1591, 12*). [*ex coniectura*: NAEV. com. 126.] *utraque forma per totam latinitatem legitur. omnino deest* VITR. CELSO HOMERO. *usus synonymorum, quae sunt* dis, -es, locuples, opulentus, *apud praecipuos auctores ex sequenti tabula elucet*:

	dis, ditis	dives	locuples	opulentus		dis, ditis	dives	locuples	opulentus
PLAVT.	5 (3)	27	4	13	LVCAN.	3	4	—	—
TER.	6	1	—	—	PERS.	—	1	1	—
VARRO	—	6	3	1	PETRON.	—	10	—	—
RHET. Her.	—	2	3	—	PLIN. nat.	6	15	4	5
CATVLL.	—	3	—	1	VAL. FL.	6	7	—	—
CIC. rhet.	—	1	10	1	SIL.	10	17	—	—
orat.	—	13	68	4	STAT.	15(14)	17	—	3
phil.	—	36	34	14	MART.	—	38	10	—
epist.	—	2	21	1	QVINT. inst.	—	10	9	1
	0	52	133	20	decl.	—	135	18	—
LVCR.	1	1	—	1	PS. QVINT.	1	—	—	—
CAES.	1	—	3	1	IVV.	—	15	5	—
SALL.	1	4	3	9	TAC.	16	11	10	8
NEP.	2	4	3	1	PLIN.	—	3	6	—
VERG.	1	20	—	2	SVET.	3	4	7	4
HOR.	6	43	10	2	APVL.	8	15	11	8
TIB.	3	11	—	—	TERT.	—	43	8	—
PROP.	—	6	—	—	SOL.	1	7	—	—
OV.	4	58	1	—	PANEG.	1	4	—	—
LIV.	12	10	12	73	SCRIPT. hist. Aug.	5	21	3	2
MANIL.	1	10	1	—	LACT.	—	1	—	—
SEN. rhet.	—	99	10	1	AVIEN.	—	9	2	—
VELL.	—	3	—	—	AVSON.	3	1	2	—
VAL. MAX.	3	9	18	10	AMM.	4	16	12	18
PHAEDR.	1	5	3	—	HIER. epist.	10	24	—	—
SEN. phil.	3	79	27	9	VVLG.	2	98	6	9
CVRT.	3	5	—	9	PRVD.	3	1	1	1
COLVM.	—	1	3	1	CLAVD.	5	20	1	1
MELA	10	1	—	10	AVG. civ.	2	30	2	12

I ***proprie***: **A** *de* ***hominibus*** *(sim., velut deo p. 1589, 7, sidere personato p. 1590, 4. 10) i. q.* ***locuples***, *opulentus, affluens, opibus abundans* (*opp.* pauper, egenus): **1** ***absolute***: **a** *nude positum* (*huc etiam traxi usum nominalem*): PLAVT. Amph. 167 -is servos (*praecedit* opulento homini). Asin. 330 -es es (*v. p. 1587, 71*) factus (Asin. 529 Rud. 55 Ov. am. 1, 8, 28 SEN. contr. 2, 7, 1 SEN. benef. 3, 33, 2 dial. 11, 11, 5 epist. 17, 9. GALLICAN. Avid. 14, 2 ut luxurientur, ut -tes fiant. POMER. 2, 4, 3 ex -bus ditiores facti. *persaepe*). PLAVT. Aul. 166 (*idem versus iteratur* Capt. 324). 489. 809 quis me est ditior? Curc. 178 sibi divitias -tes *habeant*. Trin. 490 di -tes sunt, deos decent opulentiae. 829 -tes damnare atque domare. *saepe*. TER. Ad. 502 potentes, dites, fortunati, nobiles (Haut. 609 ditem et nobilem. CAES. Gall. 1, 2, 1 longe nobilissimus fuit et ditissimus. LIV. 29, 1, 5. 30, 1, 5 VAL. MAX. 7, 3, 3 PHAEDR. 5, 5, 4 SEN. dial. 4, 21, 7 MART. 12, 97, 3 APVL. apol. 22 TREB. trig. tyr. 2, 1 *al.*). TER. Ad. 770 dis ... esses. LVCIL. 1226 formonsus -es (CASS. SEV. Sen. contr. 2, 4, 11. 2, 7 (15), 2 IVV. 6, 162. SVET. Galba 3 ditem admodum et pulchram. ANTH. 446, 1 *al.*). CATO orat. frg. 2, 70, 2 POMPON. Atell. *tit. fabulae* VARRO Men. 104 ling. 5, 72. rust. 1, 16, 3 -um copiosi agri. 1, 16, 4 RHET. Her. 4, 50, 1 CIC. Quinct. 55 Q. Rosc. 19. rep. 1, 48 -iores opulentioresque. div. 1, 78 -issimum *Midam*. parad. 48. off. 2, 57 Crassus ... cognomine -es (SEN. contr. 2, 1, 7 -issimus [PLIN. nat. 33, 133]. *v. etiam Onomast. sub* Dives). *saepe*. epist. 7, 16, 3 CAEL. Cic. epist. 8, 13, 2 CATVLL. 115, 1. 5 LVCR. 5, 1115. SALL. Catil. 54, 6 non divitiis cum -e ... certabat. *al.* HOR. carm. 2, 18, 10 pauperemque -es me petit. sat. 1, 1, 65 sordidus ac -es (1, 1, 95). 1, 3, 124 si -es qui sapiens est (epist. 1, 1, 105). 2, 1, 59 -es, inops. epist. 2, 2, 185 *persaepe*. TIB. 1, 1, 78. 2, 3, 49 PRIAP. 60, 2 PROP. 2, 16, 19. 2, 24ᵇ, 38. 2, 32, 42 PVBLIL. V 15. OV. epist. 2, 109 -es egenti munera ... dedi (ars 3, 511). 20, 146 ditibus (*Bentley*, -tis *codd.*) aufer opus. met. 11, 127 -esque miserque effugere optat opes. *saepe*. LIV. 1, 43, 9. 4, 4, 9 -bus ac pauperibus (26, 2, 16 SEN. contr. 10, 1, 3 SEN. epist. 94, 23 PETRON. 48, 5 QVINT. inst. 5, 10, 26 *saepe*. APVL. mund. 19 dites et egentes). *al.* SEN. contr. 1, 6, 7. 1, 7 -es debilitat, egens alligat. *persaepe*. VELL. 2, 59, 2. VAL. MAX. 7, 2, 14 -tes et praepotentes non alligari (PHAEDR. 3, 5, 6 -es et potens [SEN. benef. 6, 3, 3 APVL. met. 9, 35 IVST. 3, 3, 9 QVEROL. p. 22, 13 VVLG. IV reg. 15, 20]. *al.*). VAL. MAX. 4, 8, 2. SEN. Herc. O. 648 pectore -um. clem. 1, 9, 8 felix ... -es (VVLG. Iob 21, 13). dial. 7,

[Gudeman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

23, 2 o optime -em! nat. 4, 13, 3 delicatis -busque. epist. 9, 22 turpiter -es. 18, 8 securius -tes erimus. *persaepe.* CVRT. 4, 1, 24 -issimus quisque. PERS. 4, 26 PETRON. 3, 3 *al.* CALP. ecl. 3, 63. PLIN. nat. 6, 66 optimi -issimique. *al.* VAL. FL. 1, 511 SIL. 3, 512. 13, 777. STAT. silv. 2, 2, 121 Lydo ditior auro (5, 39, 8 Croeso -ior). Theb. 4, 205 MART. 1, 64, 4. 4, 54, 7 -ior Crispo. 11, 83, 1 -es et orbus (QVINT. decl. 376 p. 416, 18 TAC. ann. 3, 22). *al.* QVINT. inst. 1, 6, 34 Ditis, quia minime -es. *persaepe, praecipue in* decl. IVV. 11, 168 *saepe.* ITALA lev. 19, 15 (Lucif. Athan. 1, 4 p. 71, 10) a facie -is (*δυνάστου*, VVLG. potentis). Luc. 19, 12 (Lucif. non parc. 18) -es (*εὐγενής*, VVLG. nobilis). TERT. adv. Hermog. 8 p. 135, 8 -e et locuplete (GALLICAN. Avid. 14, 8. VVLG. apoc. 3, 17 -es sum et locupletatus). *saepe.* FIRM. err. 18, 6 largus et -es (INSCR. christ. Rossi II p. 137, 19 v. 7). CARM. de fig. 87 sumptu pauper, dando dis, ingenio rex. HIL. in Matth. 15, 10 ditior . . . et plenior. QVEROL. p. 17, 1 si -es fueris, patus (*παχύς Haase*) appellaberis, sic nostra loquitur Graecia. AMM. 30, 4, 14. 30, 8, 8. 31, 8, 8 *al.* HIER. epist. 64, 2, 4 *opp.* tenuis. VVLG. II par. 18, 1 -es et inclytus (32, 27). *persaepe.* PRVD. cath. 3, 83 -tis omnipotentis opus. CLAVD. 18, 306 erecto pectore -es (*i. similis -i*) ambulat. AVG. civ. 1, 10 p. 19 D. ex opulentissimo -e voluntate pauperrimus. 9, 4 p. 372 -es, luxuriosus. *saepe.* SVLP. SEV. Mart. 25, 5 -es et possidens multa. CASSIOD. in psalm. 101 div. abunde ditissimus. *nota per imaginem:* PLAVT. Most. 228 si bonam famam mihi servasso, sat ero -es.

b *attributive:* PLAVT. Amph. 170 (*v. p. 1587, 78*) dominus (CATVLL. 61, 92 SALL. or. Macri 26 VERG. Aen. 12, 473 TAC. hist. 2, 56. 4, 1 *al.*). Asin. 499 mercator (HOR. carm. 1, 31, 10). Aul. 226 hominem (Bacch. 338 Curc. 475 CIC. Verr. 4, 91 off. 2, 58 LIV. 24, 45, 12 *al.*). Curc. 472 maritos (APVL. flor. 14 p. 48). Poen. 73 domino...-i quoidam seni (QVINT. decl. 382 p. 426, 22 TAC. hist. 2, 86 PLIN. epist 8, 18, 8). TER. Ad. 581 Cratini huius ditis aedis. CIC. Quinct. 62 scurra. Cael. 38 mulier (FIRM. err. 3, 1). off. 2, 71 viro (VAL. MAX. 8, 14, 5 SEN. dial. 7, 24, 3 *al.*). NEP. Att 1, 2 patre . . . diti (SEN. contr. 1, 1, 2 HIER. epist. 22, 32, 5). VERG. Aen. 4, 263 Dido. 7, 11 Solis filia (*i. Circe*). catal. 3, 20 vicinus. HOR. carm. 1, 10, 14 Priamus. 2, 18, 31 erum. 4, 7, 15 Tullus -es et Ancus. 4, 11, 23 puella. epist. 1, 18, 19 amicus (MART. 5, 18, 9. 11, 50, 10 *saepe*). TIB. 1, 5, 47 amator (OV. am. 1, 8, 31 SEN. contr. 2, 7 [15], 1). 2, 5, 35 magistro. 3, 8, 18 Arabs (SEN. Med. 710). LYGD. 3, 38 Orcus. PROP. 3, 4, 1 Indos (VAL. FL. 6, 117). RVT. LVP. 2, 5 avarus (OV. am. 3, 7, 50 IVV. 7, 30 GELL. 10, 17, 3). OV. rem. 346 Amor. met. 2, 571 procis (APVL. flor. 14 p. 47). 2, 689 Nelei. Pont. 4, 3, 37 Croesi (*v. supra l. 5*). *al.* LIV. 9, 40, 6 hostem. 39, 1, 3 ditiores quam fortiores exercitus. 22, 16, 4 sociorum. SEN. contr. 1, 6, 5 uxores. 10, 1, 1 inimicum (QVINT. decl. 257 p. 48, 25). 10, 6 *thema* accusator. *al.* SEN. epist. 55, 3 ille praetorius -es. CVRT. 10, 2, 11 gentium (PLIN. nat. 6, 162). MELA 1, 68 populi (LVCAN. 3, 162 STAT. silv. 5, 3, 188. ARNOB. nat. 7, 51 potentioribus populis ditioribusque. HIER. epist. 65, 18, 3). 3, 96 Aethiopes. 3, 103 Pharusii . . . dites nunc inculti. LVCAN. 7, 756 Arimaspus. SIL. 13, 84 Feronia. 16, 170 Massylis regnator . . . ditissimus oris . . . Syphax. STAT. silv. 1, 2, 255 Tibullus. 5, 3, 42 Sabaei (*cf. Vollm. ad l.*). MART. 6, 86, 4 Midae. *al.* IVV. 6, 460 femina. 6, 548 orbi. TAC. hist. 2, 81 Antiochus . . . regum ditissimus. 4, 18 validissimarum -issumarumque nationum. 4, 43 perinde -es et eloquentia clarus *Cluvius.* ann. 2, 48 -is equitis. 3, 55 -es . . . familiae (11, 7 ditium). 4, 1 Apicio -i et prodigo. 4, 66 Varum. 11, 18 dites . . . Gallos. 13, 44 spe ditioris coniugis. 14, 55. SVET. Nero 35, 5 libertos (*cf.* Vesp. 23, 1). Galba 3, 4 Liviam Ocellinam, ditem admodum et pulchram. Vesp. 13 in defensione -is rei. APVL. apol. 76 adulescentulos ditiores. TERT. ieiun. 16 epulone. ARNOB. nat. 1, 16 Christianos ditiores et locupletissimos. FIRM. err. 7, 1 -es rusticus, cui propter divitias Pluton fuit nomen. AMM. 28, 4, 26 matronarum. HIER. epist. 16, 1, 1 pastor. 60, 11, 3 monachi. *passim. cf. etiam Onomast. s. v.* Dives.

2 *accedit genet.* (*cf. p. 1587, 39*): VERG. ecl. 2, 20 -es pecoris... lactis abundans (STAT. Theb. 4, 295). Aen. 1, 343 ditissimus agri (10, 562 Ov. met. 5, 129. 130. SIL. 1, 393 -es agri, -es pecoris. 5, 260 arvi). 9, 26 -es equum, -es pictai vestis et auri. HOR. carm. 4, 8, 5 -e me scilicet artium. OV. epist. 9, 91 armenti -tes Hiberi. fast. 3, 570 opum (SIL. 12, 28 AVSON. 134, 1 [= CARM. poet. min. V 15, 1] non est -es opum -es [*i. felix*] nec pauper inopsque infelix. HEGES. 4, 10, 1 VEN. FORT. carm. 6, 1, 126 *cf. p. 1590, 69. 1591, 67*). SIL. 3, 151 auri. 6, 649 praedae (STAT. silv. 1, 4, 32). 15, 702 ovium. MART. 2, 63, 3 tanti. APVL. flor. 6 p. 19 odorum -tes Arabas. CENS. 1, 1 virtutis non minus quam pecuniarum -em, id est vere -em (AMM. 22, 6, 1 pecuniarum repetundarum). *nota per imag.:* VAL. MAX. 8, 15, 2 virtutis (*cf. l. 72*). SIL. 3, 397 rex . . . fuit humani ditissimus aevi (*i. exactae aetatis, de Arganthonio*). STAT. Theb. 3, 481 animi. GELL. 4, 1, 1 grammaticae rei. PAVL. NOL. carm. 33, 487 mente pauper, spei -es. epist. 11, 12 iustitiae pauper et peccati -es. 18, 17 gratiarum. 35[a], 2 poenarum. 42, 2 -es in omnes (*cf. p. 1590, 21*) omnis boni. PS. RVFIN. in Am. 3, 12 miserendi -es deus.

3 *accedit ablat.* (*cf. p. 1587, 42*): CIC. S. Rosc. 93 pecunia (SEN. epist. 119, 9 TAC. ann. 3, 46). VERG. Aen. 7, 537 arvis. CVLEX 340 propriae fortunae munere -es. HOR. epod. 15, 19 sis pecore et multa -es tellure. sat. 1, 2, 13 -es agris, -es positis in fenore nummis (= ars 421). OV. epist. 6, 2 auratae vellere -es ovis. 16, 224 congestoque auri pondere. met. 2, 759 ditem sumpto...auro (*potest utroque loco pro abl. abs. accipi, sed cf. supra Horatii locum.* SEN. Tro. 1020 STAT. Theb. 2, 406 IVST. 44, 3, 5). 9, 88 -esque meo Bona Copia cornu. 15, 12 bobus -es. MANIL. 4, 124 -es fecundis Aries in vellera lanis. SEN. Med. 333 parvo (epist. 94, 72. 108, 11). MELA 3, 67 populi... opibus. PLIN. nat. 6, 159 ditissimos armento. STAT. Theb. 2, 406 satis ostro -es. 4, 749 amictu. MART. 9, 42, 1 campis -es Apollo. SOL. 33, 16 *Arabes* et silvis et mari -tes. *nota per imaginem:* OV. ars 1, 444 pollicitis -es (*i. largus*) quilibet esse potest. met. 6, 451 *magno* -es Philomela paratu, -ior forma. MANIL. 4, 521 *Taurus* -es ... puellis (*i. copiosus; sc. Pleiadibus*). SIL. 1, 292 largo . . . -es alumno. 13, 684 viris (*i. magnis militum copiis instructus*). STAT. Theb. 1, 392 avis. MIN. FEL. 36, 4 deo (*cf.* VVLG. Luc. 12, 21 in deum. ITALA cod. f, ff[2], q in deo, *gr* εἰς θεόν). VIGIL. ad Ioh. 3 p. 553[C] fide ditior quam facultate. PAVL. NOL. epist. 3, 18 spiritu dei. AVG. civ. 7, 12 p. 290 D. virtutibus. MART. CAP. 1, 7 *Ψυχήν* opimam superis ditemque muneribus. PETR. CHRYS. serm. 22 p. 260[C] poena. CARM. epigr. 134, 6 animo -issimus. 1552, 72 toto pectore -es.

4 *seq.* ***praepos.:*** ab: OV. epist. 9, 96 damnis -es ab ipsa suis. in *c. acc.* (*cf. supra l. 4. 13*): PLIN. nat. 6, 111 *Persis* in luxum -es. STAT. silv. 3, 3, 147 -es (*i. largus*) in usus. VVLG. Rom. 10, 12 in omnes (*cf. p. 1589, 78*). ex: GENNAD. vir. ill. 90 (*per imag.*) -es ex lectione antiquorum. sub: OROS. apol. 31, 6 -tes sub religione. in *c. abl.* (*cf. supra l. 13*): GREG. M. moral. 7, 50 (*per imag.*) in verbis. *nescio an huc pertineat:* VEN. FORT. carm. 2, 4, 6 res (*i. protoplasma hominis primi*) nobilis usu, -es in arbitrio radianti lumine.

B *de* ***rebus*** *quasi personatis:* **1** ***corporeis:*** a *de aedificiis vel omnino de rebus manu factis i. q. sumptuosus, pretiosus necnon copiosus, amplus, plenus sim. saepe metonymico sensu:* NAEV. carm. frg. 50 magnam domum decoremque ditem (HOR. epod. 2, 65. LIV. 23, 8, 6 domo diti ac luxuriosa. 42, 34, 3 SEN. Thy. 649 dial. 3, 16, 4 AMM. 14, 1, 6. 30, 4, 8 *al.*). CVLEX 95 non -e cultu (OV. epist. 15, 189 cultu -e digna. met. 5, 49 *formam* -e cultu augebat. ANTH. 443, 5 atria...-es tegit omnia cultus [*i. ornamenta*]). HOR. sat. 2, 4, 87 mensis (*i. plenis dapum, lautis*). OV. epist. 16, 65 munera tanta quidem promittit epistula -es (*quippe quod multa promittat; cf. p. 1592, 7*). met 13, 431 regia (*cf. l. 50*). fast. 2, 535 munere (HIER. epist. 21, 35, 3). 5, 263 si bene floruerint segetes, erit area -es (*i. plena frumento*). Pont. 3, 4, 110 texta. PHAEDR. 4, 12, 2 arca (*i. plena nummis.* MART. 4, 67, 7). app. 14, 6 villa ditis, splendida. LVCAN. 9, 515 templa (CARM. epigr. 1513, 3 pro marmore -ique templo [*ἀπὸ κοινοῦ?*]. HIER. epist. 52, 10, 1. *adde metonymice:* STAT. silv. 3, 1, 136 -es Tirynthius [*i. templum Herculis*]). STAT. Theb. 5, 187 ditibus . . . epulis. *cf.* silv. 3, 1, 86 epulae ditesque tori (*ἀπὸ κοινοῦ, ut videtur*). Theb. 10, 344 dona (HIER. epist. 22, 21, 7 PROSP. carm. de ingrat. 35 *al.*). MART. 1, 76, 12 forum. 5, 44, 10 popina -es (*i. apparatissima*). PS. QVINT. decl. 13, 8 quae *volucres* per rusticas villas quaeque -bus cellis saginantur. ANTH. 471, 13 cenis. IVST. 31, 6, 5 castra. RVT. NAM. 143 vectigalia. *accedit ablat.:* CIRIS 433 deliciis...regia -es, ⟨-es⟩ curalio. OV. ars 1, 70 marmore -es opus (*de Octaviae porticu*). met. 2, 77 delubraque ditia donis (LIV. 45, 28, 3 templum donis). CVRT. 3, 11, 20 castra omni . . . opulentia ditia. ITIN. Alex. 7 classi . . . belli usibus -e.

b *de arvis, terra, silva sim. i. q. fecundus, frugum capax, ferax sim.:* VERG. Aen. 7, 262 agri (OV. ars 2, 263 VAL. FL. 2, 635 STAT. Theb. 3, 322). HOR. epod. 16, 42 arva -tes et insulas (*ἀπὸ κοινοῦ*). TIB. 2, 2, 4 e terra -e (MANIL. 4, 671 -esque per omnia tellus auratique fluunt amnes. SOL. 33, 2. AVIEN. orb. terr. 1122 tellus effudit -es odores. PSALT. Rom. 21, 20 [VVLG. pingues]). OV. met. 1, 137 humus (MART. 12, 62, 4). SEN. Med. 65 cornu retinet -e copiam (*per imaginem de ruris ubertate. cf.* PORPH. Hor. carm. 1, 17, 11 benigno . . . cornu: videlicet copioso et -e *eqs.*). Phaedr. 67 silva (PETRON. 133, 3 LACT. Phoen. 79). Phoen. 608 solum (MELA 2, 1 regio ditis admodum soli. VAL. FL. 2, 296). CVRT. 3, 10, 10 campis agrisque. LVCAN. 3, 271 rura ... ditissima. SIL. 3, 673 dites sine vomere glebas. 4, 544 -is uber campi. PANEG. 11 (3), 10, 1 segetes. AVIEN. orb. terr. 532 caespite. 1137 glebae. CLAVD. 8, 597 -is algae germina. *accedit genet.:* VERG. georg. 2, 136 silvae ditissima terra (AVIEN. orb. terr. 1326). Aen. 2, 22 insula -es opum (*cf. p. 1589, 67*). HOR. sat. 1, 5, 91 aquae non ditior urna. 2, 2, 31 *loco* multarum -e rerum. SIL. 14, 229 mons ... ditior umbrae. HEGES. 3, 6, 4 regio -es pecoris. SOL. 4, 3 solum . . . argenti. AVIEN. orb. terr. 948 arva . . . ferri ditia. CLAVD. 15, 509 -es ager frugum. PRISC. periheg. 934 palmarum -e silva. *accedit ablat.:* AETNA 442 -es satis ubere terra (OV. met. 10, 307 -es amomo...tellus. STAT. Theb. 5, 54 [*per imag.*] florebat -es alumnis terra. AVIEN. orb. terr. 1193 humo tellus. AMM. 14, 8, 1 bonis omnibus). CVRT. 8, 5, 3 -es regio . . . auro. PLIN. nat. 6, 161 agros . . . ditissimos silvarum fertilitate odorifera (AMM. 21, 1, 14 agros omni frugum genere -tes). SIL. 7, 210 -es Tmolus. STAT. Theb. 5, 305 insula -es agris opibusque armisque virisque (AVIEN. ora 97 *insulae* metallo -tes). silv. 3, 1, 79 multo culmine -es mons. ITIN. Alex. 45 petram virentem, soli ubere et mollitudine -em. 50 petra cultoribus -es haud minus locupletibus quam securis.

c *de aquis:* α *de fluminibus quae terras per quas fluunt fructi-*

[Gudeman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ficant: Ov. am. 3,6,39 ille fluens -es septena per ostia Nilus (Germ. 236 donum hoc spectabile Nili -bus generatum undis. Ivv. 13,27 -is ostia Nili). Sen. Herc. O. 628 nec si totus serviat Hebrus ruraque -es iungat Hydaspes (*per hypallagen, ut videtur, pro* rura -ia). *fortasse huc pertinet*: Plin. nat. 3, 49 Padum amnem Italiae ditissimum. Sil. 9,195 quidquid diti devexit Hibero *Roma*. β *i. q. profundus, aquis copiosus*: Ov. fast. 5,731 -es aquis ... Amphitrite (*i. Oceanus*). Stat. Theb. 7,730 Aonidum -es largitor aquarum (*de Asopo flumine personato*). Avson. 4,5 *Danubius* -es aquis. γ *de amnibus auriferis*: Sen. Oed. 407 -e Pactolos vexit te Lydius unda (Clavd. 1,54 -es Pactolus. Carm. poet. min. V 118,35 ditia Pactoli munera). Val. Fl. 4,463 rex ego -is Hebri. Mart. 10,16,4 aurea quidquid habet -is unda Tagi. δ *i. q. abundans aliqua re*: Plin. nat. 3,21 Hiberus amnis navigabili commercio -es. Val. Fl. 5,122 spoliis ditissimus amnis. Carm. poet. min. V 87,6 mare purpureo murice dite rubet. *nota metonymice de naumachia i. q. omni ludorum genere abundans*: Mart. epigr. 28,10 quidquid et in circo spectatur et amphitheatro, -es Caesarea praestitit unda tibi. ε *i. q. abundanter profluens*: Mart. 11, 96, 2 (*de dividiculo*) quid ... puerum prohibes -is imbre lacus? Amm. 18,9,2 sub arce fons -es exundat.

d *de pecunia: i. q. pretiosus vel quod divitem facit*: Tib. 1,9,31 -is auri pondere (1,10,7 -is hoc vitium est auri. Lygd. 3,11 pondus ... -is auri. Lavs Pis. 219 -is auri imperiosa fames). Cvrt. 5, 1, 10 Arbela ... regiā supellectile ditique gaza repleta. Avien. orb. terr. 377 -e metallo. Drac. laud. dei 3,44 pauper sub -e nummo.

e *varia, praecipue i. q. aureus, pretiosus* (*cf. etiam l. 21 sqq.*): Verg. Aen. 6, 195 -es opacat ramus humum. Prop. 3, 5, 4 nec bibit e gemma -e nostra sitis. Manil. 5, 16 Hesperidumque vigil custos et -is auri (Sen. Herc. f. 532 pomis -bus praepositus draco). Lvcan. 9, 659 partu Danaes et -e nimbo ortum. Plin. nat. 7, 108 librorum Homeri custodiae detur *scrinium*, ut pretiosissimum humani animi opus quam maxime -i opere servaretur. Val. Fl. 5,203 -es ubi pellis micet arbore sacra (Drac. Romul. 10,32). Mart. 8,78,7 linea -es (*i. de qua dona pretiosa pendent*). 11, 8, 10 -bus lapsa corona comis. Apvl. met. 7,9 centunculo (*v. adn. crit.*). Anth. 470, 5 iugulo stat -e (*i. quod auro ornatum est*) ferrum. Avson. 396, 18 *ostrea* ditissima. *nota*: Sidon. carm. 5, 463 non cultu pugnas, sed more priorum dite magis (*fere i. q. potentiore*) ferro, merito cui subiacet aurum -is ignavi.

2 ***incorporeis,*** *praecipue de civitatibus, urbibus, terris i. q. felix, beatus, fortunatus; hic illic praevalet notio opulentiae vel fecunditatis necnon metonymice usitatur* (*res pro persona*): **a** Verg. georg. 2,224 Capua. Aen. 7,684 Anagnia. Hor. sat. 1, 7, 19 Asiam. carm. 1,7,9 aptum ... equis Argos -esque Mycenas (*cf.* Val. Fl. 4,360 ditibus Argis. Priap. 75,2 Samos et Mycena ditis. *cf. p. 1587, 51.* Avson. 398,18. 419,59). 4, 8, 27 Aeacum ... lingua potentium vatum -bus consecrat insulis (*i. fortunatorum, μακάρων*). Lygd. 2, 23 -es Panchaia ... -es et Assyria. Ov. epist. 15, 34 oppida. met. 8, 268 Achaia. fast. 2, 175 Ionia. Liv. 9, 31, 4 caput hoc erat Samnitium longe ditissimum. 36, 17, 14 Asiam deinde Syriamque et omnia usque ad ortum solis ditissima regna (Val. Max. 2 praef. -es et praepotens naturae regnum. 4, 4, 9 pauperque in -e quam -es in paupere imperio versari. Sen. Phaedr. 325 vidit Persis ditique ferax Lydia regno). Manil. 4, 761 Bithynia. 4, 793 Gallia. Val. Max. 4, 3, 12 in civitate iam -e et lautitia gaudente natus *Cato* (Vopisc. quatt. tyr. 8, 5 civitas opulenta, -es, fecunda. Amm. 23, 6, 31 abundat civitatibus -bus Media). 4, 8, 4 ditissimam atque amoenissimam partem terrarum orbis. Cvrt. 9, 2, 27 -es eadem et imbellis est regio. Mela 1, 30 Mauretania. 1, 61 Arabia (Plin. nat. 5, 65). 2, 61 Aquileiam. 3, 105 *Mauretania* isdem opibus, sed minus -es, ceterum solo etiam ditior et ... fertilis. Plin. nat. 6, 68 amplissima urbe ditissimaque. Sil. 3, 345 Calliaecia. 4, 220 Ausoniae. Stat. silv. 3, 1, 128 Capreae. Ach. 1, 419 Arcadiae. Mart. 9, 61, 2 Corduba. Avg. civ. 5, 18 p. 227 D. rem publicam ... opulentissimam atque ditissimam. Cassiod. var. 9, 3, 1 Italia. or. frg. p. 481, 5 India. *nota*: Prvd. psych. 521 nobis ditissima Tartara debent quos retinent populos (*loquitur Avaritia, fortasse ad* Ditis *nomen spectat, i. q. abundans mortuis*). **b** *accedit genet.*: Verg. Aen. 1, 14 Karthago ... -es opum (Sil. 8, 524 *Campania* -es opum ... -es avorum. Heges. 4, 23, 1). Manil. 4, 754 silvarum ditia regna. Sil. 8, 461 Sarsina -es lactis (Avien. ora 559 civitas ditis laris). **c** *accedit ablat.*: Verg. Aen. 4, 38 Africa terra triumphis -es. 10, 201 Mantua -es avis (*cf. p. 1590, 12*). Ov. epist. 15, 354 *Asia* viris -es, -es abundat equis. Liv. 1 pr. 11 nulla umquam res publica ... nec sanctior nec bonis exemplis ditior fuit. Mela 3, 51 *Britanniae populi* pecore ac finibus dites. 3, 105 isdem opibus, sed minus -es, ceterum solo etiam ditior (*de parte Mauretaniae*). Lvcan. 3, 216 arbusto palmarum -es Idume. Plin. nat. 5, 74 Pellam aquis -em. Val. Fl. 4, 407 ditem ... aethere Memphim. Avien. orb. terr. 319 Cyrene Apolline -es alumno. Amm. 23, 6, 41 frugibus -es *Persis*.

II ***translate*** *et per imaginem de* ***rebus incorporeis,*** *plerumque personatis, i. q. copiosus, amplus, affluens, plenus, abundans sim.*: **a** Cic. de orat. 3, 185 ille licentior et -ior fluxit dithyrambus. Lael. 58 -ior mihi et affluentior videtur esse vera amicitia. parad. 43 animus (44). fin. 5, 96 mihi -es *philosophia* videbatur, ut ab ea petere possem, quidquid ... concupissem. Lvcr. 1, 413 largos haustus ... lingua meo suavis diti de pectore fundet. Hor. epist. 1, 15, 19 spe -e (*i. quae multa promittit*). 2, 2, 121 Latiumque beabit -e lingua (*i. eloquenti*. Germ. frg. 6, 1 cur -e lingua Graecia praecurram [*an* praecurrat?]. Macr. sat. 5, 3, 2 Ennod. epist. 1, 1, 2. 1, 6, 1 opusc. 2, 85 p. 314, 1. 3, 1 p. 331, 7). ars 409 nec studium sine -e vena nec rude quid prosit video ingenium. Prop. 3, 2, 19 Mausolei -es fortuna sepulcri (*metonymice*). Ov. epist. 16, 65 epistula (*sed potest ad I B 1 a referri, cf. p. 1590, 36*). fast. 3, 189 vicinia. met. 13, 654 usus. Pont. 3, 1, 102 fiendi copia (Manil. 3, 123 in sexta -es numeratur copia sede. Hil. in Matth. 9, 2 convivium -e copia praeparatur). trist. 2, 335 -is ingenii est. Liv. 21, 43, 9 opulenta ... ac ditia stipendia facere. 37, 54, 10 non gloriosa magis quam -es (*i. quae -tes facit*) victoria vestra. Manil. 5, 278 census. Phaedr. 2, 1, 12 aviditas -es et pauper pudor. Sen. apocol. 2 autumni (Stat. silv. 5, 1, 49). Colvm. 10, 176 natura. Plin. nat. 2, 207 metallorum opulentia ... tam -es, tam fecunda. 33, 40 -es (*i. ornatissima*) puerorum forma. Stat. silv. 1, 6, 66 sparsio. 5, 3, 118 te -e (*i. splendido*) ritu ponere purpureos ... amictus. Firm. err. 4, 3 misericordia dei. Hil. in Matth. 12, 12 sermo dei. Avien. orb. terr. 1323 cura. Amm. 22, 15, 9 aestuans inundatione ditissima *Nilus*. Rvt. Nam. 122 damna. Prosp. carm. de ingrat. 656 sapientia (Carm. epigr. 97, 3). epigr. in obtrect. Aug. 1, 3 facundia. Ps. Prosp. carm. de prov. 118 verbo (Sidon. epist. 4, 3, 8). Orient. carm. app. 3, 25 virtutum operatio -es. Petr. Chrys. serm. 1 p. 186^{A} paupertas (Cassiod. in psalm. 39, 22 o paupertatem thesauris omnibus ditiorem!). 160 p. 621^{A} obsequio. Salv. eccl. 3, 72 largitati. Sidon. carm. 7, 71 triumphi. Clavd. Mam. anim. 3, 15 p. 184, 11 causae. Cassiod. in psalm. 36, 19 hereditas. Arator act. 1, 566 gloria. Ps. Primas. in Rom. p. 440^{B} Christi redemptio. Carm. epigr. 1319, 5 fame. 1365, 5 famulam ... thesaurum ditem felici fine secutam (*de vita beata Christiana*). *nota neutr. plur.*: Hier. tract. in psalm. 128 p. 241, 10 ditissima pauperculum tenent. **b** *accedit genet.*: Verg. georg. 2, 468 vita -es opum variarum (Hor. sat. 1, 2, 74 -es opis natura suae). Ambr. parad. 3, 15 -es utilitatum prudentia. **c** *accedit ablat.*: Manil. 2, 862 *natura mundi* vario nunc -es honore. Sil. 9, 407 parvis -es concordia rebus. Serm. Caspari Anecd. p. 316, 4 collectio angusta sermonibus, sed -es sensibus.

adv. **dītius, -issimē** (*positivus non legitur*) *i. q. opulentius* (*-issime*): Stat. silv. 1, 5, 31 non umquam aliis habitastis in antris -ius. Apvl. Socr. 22 p. 170 domos -issime exornant. Iord. Get. 3, 21 hi cum inopes vivunt, -issime vestiuntur. *Gudeman.*

(**dīvēscor** *var. lect.* Stat. Theb. 1, 604 *pro* dov-, *q. v.*)

dīvexo, -āvī, -ātum, -āre [*a* dis- *et* vexare. *Th.*]. *inf.* -arier *l. 44.* **1** *i. q. huc illuc rapere*: Pacvv. trag. 201 reliquias ... denudatis ossibus per terram sanie delibutas foede -arier. **2** *i. q. omnibus modis vexare: res*: Plavt. Persa 781 ita ... meam rem -vit. Cic. Phil. 11, 4 omnia -are ac diripere. 13, 21 agros -at civium optimorum. epist. 10, 3, 3 per tot annos re p. -ata (ς, de- *codd.*). *homines, hominum corpora, animas*: Svet. Cal. 3, 3 Pisoni ... clientelas di[u]vexanti. Nero 34, 1 in -anda *matre*. Arnob. nat. 2, 77 flammis, exiliis, cruciatibus, beluis, quibus corpora lancinatis et -atis (diu vexetis *P*) nostra. Lact. inst. 5, 21, 4 spiritus ... perditi ... corpora hominum occupant animasque -ant (diu vex- B^{1}). 7, 15, 8 ut ... boni ... -entur (diu vex- *HS*) undique ab iniustis. Chalc. transl. p. 43^{E} aestus ... diversis motibus ... famulantes usque adeo ut ... omni iactationis genere -rent adversis sibi invicem motibus animam (*syn.* diverse distrahentes).

dīvexus, -a, -um [*ad exemplum vocabuli* convexus *fictum esse videtur. Th.*]. [*ad* dev-: Priscill. tract. 11, 145 *v. p. 858, 22.*] *i. q. divaricatus, decussatus, in formam crucis figuratus*: Avg. conf. 10, 34, 52 *Iacob* nepotibus suis -as mystice manus ... imposuit (*cf. gen. 48, 14 et* decusso *p. 249, 21*). *D.*

dīvidia, -ae *f.* [*a* dividere *ductum esse videtur. Th.*]. Varro ling. 7, 59. 60 -a ab dividendo dicta, quod divisio, distractio est doloris. Pavl. Fest. p. 70 -am discordiam. Non. p. 96, 22 -a est taedium (*inde, ut videtur*, Gloss. V 640, 21 [*gloss. Non.*] devidia odiosa). p. 101, 19 divid⟨i⟩ae ut dissensiones (*inde* Gloss. V 640, 58 divide dissensionis). Fvlg. serm. ant. 34 -as dixerunt tristitias. Gloss. διχόνοια. -ae erant: discordiae vel molestiae erant. *dub.*: Gloss. II 53, 33 dividua ἐπαχθη (-a ἐπάχθεια *Herald.*). *locutio* res -ae est *legitur apud* Plavt.; *alios casus finxerunt imitatores sermonis antiqui et grammatici.*

dat. sing.: res (nusquam homo) mihi -ae est (*in codd. saepe scriptum legitur* -a est): Plavt. Stich. 19 haec res vitae me ... saturant, haec mihi -ae et senio sunt. Cas. 180 quod tibi est aegre, idem mi est -ae. Merc. 619 non tibi istuc magis -aest, quam mihi hodie fuit. Bacch. 770 nimio (nimium *Leo*) illaec res est ma⟨g⟩n⟨a⟩e -ae mihi supterfugisse ... Chrysalum (*cf. Langen, Beitr. p. 334*). 1033 cave tibi ducenti nummi -ae (divitiae *codd.*) fuant. Tvrpil. com. 58 sperabam consilia nostra -ae tibi ... non fore. Apvl. apol. 28 matrimonium nostrum Aemiliano huic immane quanto angori quantaeque -ae fuit. *subi. est acc. c. inf., ut videtur*: Plavt. Truc. 856 mihi -aest [in] tonstricem meam † sicut multam † (sic convictam *Leo*) male. *nom. sing.*: Acc. trag. 152 huius me -a cogit plus quam est par loqui. *plur.: dub.*: Acc. trag. 587 (Non. p. 101, 19) ne

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

horum divid⟨i⟩ae et discordiae dissipent et disturbent tantas et tam opimas civium divitias (NON. *testatur* dividae, *v. p. 1592, 66. cf. l. 4*). FVLG. serm. ant. 34 -as mentis. 37 -ae mihi fuerunt ... afuisse te. CARM. de fig. 111 (*παρονομασίας exemplum*) -ae non divitiae.

deriv.: dividiose.

dīvidiculum, -ī *n.* [*a* dividere. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 70 -a antiqui dicebant, quae nunc sunt castella, ex quibus a rivo communi aquam quisque in suum fundum ducit.

dīvidiōsē moleste GLOSS. *a* dividia.

?dīvidius, -a, -um. *ad* dividuus *pertinere videntur, quaecumque extant exempla*: NOT. Tir. 77, 7 -um. 77, 8 in -um. GRAMM. suppl. p. XXVI -a nomina (*cf. p. 1612, 38*).

***dīvido**, dīvīsī, dīvīsum, -ere [*cf. esse videtur c.* dis- *et c.* vidua (*q. v.*), *ind.* vindhatē '*caret*', *fortasse c. ind.* vidhyati '*traicit, transfodit, vulnerat*', vyādháḥ '*venator*' *et c. umbr.* vetu, *si recte vertitur* '*dividito*'. *Th.*]. *de formis*: HOR. sat. 2, 3, 169 divisse. *flexionem verbi q. e.* video *secutae esse videntur hae formae* (*cf. infra l. 41*): -et (*praes.*): IORD. Get. 167 CHRON. Alex. chron. I p. 95, 29. 103, 126 (*saepe scriptum in codd.*). -iatur: CORP. XIV 367. dīvīdit (*perf. esse videtur*): CARM. epigr. 950, 9. *cf.* GLOSS. V 356, 48 distraxit vendidit -dit. II 53, 45 -dimus *διείλαμεν* (*cf. p. 1594, 30*). GREG. TVR. Franc. 10, 15. LEX Visig. 10, 1, 10 -derit. CASSIOD. var. 1, 7, 3 -disse (*pars codd.*). *adde* GLOSS. V 246, 39 -ditus (-itur? *cf. Archiv 15 [1908] 123*). *de scriptura*: deividunda LEX de Gall. cisalp. (Corp. I² 600) 2, 55 (dívidundos CORP. XIV 2264). divísit CORP. V 7904. divissit CORP. X 5974 (*cf.* PAVL. NOL. carm. 27, 63 d⟨i⟩vissit *R.* 27, 521 divissit *R*). divisserunt(?) ASCON. Scaur. p. 28, 28 St. *de notione*: GLOSS. -o *διαδίδωμι ὅ ἐστιν διανέμω. διαιρῶ.* -it *διαμερίζει.* segregat, intercidit, scindit. -ere discernere, separare. V 640, 39 -i discedere. -sus *κεχωρισμένος.* deseptus, separatus. -sum *ἀπομεριοθέν. διηθομενον*(?). -sa disposita. HIER. in Hab. 3, 14 p. 659. 660 -isti (*διέκοψας*, VVLG. v. 13 percussisti) ... quod non dixerit 'praecidisti' vel 'succidisti'... sed '-isti': quod enim -itur, non tam amputatur et perditur, quam separatur in partes (*cf. p. 1594, 60*). in Is. 7, 19 p. 253ᴬ Pharao qui...-sus et in partes varias separatus exprimitur. quaest. hebr. in gen. p. 53, 1 ubi nos habemus '-sit', Aquila posuit *ἡμίσενσεν* id est 'dimidiavit'. *falso* SACERD. gramm. VI 459, 31 *divisio* est unius rei separatio ... *partitio* fit hoc modo, cum multae res separantur. *de usu: usurpatur per totam latinitatem; deesse apud* TIB. *et* IVV. [*loci corrupti mutili dubii*: PLAVT. Mil. 466 *v. p. 1608, 77.* VARRO ling. 5, 40 frg. Non. p. 215. *confunditur cum formis verborum*: video: LIV. 25, 38, 21 QVINT. inst. 7, 1, 26. 8, 6, 33 (*cf.* 1, 10, 49) *et al.* dimitto: *cf. p. 1596, 79 sqq.* OV. met. 3, 381 LIV. 27, 36, 12. 33, 15, 1 SEN. Tro. 197. Ps. QVINT. decl. 3, 11 -sit illi solum Appium (?dimisit illaesum *vel* ille salvum). *al.* divendo: *v. p. 1599, 55. 61.* defendo: LEX Vrson. (Corp. I² 594) 103, 4 fin(ium) -endorum causa (*legendum* defendendorum). *part. perf. saepe in codd. confunditur cum* diversus: CIC. Arat. 268 MANIL. 4, 676 SEN. nat. 6, 21, 2 LVCAN. 3, 235 CLAVD. 10, 135 *et passim.* ITALA gen. 4, 7 (Tert. adv. Iud. 5 Clem. ad Cor. 4 p. 5, 13 *al. cf.* PRVD. ham. praef. 12 *et gloss. ad l.*) nonne (*al.* nempe *vel* nam *vel deest*) si recte (recte quidem TERT.) offeras (diligas PAVL. NOL. epist. 24, 1) et non recte (*al.* recte autem non *vel sim.*) -as, peccasti? (*ἐὰν ... ὀρθῶς ... μὴ διέλῃς. plane diversa in hebr. et in* VVLG. *leguntur. locus intellegi nequit; interpretari student varie* ECCL.). VVLG. psalm. 16, 14 domine, a paucis de terra -e eos in vita eorum (*verba hebr. corrupta*; LXX *et* PSALT. Rom. *similiter vertunt; aliter* HIER. psalt. sec. hebr.). psalm. 54, 22 -si sunt ab (AVG. prae) ira vultus eius (*similiter* LXX *et* PSALT. Rom.; *aliter* HIER. psalt. sec. hebr. *cf.* GREG. M. epist. 8, 2). psalm. 67, 13 speciei domus -ere spolia (*similiter* LXX *et* PSALT. Rom.; pulchritudo domus -et spolia HIER. psalt. sec. hebr.). Os. 13, 15 ipse inter fratres -et (*verba sensu carentia; hebr.* יפרא *i. fructus proferet sc. Ephraim. cf.* LXX *et* HIER. epist. 60, ?, 2. 75, 2). Sirach 27, 28 plaga dolosa dolosi -et (*διελεῖ*) vulnera.]

CONSPECTVS MATERIAE

I *de divisione corporalium*:
- **A** *de actione*:
  - **1** *rei solidae partes facere: p. 1594, 13*
  - **2** *plures res cohaerentes disiungere: p. 1595, 42*
  - **3** *solidae rei partes vel plures res diversis locis disponere: p. 1596, 30*
  - **4** *solidae rei partes vel plures res inter diversos homines distribuere: p. 1597, 49.*
- **B** *de statu: active fere i. q. inter partes rei vel inter plures res medium interesse; pass. et refl. i. q. partes distantes habere, distare, constare ex partibus*:
  1 *obi. res: p. 1599, 70* **2** *obi. homines: p. 1601, 51.*
- **C** *de divisione, quae non actione fit, sed* ***mente***, *cogitatione, ratiocinatione*:
  1 *res inanimatas: p. 1601, 81* **2** *homines: p. 1602, 55.*

II *de divisione rerum incorporalium*:
- **A** *de divisione, quae fit* ***actione separandi***:
  1 *tempus: p. 1602, 72* **2** *animum, mentem: p. 1603, 35*
  3 *alias res incorporales (actionem al.): p. 1604, 27.*
- **B** *de divisione, quae non actione fit, sed* ***mente***, *cogitatione*:
  1 *arte mathematica, computatione: p. 1606, 11*
  2 *ratiocinatione, arte logica* -ere *notiones: p. 1606, 42; rerum species, res* -ere *i. in dissimilitudinem diducere: p. 1608, 69.*
  3 *in narrando, scribendo, recitando: p. 1609, 1*
  4 *in re grammatica et rhetorica: p. 1609, 77.*

i. q. ***partes rei vel plures res discernere, dispertire, disponere.***

I *de* ***divisione corporalium***:

A *de* ***actione***: **1** *rei* ***solidae partes facere***: **a** *subi. homo, animal*: *α generatim*: CIC. Tim. 25 interiorem *coniunctionem* cum *deus* in sex partes [caeli] -isset (*σχίσας ἕξαχῇ perperam vertit*). PLIN. nat. 13, 74 *ex papyro* -so acu in praetenues ... philyras. 33, 61 nec aliud *metallum* ... numerosius -itur *quam aurum*. COLVM. arb. 7, 1 vitis -sa (*syn.* finditur in duas vel tres partes). PALLAD. 3, 29, 1 (*syn.* findere). 4, 10, 23 -sis cannae internodiis. VVLG. exod. 14, 16 extende manum tuam super mare et -e illud. *quae ex particulis composita putantur*: CIC. ac. 1, 27 materiam ... quae ... etiam interire *possit*, ... non in nihilum, sed in suas partes, quae infinite secari ac -i possint *eqs.* Tusc. 1, 71 *animus* nec secerni nec -i nec discerpi nec distrahi potest, ne interire ⟨quidem⟩ igitur (*cf.* Cato 78. TERT. anim. 14 [*v. infra p. 1606, 78 sqq.*]. FIRM. err. 7, 8 indivisam mentem et -sam, id est *τὸν ἀμέριστον καὶ τὸν μεμερισμένον νοῦν. cf. p. 1595, 25*). nat. deor. 3, 31 terrenum omne -itur (*i. -i potest, ut intereat*). VITR. 2, 2, 1 *atoma* nec laeduntur nec interitionem recipiunt nec sectionibus -untur. *β speciatim: i. q. varias res vi dirumpere, diffringere sim.*: VERG. Aen. 2, 234 -imus muros (SERV. patefacta porta vel diruta. *cf.* STAT. silv. 1, 1, 11 discissis ... muris. *fort. huc referend.*: GLOSS. II 53, 45 -imus *διείλαμεν et* GLOSS. cod. Monac. 14388 p. 49 *Thilo* -imus aperimus). HOR. carm. 1, 34, 6 Diespiter igni corusco nubila -ens (*cf.* SEN. Oed. 410). OV. fast. 6, 740 -it obstantes pectore taurus aquas (SIL. 4, 298 -sa ... caerula pulsu *remorum*). SEN. benef. 5, 5, 1 si ... lapis ... -endus est (*sc. ferro*). 5, 24, 3 *galea* machaerā. nat. 2, 28, 2 *vesica* ferro. PLIN. nat. 36, 14 glaeba lapidis ... cuneis -entium soluta. -ere *aedificia parietibus, intervallis sim.*: VITR. 1, 5, 4 -endus est murus intervallis. SEN. nat. 1, 3, 6 piscinam ... insertis parietibus -e. COLVM. 8, 3, 3 sublimitas -atur tabulatis. VLP. dig. 7, 1, 13, 8 per cenacula -ere domum. 8, 4, 6, 1 si dominus pariete medio aedificato unam domum in duas -serit. *res clausas* (*i. q. solvere, aperire*): STAT. Theb. 11, 626 infesta ... vincula tandem -ite. VVLG. Mich. 2, 13 portam. PRVD. perist. 14, 81 ianuas caeli obseratas. *alimenta sim.* (*i. q. dissecare*): COLVM. 2, 10, 35 cicera ... fresa ... cum suspensa mola -sa est. 12, 14, 1 mala et pira ... in duas vel tres partes harundine vel ... cultello -sa. CVRT. 8, 4, 27 *panem* -sum gladio. PLIN. nat. 11, 109 *formicae* maiora *semina* ...-unt. MART. 5, 78, 5 -sis cybium latebit ovis. *pharmaca*: SCRIB. LARG. 59 farinae hordeaciae sextarium ... in globulos -ere sex. 116. 122. 207. 213 PLIN. nat. 13, 126. 22, 91. *hominis vel animalis corpus, membrum (i. q. dissecare)*: *totum corpus*: CIC. nat. deor. 3, 29 si omne animal secari ac -i potest. HOR. sat. 1, 1, 100 hunc liberta securi -sit medium. LIV. 40, 6, 2 inter ... -sam hostiam copiae traducuntur. CELS. 5, 27, 3ᴰ vivum ... gallinaceum pullum per medium -ere. SEN. Med. 132 comes -sus ense. Thy. 147 *natus* -sus ... tua est ... dextera. 760 -sum secat in membra corpus. dial. 9, 11, 11 *Seianum* populus in frusta -sit. PLIN. nat. 10, 140 postea culinarum artes, ut ... *gallinae* -antur in tergora. VVLG. Matth. 24, 51 -et eum (*διχοτομήσει*). *apud Christianos idem ac* '*perdere*': VVLG. sap. 5, 24 tanquam turbo venti -et illos (*ἐλιγμήσει*). IV reg. 8, 12 iuvenes ... interficies et parvulos ... elides et praegnantes -es. I par. 13, 11 quod -isset dominus Ozam. *nota lusum verborum*: PLAVT. Aul. 283 (*antea*: ut dispertirem obsonium hic bifariam) me quidem hercle ... non -es; si quo tu totum me ire vis, operam dabo. 286 post si quis vellet, te haud non velles -i (*sensu obscaeno; cf.* dirumpo *p. 1265, 16 et* scindo [*non huc pertinent, quae huc revocavit F. Norden, Apuleius von Madaura und das röm. Privatr. p. 155*: APVL. met. 9, 27 *v. p. 1599, 8.* CIC. epist. 9, 22, 4 *v. p. 1627, 26*]). *partes corporis*: VERG. Aen. 9, 748 mediam ferro ... frontem -it impubesque immani vulnere malas. OV. carm. frg. 10 viscere -so. SEN. Ag. 45 -sum ... ictu bipennis ... caput (GREG. TVR. Franc. 9, 19 p. 373, 22). benef. 2, 18, 8 tuber quidam tyranni gladio -sit, qui ad occidendum eum venerat. nat. 4, 2, 14. epist. 70, 16 vasto vulnere -ere praecordia. PLIN. nat. 28, 70 -so⟨s⟩ membratim in scelera abortus. 28, 201 lienem vituli ... -sum ... per longitudinem. FIRM. err. 6, 3 cor -sum. *in arte medica*: CELS. 5, 28, 9 ubi -sum est *phyma*. 5, 28, 13ᴬ ulcus. 7, 7, 2. 7, 15, 1 *opp.* coire. SORAN. p. 96, 22 *collectiones* simpliciter -antur. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 25 *Hippocrates* -it ... venas (*ὑποτάμνων*). 3, 4, 32 uvam praecidit vel aliquando -it. *rem familiarem, pecuniam*: SEN. contr. exc. 6, 3 maior frater -at patrimonium, minor eligat (AVG. civ. 16, 20 p. 156, 26 D.). GAIVS inst. 3, 16 in tot portiones hereditas -etur (PAVL. sent. 3, 4ᵇ, 6). *pecuniam* -ere *i. dissipare, perdere*: COM. inc. Non. p. 287, 8 -ant differant dissipent distrahant

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*sc. rem meam vel sim.*). Qvint. decl. 260 p. 64, 18 *pecuniam* per tot beneficia -sit. p. 64, 20 hos eosdem sumptus.

nota: i. q. partes rei vario colore, ornatu distinguere (*cf. l. 22. p. 1599, 78*): Plin. nat. 8, 196 scutulis -ere *togas.* 36, 51 luxuriā . . . -ere marmor.

b *subi. res: α generatim*: Cic. nat. deor. 2, 134 *dentium* adversi acuti morsu -unt escas, intimi autem conficiunt. Lvcr. 5, 684 sol . . . currens . . . in partes non aequas -it orbem (*syn.* partit. Sen. apocol. 2, 4 iam medium curru Phoebus -erat orbem). Lvcan. 3, 591 cruor . . . -sit . . . animam. Sil. 14, 413 *ratis* media subsedit in unda -sitque fretum (*i. mersa est*). *β speciatim: i. q. vi dirumpere*: Cic. Tusc. 1, 42 necesse est . . . *a generibus igneo et animali* perrumpatur et -atur . . . aer. 1, 43 caelum (*coni.* penetro). div. 2, 44 cum . . . *venti nubis* partem coeperint -ere atque disrumpere. Sen. Herc. O. 114 cum *venti* mare -unt. Symph. 260 (*loquitur lagoena:*) dum misere cecidi (*vel* cecidi subito), mater mea (*i. terra*) me -sit (*vel* laniavit). *partes corporis*: Pavl. Fest. p. 50 *clunaclum* clunes hostiarum -it. Sen. dial. 11, 3, 1 (*in metaphora*) *vulnus* non summam cutem rupit, pectus et viscera ipsa -sit. Oribas. syn. 8, 11 inflammatus cereber . . . in cerebro iuncturas vel suturas -it (distendat *altera recens.*; ὥστε . . . τὰς . . . ῥαφὰς διίστασθαι).

nota: i. q. rei partes distinguere (*sc. vario colore cf. supra l. 3*): Lvcan. 2, 220 *Tiberis* sanguine caeruleum torrenti -it aequor.

c *pass. et refl.: i. q. in partes dissilire, dirumpi, diffluere sim.: α generatim*: Lvcr. 3, 667 -sast ea, quae fuit una (*anima*), simul cum corpore (3, 669 disciditur). Aetna 102 -so corpore mundi in maria ac terras et sidera. Cels. 7, 18, 4 *tumor* sic -itur, ut *eqs.* Sen. nat. 6, 1, 3 -sas *esse* statuas (6, 30, 1). 6, 4, 1 cur . . . *terra* in partes -sa discedat. 7, 16, 3 in quas stellas *cometes* -sus sit (*syn.* discessisse, dirimi). Petron. frg. 51 -sas complorat navita puppis (*cf.* dissolvo *p. 1496, 23 sqq.*). Plin. nat. 13, 38 palmae in binos se -unt truncos. 16, 89 quae *folia* sese non -erint. 16, 107 *nuces pini* se . . . -sere. 19, 114 allium . . . -itur. Stat. Theb. 12, 431 exundant -so vertice flammae. *β speciatim de liquoribus, fluminibus*: Cic. leg. 2, 6 Fibrenus . . . -sus aequaliter in duas partes (Liv. 21, 26, 4 pluribus *ostiis* . . . -sus amnis. 21, 27, 4 ubi -batur *amnis.* Vitr. 8, 3, 7 Sen. Med. 763. Mela 1, 51 *Nilus* iterum iterumque -sus. Lvcan. 3, 235 -so gurgite. Plin. nat. 6, 129. Vvlg. gen. 2, 10 fluvius . . . in quattuor capita). Cels. 7, 27, 6 *urina.* Plin. nat. 28, 126 *lac* -itur et discedit serum a lacte. Drac. laud. dei 2, 165 fretum . . . se -sit et haesit in partes hinc ⟨inde⟩ duas.

2 ***plures res cohaerentes disiungere*** (*interdum i. q. dirumpere, dissecare*): **a *res inanimatas:*** *α rem a re*: Lvcr. 3, 500 vis animi atque animai . . . -sa seorsum *a corpore* (Greg. M. moral. 9, 97 *syn.* separare). Liv. 31, 34, 4 -sa a corpore capita (Sil. 4, 239 -sum umeris . . . caput). Cels. 8, 4, 15 *os fractum* ab eo *osse*, quod naturaliter se habet, scalpo -endum est. Lvcan. 2, 11 *parens rerum* fatorum . . . -sit limite mundum *ab eis, quae fors regit.* Plin. nat. 13, 36 trunco *palmae* . . . a cerebro ipso arboris fissuris -so. 33, 163 umbras -endas ab lumine (*in pictura*). Vvlg. lev. 13, 56 *sacerdos locum leprae in veste* a solido -et. *pass. fere i. q. discedere*: Plin. nat. 6, 128 Arsanias . . . -sus *a Tigri.* *β plures res*: Trag. inc. 197 *Medea* membra pueri . . . articulatim -it. Lvcr. 5, 439 *coepere res* discludere mundum membraque -ere. Cels. 8, 10, 7[L] ossa inter se manu -enda *sunt.* Plin. nat. 12, 89 sarmenta hasta -it sacerdos (Sol. 30, 31 Ps. Sol. add p. 220, 22. Pallad 3, 33 sarmenta utriusque *vitis* inter se -sa). Stat. Theb. 3, 166 dextras miseris complexibus . . . -ere. Agenn. grom. p. 53, 8 Th. fines . . . his signis inter se -bant: fossis *eqs.* Apvl. met. 6, 1 haec singula Psyche curiose -it et discretim remota rite componit. Tert. anim. 10 si . . . duo sunt anima et spiritus, -i possunt. Avien. carm. ad Flav. 19 *māla* -sere domos *granorum.* Vvlg. Ezech. 16, 25 -isti pedes tuos omni transeunti (*διήγαγες τὰ σκέλη, sensu obscaeno*). *partes rei* -ere *i. rem in partes*: Lvcr. 6, 86 *v. l. 65.* Plin. nat. 37, 159 enorchis . . . -sis . . . fragmentis (-sa . . . fragmenta *dh*; -sa fragmentis*?*). Pallad. 1, 34, 3. 7 *partes horti.* *pass. et refl.*: Lvcr. 6, 86 caeli -sis partibus. Schol. Stat. Theb. 12, 447 se flammae -erant. *ibid.* -bantur flammae.

γ inter *res*: Itala gen. 1, 4 (Cypr. sent. episc. 43 Aug. civ. 11, 19 p. 486, 27 D. *al.; sim.*: Ps. Cypr. pasch. 3 Rufin. Orig in gen. 1, 1) deus -sit inter lucem et tenebras (*διεχώρισεν . . . ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους*, Vvlg. lucem a tenebris). *item* gen. 1, 7 (Aug. gen. ad litt. 2, 1 p. 32, 5 *al.; sim.*: Rvfin. Orig. in gen. 1, 2. Favstin. trin. 1, 1, 5 p. 41[B] per medium aquae).

dīvigena, **-us** *a* divus *et* gignere. GLOSS. -a θειογενής. *inter exempla syllabae* 'vi' *longae*: MARTYR. gramm. VII 183, 10 si in compositis nominibus vel in antepaenultima sede 'vi' longa inciderit syllaba . . . ut invitus, -us (*item* CASSIOD. *ibid.*). *D.*

dīvīnāculum, -ī *n.* [*a* divinare, *cf.* oraculum. *Th.*]. GLOSS. -a sortes. *i. q.* μαντεῖον: ITALA num. 22, 7 (cod. Lugd. Rufin. Orig. in num. 13, 6 Ps. Aug. serm. 33, 2) -a in manibus eorum (μαντεῖα, AVG. quaest. hept. 4, 47 divinationes ['obscure . . . dictum est']. VVLG. divinationis pretium). *fuse explicat* RVFIN. *l. c.* [*francog. vet.* devinail. *M.-L.*]

dīvīnālis, -e *adi. a* divinus. *i. q. praesagiens*: DAMIG. lapid. 18 per sensum -em *divinantibus.* *i. q. divinus*: ISID. orig. 2, 14, 13

[Gudeman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-is dicitur *tertium genus philosophiae* quando . . . ineffabilem naturam dei . . . ex aliqua parte profundissima qualitate disserimus.

***dīvīnātio,** -ōnis *f. a* divinare. *de sensu*: CIC. div. 1, 1 quam *-em* Graeci μαντικήν appellant, id est praesensionem et scientiam rerum futurarum (nat. deor. 1, 55 leg. 2, 32). 1, 9 quae *-o* est earum rerum quae fortuitae putantur, praedictio atque praesensio (2, 13 *-em* esse earum rerum praedictionem et praesensionem quae essent fortuitae. 2, 14 fortuitarum rerum praesensio, quam *-em* vocas. *ibid.* talium . . . rerum, quae in fortuna positae sunt, praesensio *-o* est. 2, 19). 2, 130 *Chrysippus -em* definit his verbis: vim cognoscentem et videntem et explicantem signa quae a dis hominibus portendantur. FRONTO p. 8, 15 N. vatum impetus *-o* nuncupatur. DIFF. ed. Beck p. 51, 20 divinitas ad potentiam numinis refertur, *-o* futurorum praescios facit (= DIFF. gramm. suppl. 284, 9 ISID. diff. app. 192). GLOSS. *-o* μαντεία. praesagium. quod ante nuntiat. QVINT. inst. 7, 4, 33 de accusatore constituendo, quae iudicia *-es* vocantur. GELL. 2, 4 (*in lemmate*) quam ob causam Gavius Bassus genus quoddam iudicii *-em* appellari scripserit et quam alii causam esse eiusdem vocabuli dixerint. *definitur*: 2, 4, 1. 3. *de significatione et origine huius technici usus fuse agit etiam*: Ps. ASCON. div. in Caec. p. 186, 4 *sqq.* St. FORTVN. rhet. 1, 21 p. 97 quae est *-o*? cum de idoneo accusatore quaestio est, id est cum duo vel plures accusationem sibi vindicant. *vox legitur inde a* CIC. *et fortasse* VARRONE *per totam latinitatem, sed frequentatur prae Cicerone (117ies, praecipue in div.) apud neminem, deest poetis.*

I ***angustiore sensu et technice***: **1** *i. q. ars, scientia divinandi, disciplina augurandi, potestas vaticinandi, augurium, praesagium, praeconium, vaticinatio (cf. definitiones supra l. 3 sqq.), persaepe absolute, velut in titulo operis Ciceronis*: **a** *pendet ab substantivis*: VARRO frg. Serv. auct. Aen. 3, 359 (*sed dubium an vox ipsa ex Varrone sit sumpta*) Varro autem quattuor genera *-um* dicit: terram, aërem, aquam, ignem (CIC. div. 1, 5. 10 *saepe*. PETRON. 117, 1 genus . . . *-is* sibi non displicere. AVG. civ. 7, 35 *al.*). CIC. nat. deor. 2, 166 ars (PLIN. nat. 25, 47). div. 1, 71 officium et munus. 1, 78 *-um* coniecturae. 1, 85 ratio (1, 90 fat. 11). 1, 93 *-um* opportunitates. 2, 19 definitio. 2, 46 causa. 2, 61 auctor. 2, 75 opinio. PLIN. nat. 37, 160 argumenta. APVL. met. 2, 12 experimenta. 2, 13 (14) merces. VVLG. lev. 20, 27 spiritus. AVG. civ. 3, 20 caligo. OROS. hist. 5, 15, 14 heres (*sc. Apollo*).

b *seq. genetivus (plerumque subiect.)*: CIC. div. 1, 4 furoris. 2, 21 Stoicorum. 2, 74 augurum (AVG. civ. 8, 16). 2, 77 avium. 2, 148 somniorum (AVG. civ. 8, 16 p. 345 D.). PLIN. nat. 37, 155 futurorum. TERT. anim. 24 animae. 28 satis probans (*Gel.*, probatus *codd.*) divinitatem operis ex *-e* vocis (*nota lusum verborum et cf. p. 1614, 32*). LACT. inst. 4, 26, 2 prophetarum (7, 13, 12 *al.*). AMBR. Abr. 2, 8, 49 magorum. VVLG. Sirach 34, 5 erroris. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 5, 1 Castalii poculi. AVG. civ. 8, 16 p. 345 D. augurum, haruspicum, vatum atque somniorum. EXC. barb. lat. p. 238, 10 mortuorum (*i.* νεκρομαντεία).

c *seq. pro genet.* 'per' *vel adiect.*: DAMIG. lapid. 5 *-o* per aquam. 6 aquaria. 29 aquatilis.

d *cum verbis*: *α subi.*: CIC. div. 2, 20 adiuvat . . . prodest. ITALA num. 22, 7 (Aug. quaest. hept. 4, 47) *-es* in manibus eorum *sunt* (μαντεῖα ἐν ταῖς χερσίν, VVLG. habentes *-is* pretium in manibus. *fuse de sensu dubio agit Aug. l. c.*). AVG. civ. 18, 54 promittit. *nota metonymiam, ut videtur, i. q. oraculum*: VVLG. prov. 16, 10 *-o* (est) in labiis regis, in iudicio non errabit os suum (*gr.* μαντεῖον). *β obiect.* (*per litteras digesta*): accipere: CIC. div. 1, 86 a patribus. APVL. apol. 42. SERV. auct. Aen. 3, 183 *Cassandra -em* (*i facultatem -is*) ab Apolline acceperat. adhibere: CIC. div. 2, 9. audire: CIC. div. 1, 86 COLL. MOS. 15, 1. auferre: AVG. civ. 5, 9. cernere: CIC. div. 1, 86. confirmare: CIC. div. 1, 71. contemnere: AVG. civ. 10, 32. dare: TERT. anim. 22 RVFIN. Orig. in num. 16, 7. discernere: AVG. quaest. hept. 5, 29 discernuntur *-es* . . . a praedictionibus vel annuntiationibus prophetarum. disicere (deicere): ITALA Is. 44, 25 (Tert. adv. Marc. 4, 25 p. 504 adv. Prax. 19) ex corde (μαντείας, VVLG. hariolos in furorem vertens). divinare: ITALA deut. 18, 10 (Lugd.) divinans *-em* (μαντευόμενος μαντείαν, VVLG. ariolos sciscitari. Ezech. 13, 23 *-es* non divinabitis). efficere: CIC. div. 1, 127. explodere: CIC. div. 2, 148. facere: VVLG. Ezech. 21, 22. fraudulare: VVLG. Ier. 14, 14. gubernare: APVL. apol. 43. habere: CIC. Tusc. 1, 73. impertire: CIC. div. 2, 40. legere: CIC. div. 1, 86. memorare: MART. CAP. 7, 733. observare: CONC. Aurel. a. 511 p. 9, 1. polliceri: VLP. dig. 47, 19, 15, 13. praeficere: CIC. div. 2, 12 *materiae*. probare: CIC. ac. 2, 126 div. 1, 5. 32 TERT. anim. 24. 28 FIRM. err. 1, 1. HIER. in Is. 46, 8/11 *-e* probem *-em*. promittere: PLIN. nat. 30, 19. prophetare: VVLG. Ier. 14, 14. quaerere: VVLG. Ezech. 21, 21. recipere: SEN. nat. 2, 32, 4. repudiare: AMBR. Abr. 2, 8, 49. tollere: CIC. div. 1, 5. 2, 41. 42. tribuere: CIC. div. 1, 10 *generi humano*. *γ cum variis structuris*: Ⓘ *cum genet.*: AVSON. 464, 2 expertus *-is*. Ⓘ *c. dat.*: inservire: VVLG. IV reg. 17, 17 *-bus* inserviebant et auguriis. Ⓘ *cum ablat.*: indigere *-e*: APVL. Socr. 18, 161. uti: CIC. fat. 11. Ⓘ *cum praepos.*: abducere ab: CIC. div. 2, 13. abstinere ab: PAVL. sent. 5, 21, 4. differre ab: CIC. fin. 2, 113. ducere a: CIC. fat. 33 div. 2, 27. accedere ad: CIC. div. 1, 34. dicere de: CIC. div. 1, 37. 131. disputare de: CIC. div. 1, 22. disserere de: CIC. div. 2, 8. iudicare de: CIC. div. 1, 7.

e *epitheta*: ambigua: VVLG. Ezech. 12, 24. aquaria, aquatilis: *v. p. 1613, 50*. complexibilis: CHALC. comm. 168. ficta: AVG. civ. 18, 54. illicita: VLP. dig. 47, 10, 15, 13. incerta: ZACCH. 1, 29. ludicra: RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 5, 1. mendax: VVLG. Ezech. 13, 7. mentita: LACT. epit. 23 (28), 7. naturalis: CIC. div. 1, 37. 110. 127. 2, 70. opinabilis: CIC. div. 1, 24. prophetica: TERT. adv. Marc. 3, 5 p. 382. sancta: BOETH. c. Eut. 5. vera: CIC. div. 1, 5 CHALC. comm. 168 AVG. civ. 18, 54 *al.*

f *iuxta posita*: augurium: VVLG. num. 23, 23 IV reg. 17, 17 Sirach 34, 5 CONC. Aurel. a. 511 p. 9, 1 *al.* auspicia: RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 10, 3 rerum efficiendarum eventus. PLIN. nat. 30, 19. praedictio: AVG. civ. 10, 32. praesagium: APVL. apol. 42. ratio: LACT. inst. 7, 13, 12. sortes: Ps. APVL. Asc. 38 CONC. Aurel. a. 511 p. 9, 1. visiones: AVG. gen. ad litt. 12, 18 p. 406, 8.

2 *t. t.* ICTORUM *de accusatore constituendo, v. p. 1613, 16 sqq.*: CIC. *-o* in Caec. (*titulus primae in Verrem orationis*). ad Q. fr. 3, 2, 1 *-o* in Gabinium futura. CAEL. Cic. epist. 8, 8, 3 de *-e* Appius . . . contendere ausus non est. QVINT. inst. 3, 10, 3 quae *-es* fiunt de accusatore constituendo. 5, 7, 35 circa partes *-is*. ASCON. Mil. p. 35, 25 St. *-o* de ambitu accusatorum facta est.

II ***latiore sensu*** *i. q. coniectura, suspicio, praesensio (nonnulla aequo iure ad I referri possunt)*: CIC. inv. 2, 152 coniecturam *-em* esse (Tull. 55 haec est illorum . . . coniectura et quasi *-o*. DON. Ter. Andr. 387. COD. Iust. 4, 38, 15, 2 nulla coniectura, immo magis *-e* in posterum servanda). S. Rosc. 96 ut nihil *-e* opus est. Cluent. 97. 131. epist. 3, 13, 2 nescio qua permotus animi *-e*. 6, 4, 4 etsi casu, non *-e* mea factum est. 6, 6, 3 ne nos quidem nostra *-o* fallet. 6, 6, 7 quoniam . . . ego quoque augur . . . ex meis superioribus praedictis constitui apud te auctoritatem augurii et *-is* meae, debebit habere fidem nostra praedictio (*ludit cum sensu technico v. p. 1613, 44*). ad Q. fr. 3, 2, 1. NEP. Att. 9, 1 in quo si tantum eum (*Atticum*) prudentem dicam, minus quam debeam praedicem, cum ille potius divinus (*i. divinandi peritus*) fuerit. si *-o* appellanda est perpetua naturalis bonitas, quae nullis casibus agitatur neque minuitur (*et hoc et sequens exemplum ad I referri potest*). 16, 4 sic omnia . . . perscripta sunt, ut nihil in eis (*sc. epistulis Ciceronis*) non appareat et facile existimari possit, prudentiam (*i. providentiam*) quodam modo esse *-em*. LIV. 25, 35, 3 tacita *-o* qualis iam praesagientibus animis imminentis mali esse solet. 26, 20, 5 *-o* quaedam futuri. SEN. contr. exc. 6, 6 fortuita *-o*. CVRT. 3, 3, 2 *-o* animi praesagientis. PLIN. nat. 2, 246 quae coniectura *-is* est. 8, 15 *-em* quandam iustitiae (*de elephanto*). QVINT. decl. 252 p. 31, 13 nullam tantam esse prudentiam (*i. providentiam*), nullam immo tam certam *-em*, ut omnia . . . providentia caventium videret (*nescio an huc pertineat* AVG. c. Faust. 14, 1 si ei prudentia inesset ulla, non dicam *-o*). 289 p. 158, 1. 301 p. 189, 3 nulla ratione, nulla *-e* provideri potuerunt. PLIN. epist. 2, 14, 8 facilis *-o*. APVL. apol. 43 an ipse animus . . . ad *-em* suam redigatur (*syn.* naturam suam, quae est . . . divina). met. 5, 25 si recte coniecto, quod . . . prudentes viri *-em* autumant. 9, 9. 11, 29 *me* instruxit nocturna *-e* clemens imago. Socr. 17 p. 157 non consilio, sed praesagio indigebat, ut ubi dubitatione claudicaret, ibi *-e* consisteret. LAMPR. Alex. 14, 6 *-o* mentis frequentissima. VOPISC. Aurelian. 4, 3. HIER. in Is. 2, 20 quasi si de aliquo dicamus, non est divinus, sed *-o*. AVG. gen. ad litt. 12, 13 p. 397, 4 animam humanam habere vim quandam *-is* in se ipsa.

dīvīnātor, -ōris *m. a* divinare. *i. q. hariolus, vates, qui praedicit* (GLOSS. *-r* μάντις): OP. imperf. in Matth. 30 p. 788 qui futura dicere aestimantur non statim *-es* putantur, sed tum quando ea, quae dicta sunt, fuerint consummata. AVG. civ. 3, 2 p. 99 D. Apollinem . . . *-em* (7, 16 p. 293 MART. CAP. 5, 435). PETR. CHRYS. serm. 27 p. 276ᵛ Balaam *-r* (OP. imperf. in Matth. 2 p. 637). *inde f.* **dīvīnātrīx,** -īcis: TERT. anim. 22 animam dominatricem, *-em*. 46 p. 377 praesidia *-um* artium et disciplinarum (*adiect. vice*). SCHOL. Hor. carm. 3, 17, 12 *-x* pluviae (*sc. cornix*). MART. CAP. 1, 7 *-e* eadem coniecturalique virga (*adiect. vice*).

dīvīnē *v.* divinus.

***dīvīnitās,** -ātis *f. a* divinus. LACT. inst. 1, 11, 10 deus unde ipsa *-s* nominatur, ut ab homine humanitas. ira 1, 4 hoc differt ab humanitate *-s*, quod humanitatis est ignoratio, *-is* scientia. *de differentia inter -em et* divinationem *v. locos p. 1613, 13 sqq. laudatos.* HIER. tract. in psalm. I 132 p. 247, 3 *caput -s* dicitur, hoc est deitas. AVG. civ. 7, 1 p. 273 D. hanc *-em* vel, ut sic dixerim, deitatem, nam et hoc verbo uti iam nostros non piget, ut de Graeco expressius transferant id quod illi θεότητα appellant. GLOSS. *-s* θειότης. θεότης. deitas. ex *-e* divinatus. *legitur inde ab* CIC. (12ies *in phil. et* 4ies *in rhet., sed usu translato*), *frequentant* Ps. APVL. Asc. (29ies, *deest* APVL.) TERT. (130ies) AVG. civ. (51ies). *vox est admodum rara apud scriptores non christianos, deest omnino poetis et veteri testamento. pluralis* VITR. 9, 1, 12 TERT. adv. Marc. 4, 34 p. 538 nat. 2, 7 MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 9 DAMIG. lapid. 2.

I ***proprie***: **A** *i. q. natura caelestis, numen divinum, potestas divina, qualitas, necnon sapientia dei,* τὸ θεῖον, θειότης (*opp.*

[Gudeman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

humanitas): CIC. div. 2, 80 placet ... humanitatis expertes habere -is auctores. LIV. 1, 7, 8 -e credita Carmentae matris. SEN. benef. 7, 7, 3 quem *deum* extra ictum sua -s posuit. dial. 2, 4, 2 nihil -i nocetur. nat. 1 praef. 12 argumentum -is suae. 2, 36. CVRT. 8, 5, 16 hominem consequitur aliquando, numquam comitatur -s. 8, 5, 18 a nobis -is suae auctoritatem accepturus est rex. PLIN. nat. 2, 190 praeclara quaedam et immortalis in eo *terrae motu* ... -s perhibetur. 7, 119 -s et quaedam caelitum societas ... in sibylla fuit. PLIN. paneg. 32, 3 sive terris -s quaedam sive aliquis amnibus genius. PS. APVL. Ascl. 6 diis cognata -e coniunctus est *homo*. 9 in hominum coetum Musarum chorus a summa -e demissus. 12 in cognoscenda -e. 20 ex -e eius nata natura. 21. 23 illa -is imitatione. 32 sensus -is. MIN. FEL. 17, 2 -is rationem. 19, 5 de -e consensio. 38, 6 veritas -is (CYPR. epist. 75, 7 LACT. inst. 7, 8, 10 *al.*). TERT. *ex. gr.*: anim. 24 *animae* concessit -em. *ibid.* ad testimonium plenae -is. *ibid. animam* dilutioris -is. 46 inquisitione verae -is (AVG. civ. 9, 17 p. 393 D. contaminari veram -em. PARTHEN. epist. indemutabilis et vera -s. *persaepe. cf. etiam p. 1616, 40*). 46 -em mentientes (spect. 10). 48 lenocinium ... -is. adv. Hermog. 3 p. 128 deus substantiae ipsius nomen, id est -is. ieiun. 11 -is diversitate. adv. Marc. 1, 5 p. 296 substantiam -is (1, 15 p. 310. 2, 29 p. 376. VINCENT. LER. 13, 19 p. 20 altera substantia -is, altera humanitatis [*syn. ibid.* deitas]. *saepe*). adv. Marc. 1, 6 p. 297 statum ... -is. 1, 8 p. 300 viva et germana -s. 1, 15 p. 310 formam -is (nat. 2, 2). 1, 29 p. 332 definitiones unicae -is (2, 1 unicam et perfectam praescribentibus -em. 3, 1 p. 377 *al.*). 2, 2 p. 335 censores. 2, 9 p. 346 vim. 2, 10 p. 348 quasi deus illis invidisset -em. 2, 13 p. 353 plenitudo (2, 29 p. 376 adv. Prax. 14. adv. Val. 8 -is tricenariae plenitudo. VVLG. Col. 2, 9 omnis plenitudo -is corporaliter *qui locus saepe laudatur*). adv. Marc. 3, 15 p. 400 dei enim nomen, quasi naturale -is, potest in omnes communicari, quibus -s vindicatur. 4, 7 p. 435 diversae atque aemulae -is professione (4, 11 p. 450). 4, 11 p. 450 contrariam initiatos -em. 4, 12 p. 453 novitate. 4, 20 p. 485. 4, 22 p. 493 novam -em a Christo revelatam. 4, 34 p. 538 non -um ... distantia, sed ipsarum materiarum. 5, 3 p. 576 -is diversitatem (5, 4 p. 583 *al.*). 5, 17 p. 635 mendacio -is. *al.* nat. 1, 10 p. 75, 26 in arbitrio ... sententiae humanae locare honorem -is ... (adv. Val. 34). *ibid.* p. 77, 5 venditis totam -em. 2, 1 adulterinam istam -em corroboraverunt. 2, 2 testimonia tam ignoratae quam dubitatae ... -is. 2, 5 elementorum. 2, 6 conceditisne -em ... non serviliter currere (*i. θέειν a quo ducit iam Plato vocabulum θεός*). *ibid.* -em ascribendo. 2, 7 p. 106 addicenda mortuis -s erat. *ibid.* in distribuendis -bus. 2, 8 probationi verae -is. 2, 9. 12 *homines* recipiunt. 2, 13 mancipem quendam -is (apol. 11) ... suffragium -is. 2, 14. 16 praeconium. *al.* adv. Prax. 18 unione (20 resurr. 2 *al.*). pudic. 21 ut agnoscam -em ... trinitas unius -is, pater et filius et spiritus sanctus. resurr. 2 in alterius -is insinuatione adversus deum. 5 patrocinium. 21 fides dissipetur, veritas periclitetur, ipsa -s ut inconstans denotetur. adv. Val. 3 infelicitates dispersae atque concisae -is. 7 in otio plurimo placidae et ... stupentis -is. VITA Cypr. 5 latenti -is praesagio. ARNOB. nat. 2, 60 angustae ... -is obscuritas. 6, 15 aliquid eis credere -is maiestatisque collatum. 7, 28 (*opp.* mortalitas) *al.* CHALC. transl. 30. 37 comm. 148 *al.* MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 9 recipere ... -es et potentias. 1, 23 vere naturalis -s. *al.* HIL. in Matth. 12, 18 -em ... paternae substantiae domino detrahentes. *saepe.* FILASTR. 93, 3 sempiterna in trinitate -s (VVLG. Rom. 1, 20 sempiterna ... eius virtus et -s. RVFIN. Orig. in Rom. 1, 17). 127, 2 generatio indefinita. *saepe.* SERV. auct. Aen. 12, 394. COMMENT. Lucan. 5, 71 fides -is est facta (*de Apolline*). AMBR. incarn. 6, 56 *non* -is suae -em induit. *al.* HIER. in Eph. 4 v. 5/6 unus deus, una -s est. epist. 55, 3, 4 ut humanitas subiciatur -i. 65, 10, 4 pulchritudine. *persaepe.* VVLG. apoc. 5, 12 dignus est Agnus ... accipere virtutem et -em. RVFIN. hist. 3, 24, 13 *al.* PRVD. perist. 10, 951. AVG. civ. 2, 14 p. 69 D. deorum -e (*opp.* Platonis humanitatem. 8, 21 p. 351 -s a daemonibus non potest falli). 2, 19 p. 76 per falsam -em. 4, 20 p. 169 si recte illis (*sc. Virtuti et Fidei*) -s tribuebatur. 7 praef. p. 272 vera et vere sancta -s. 8, 1 p. 321 de -e rationum sive sermonum (*i. theologia*). 8, 21 p. 351 vana -s. 8, 26 p. 364 indicium. 9, 15 p. 387 infirmata verbi -e. *ibid.* p. 389 participandae -is suae. 10, 1 p. 402 -i vel, si expressius dicendum est, deitati debitus cultus. 10, 19 p. 433 sibi arrogant spiritus. 11, 24 p. 494 unus deus propter inseparabilem -em. 18, 43 p. 324 signum. c. Fel. 2, 9 assumpsit enim humanitatem, non amisit -em. *persaepe.* MACR. sat. 1, 9, 5. CAPREOL. epist. 2, 12 p. 858^{B} divina humanitas et humana -s (GREG. M. moral. 2, 42). CLAVD. MAM. anim. praef. p. 19, 12 impassibilem -em nulli ... affectui subiacere. VICT. VIT. 2, 60 -is aequalitas. 2, 76 inenarrabilis -s. *saepe.* ALC. AVIT. hom. 1, 3 p. 104, 17 aperta -e. *al.* BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 8, 5 in propria -e (herm. sec. 1, 1 p. 22, 10 *al.*). *al.* IVNIL. 1, 14 subsistentias -is. GREG. M. moral. praef. deum per -em credere. *al.*

B *de* ***rebus*** *deitate praeditis*: **1** *corporeis*: CIC. nat. deor. 1, 27 soli et lunae reliquisque sideribus ... -em dedit *Alcmaeo* (1, 34 stellis -em tribuit [1, 37 -em omnem tribuit astris. 2, 39]. 2, 43 *sidera* suo sensu ac -e moveantur. VITR. 9, 1, 12 -bus splendoribusque astrorum iudicamus obscuritates obici posse? PS. APVL. Ascl. 29 sol non tam magnitudine luminis quam -e et sanctitate ceteras stellas illuminat). nat. deor. 1, 120 imagines *Democriti* -e praeditas. 2, 39 mundi -e perspecta. PLIN. nat. 18, 206 misceri posse caelestem -em imperitiae rusticae. AVG. civ. 10, 8 p. 414 miraculis ... quae ... stupenda -e crebuerunt: aquas ... manna *eqs.* **2** *incorporeis*: CIC. Cato 81 dormientium animi maxime declarant -em suam (nat. deor. 1, 27 animoque ... -em dedit *Alcmaeo*. 1, 33 menti tribuit omnem -em *Aristoteles* [div. 2, 119 PS. APVL. Ascl. 7. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 84 mentis -e distare a beluis]. div. 2, 26 TERT. anim. 41 CENS. 12, 4 SCHOL. Cic. Bob. p. 131, 1 St. *al.*). CENS. 12, 1 *musica* multum obtinet -is. **3** *de hominibus in numerum deorum relatis, praecipue de principe consecrato*: LIV. 1, 15, 6 divinae originis -isque post mortem creditae fuit *Romulus* (AVG. civ. 22, 6 p. 561 D. 22, 7 p. 565 Romuli falsa -e). VAL. MAX. 1, 7, 2 patrem et filium ... -is fastigio iunctos, sed iam alter operibus suis aditum sibi ad caelum instruxerat. 1, 8, 9 (*de Caesare*) neque enim ulla extingui -s potest. 6, 9, 15 ne consortibus quidem -is suae parcit. PLIN. paneg. 11 in principe ... certissima -s ... -e parentum. SVET. Aug. 97 mors ... -sque post mortem evidentissimis ostentis praecognita est. TERT. nat. 2, 13 *homines* recipiunt in -em affirmando illos post mortem deos factos. 2, 14 Scipio ... -i deputatur. PORPH. Hor. carm. 3, 4, 20 prodigium dicit -is cuiusdam. ars 465/466 collecturum -em, si nusquam comparuisset. VOPISC. Prob. 23, 5 -em Probo derogent. IVST. 11, 11, 6 Alexander cupiens opinionem -is acquirere.

II ***metonymice*** *vel per prosopopoeian i. q. deus, numen ipsum*: VITR. 1, 2, 7 *uti maiores* -s excipiat opiniones. 1, 6, 2 -is exprimere veritatem. 1, 7, 1 Martis -s (*i. simulacrum Martis dei*) ... dedicata. 4, 9, 1 uti suspiciant -em qui supplicant. SEN. contr. 1 praef. 9 quem ... antistitem sanctiorem sibi invenire -s potuit quam M. Catonem ...? 7, 1, 10 navem -s armat. SEN. nat. 10, 16, 5 exemplo -is. PS. SEN. epist. Paul. 14 ea tibi revelata sunt quae paucis -s concessit. PLIN. nat. 19, 189 opus ingens occultumque -is et quo nullum reperiri possit maius. 22, 30 locupleti -e ad generanda praesidia. PS. APVL. Ascl. 3 -is ratio divina (TERT. anim. 45 *al.*). 14 -em colere (AVG. civ. 7, 27 p. 308 D. *al.*). 24 Aegyptios ... -em sedula religione servasse. *ibid.* e terris enim est ad caelum recursura -s. *ibid.* -s repetet caelum. 32 me videndae -is luminasti lumine. 40 ut humanitas potuit, ut voluit ... -s. MIN. FEL. 8, 3 de -e disputantem *Protagoran*. TERT. anim. 46 *Epicurus* liberans a negotiis -em. adv. Marc. 1, 11 p. 304. CYPR. Fort. 11 ad praescientiam ... futurorum spiritu -is animatus. VITA Cypr. 4 ad agnitionem verae -is (PRISCILL. tract. 6, 101 contumelia verae -is. *cf. etiam p. 1615, 16*). EXPOS. mundi 66 -s est in illo monte (*sc. Aetna*). ARNOB. nat. 3, 2 ad cultum -is obeundum. *al.* LACT. inst. 4, 3, 3 -s, quae gubernat hunc mundum. FIRM. err. 3, 4 simplicitatem -s quaerit. 20, 3 iussu -is. 20, 7 hoc -s reservavit. 27, 4 -is iudicium. math. 3, 2, 7. 3, 5, 16. 31 -is alicuius providentia (ANON. de mach. bell. pr.). CHALC. transl. p. 27 vocata ... in auxilium -e (*Plato θεούς*). comm. 170 suadet ... propitia -s (255). *saepe.* HIL. in Matth. 10, 12 excusatio ignoratae -is. *al.* LVCIF. non parc. 26 negare -em (AVG. civ. 12, 21 p. 547 D.). Athan. 1, 11 p. 846 exhonorans -em. *al.* QVEROL. p. 50, 1. AMM. 27, 7, 6 martyras, id est -i acceptos. VEG. mulom. 6 praef. 4. 5 quae *iumenta* -s fovere respuit. mil. 2, 18 nutu. 2, 21 instinctu (CORP. VI 1139, 3). HYG. fab. 194 p. 125, 6 FVLG. myth. 2, 13 Virg. cont. p. 87. aet. mund. p. 139 sapientia. *saepe.* AMBR. hex. 1, 4, 15 *al.* HIER. epist. 18^{B}, 4 (20), 3 -is est unitas. RVFIN. Adamant. 2, 20 nonne superflua est geminae -is adinventio? PRVD. perist. 10, 245 -is ius. 10, 440 ferventissimae -is vim. AVG. civ. 1, 8 p. 13 D. si nullum peccatum nunc puniret aperte -s, nulla esse divina providentia crederetur. 8, 18 p. 348 ut turpia ... -i existimet grata. 16, 43 p. 194 attestabatur evidentissima ... -s. MACR. sat. 1, 7, 18 Saturnaliorum *origo* ad arcanam -is naturam refertur. 1, 7, 20 Antevorta et Postvorta, -is aptissimae comites. PHYSIOGN. 41 -is iram. NOVELL. Valent. 17 -s te servet (19 AVELL. p. 47, 22. 91, 28 COD. Iust. 1, 1, 8, 24 *al.*). CASSIAN. conl. 3, 12, 1. 11, 2, 1 *al.* AVELL. p. 44, 24 clementissimae -is auxilio. *saepe.* SACR. Leon. p. 314 spiritu -is impleta. *al.* SALV. gub. 6, 8 -s ait. 6, 24. 89 *al.* SIDON. epist. 3, 1, 3. 4, 6, 3. RVRIC. epist. 1, 3 si -s annuerit. 2, 2 propitia -e remeante (2, 49. 64 FAVST. REI. serm. 1 p. 223, 4 VICT. VIT. 3, 14 *al.*). 2, 63 favore. *al.* ALC. AVIT. epist. 63 -s propitiata. *al.* BOETH. herm. sec. 2, 3 p. 79, 10 potentior -is adnuerit favor. ENNOD. epist. 1, 13 p. 24, 7 si miseretur -s. *saepe.* PS. FVLG. RVSP. pro fid. 10 ineffabilem ... -is substantiam. CASSIOD. in psalm. 30, 16 -s esse non potest corporalis. 40, 11 hic humanitas (*i. homo*) rogat, ibi -s pollicetur. inst. div. 8 p. 1120^{B} -e iuvante. p. 1121^{D} gratia -is. *al.* GREG. TVR. Franc. 4, 12 -s condoluit. glor. mart. 30 -is providentia. *al.* VEN. FORT. vita Pat. 8, 25 -is auribus. *al.* GREG. M. moral. 4, 19 -is radiis illustretur.

III ***translate*** *et per imaginem: i. q. quaelibet eximia praestantia quae ad sapientiam dei accedere videatur, sapientia, virtus, excellentia sim.*: **A** *generatim plerumque de animantibus*: CIC. de orat. 2, 86 alterum (*sc. optime posse*) -is mihi cuiusdam videtur, alterum ... humanitatis. 2, 298 de perfecti oratoris -e quadam loqui. 2, 362 tanta tua in causis -s. orat. 62 Theophrastus -e loquendi nomen invenit ([= HIER. chron. a. Abr. a. 1696]. EXPOS. mundi 32 Musae illis inspirent -em dicendi). QVINT. inst. 11, 2, 7 quanta -s illa *memoriae*. DAMIG. lapid. 2 tantas vires et -es lapis iste habet.

[Gudeman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *speciatim titulus vivi principis hic illic in allocutione i. q. superna maiestas*: VAL. MAX. 1 pr. cetera -s opinione colligitur, tua (*Tiberii Caesaris*) praesenti fide paterno avitoque sideri par videtur. PLIN. paneg. 2 -em principis nostri an humanitatem ... praedicare. 11 in principe certissima -s (PANEG. 7 [6], 17, 4). 33 suam -em, suum numen violari. 49. PANEG. 3 (11), 14, 3 -em vestram versari (5 [8], 2, 1. 5 [8], 8, 4 dicioni tuae -is. 5 [8], 13, 3 AVSON. 419, 45). PANEG. 9 (12), 22, 1. 9 (12), 25, 4 *al.* COD. Iust. 12, 29 (30), 2 pr. adorata nostrae -is purpura.

IV *i. q. divinatio, potestas divinandi. cf. p. 1613, 26*: PLIN. nat. 2, 149 maioris miraculi -em Anaxagorae fuisse (*antea*: Anaxagoran ... praedixisse *eqs.*). FVLG. myth. 2, 5 Iuppiter ... -em ei concessit. *nescio an huc pertineant*: SERV. georg. 2, 486 *gloria* -is et augurandi. 4, 422 Proteum temporalem suscipere -em. SERV. auct. Aen. 3, 209 Phineum ob -em a Thracibus regem cooptatum consilia divina prodidisse.

syn.: deitas. *opp.*: humanitas.

dīvĭnĭtus *adv.* [*a* divinus. *Th.*]. PRISC. gramm. III 155, 20 si dicam '-s', intellego nomen cum 'ex' praepositione, id est 'ex diis'. PROB. inst. gramm. IV 151, 17 nomina, quae *dativi* 'o' in 'i' convertant et 'tus' syllabam accipiant et sic adverbia faciant, ut puta huic divino -s. CHAR. gramm. I 81, 26 (*v. p. 1626, 20*). DIOM. gramm. I 406, 25 -s cum et divine faciat. PRISC. gramm. III 78, 11 -s a divis. 79, 21 -s θεόθεν. DIFF. ed. Beck p. 51, 19 (*v. p. 1626, 24*). GLOSS. -s θειόθεν. quod ex divinitate fit ... caelitus. *scriptura vulgaris*: INSCR. christ. Leblant 483 divinetus. *legitur inde a* PLAVTO *et* ENN. *per totam latinitatem, saepissime apud* AVG., *deest poetis praeter* PLAVT. (*bis*), ENN. (*semel*), LVCR. (*8ies*), VERG. (*semel*). [*dubium*: MET. MAC. or. frg. Gell. 1, 6, 2.]

I ***proprie*** *i. q. a deo, auxilio dei, deo adiuvante, caelitus, θείως*: PLAVT. Amph. 1105 -s non metuo quin meae uxori latae suppetiae sient. Curc. 248 hic homost qui sciat -s. ENN. ann. 11 post inde venit -s pullis ipsa anima. VARRO frg. Gell. 16, 17, 2 -s vox edita est (VAL. MAX. 1, 8, 9 -s missae vocis. SEN. epist. 94, 38 emissa. APVL. flor. 17 p. 80 vox -s data. Socr. 19 p. 163 exortam. SPART. Gord. 3, 4 *verbum* velut -s effusum). CIC. de orat. 1, 202 -s ad nos delatum (AMM. 17, 13, 26 RVFIN. hist. mon. 9 p. 423^{B}). part. 82 accidisse. Verr. 1, 1 id non humano consilio, sed prope -s datum (*sim. opp.* SCHOL. Cic. Bob. p. 110, 16 St. non humanitus modo, verum etiam -s ... iudicatum. AVG. civ. 17, 3 p. 202 D. rebus humanitus seu -s gestis. 21, 7 p. 502 gen. ad litt. imperf. 2 p. 461, 12 GREG. M. moral. 3, 30 *al.*). 4, 45 venit in mentem. 4, 178 incidisse. 5, 69 extitisse. Manil. 45 attulisset. 47 adiuncta. Catil. 3, 22. Sull. 43 -s ..., non mea sponte providi (AVG. civ. 18, 47 p. 330 D.). div. 1, 66 praesagitio ... inclusa -s (*sc. in animis*). 2, 67 -s ea potius quam casu facta esse dicamus (SVET. Claud. 13. VIR. ill. 2, 8 forte seu -s). *al.* LVCR. 1, 116 -s insinuet se. 1, 150 gigni -s. 2, 180 nequaquam nobis -s esse creatum. 4, 1278 nec -s ... fit. 5, 198 -s ... paratam naturam. 5, 1215 -s ... donata salute. VERG. georg. 1, 415 -s illis ingenium aut rerum fato prudentia maior. LIV. 1, 4, 4 forte quadam ... -s ... effusus. 1, 34, 8 missa (PANEG. 10 [4], 14, 1 AVG. civ. 16, 43 p. 194 D. *al.*). 1, 34, 9. 26, 19, 4 -s mente monita agens. SEN. contr. 7, 1 (16), 11 -s gestum (AVG. civ. 16, 37 p. 185 D. o res gestas ... in terra, sed caelitus, per homines, sed -s!). VAL. MAX. 1, 5 ext. 1 datam (2, 4, 5 TREB. trig. tyr. 5, 5 LACT. inst. 5, 13, 10 Ps. AVR. VICT. epit. 13, 10 AVG. civ. 22, 22 p. 607 D. *al.*). MELA 1, 58 -s et caelesti igne conceptus. 1, 73 terret. 3, 87 innasci ... -s. QVINT. inst. 1, 10, 47 prodigio -s facto (FLOR. epit. 3, 19, 4 TERT. anim. 44 CENS. 4, 5 LACT. inst. 2, 8, 51 RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 6 AVG. civ. 10, 17 p. 429 D. *al.*). FRONTIN. strat. 1, 11, 13 -s imperata. PLIN. paneg. 1, 1 principem ... -s constitutum (TREB. Claud. 10, 1 LACT. epit. 65 [70], 7 [14]. AVG. civ. 22, 24 p. 612 D. instituta). SVET. Iul. 1, 3 sive -s sive aliqua coniectura. FLOR. epit. 1, 13, 3 illatum. 2, 6, 45 submoveri (SOL. 35, 11). FRONTO p. 145, 20 N. 234, 6 ordinata (AVG. civ. 10, 8 p. 414 D.). GELL. 1, 13, 5 oblata -s ... occasio (15, 22, 5 *cervam* sibi oblatam -s). 3, 7, 18 -s ... usu venit. APVL. met. 3, 4 oborta -s audacia. 4. 19. Socr. 20 p. 106 -s editam. *saepe*. PS. APVL. Ascl. 40 aversum. TERT. anim. 47 -s somniat. resurr. 18 (*scq.* a deo). HERM. Pal. vis. 4, 1 esse aliquid -s (εἶναί τι θεῖον). PORPH. Hor. carm. 3, 4, 18/19 coopertum. SOL. 1, 11 ingressus. 30, 10 augeri. PANEG. 10 (4), 12, 1 deditum. 12 (2), 5, 3 extitisse. CAPITOL. Maximin. 28, 3 lapsam. GALLICAN. Avid. 2, 2 ei -s debetur imperium. LACT. inst. 1, 1, 19 veritas -s revelata (AVG. civ. 18, 47 p. 331 D.). 5, 18, 7 collata (LVCIF. moriend. 9). PS. AVR. VICT. epit. 16, 4 attributum. LVCIF. Athan. 1, 20 -s commissos. *al.* FILASTR. 104, 3 concessa. FAV. EVL. p. 20, 8 SCHOL. Germ. Bas. p. 80, 13. HIER. epist. 27, 1, 2 inspiratum (VVLG. II Tim. 3, 16. RVFIN. hist. 1, 2, 23 viri -s inspirati. 3, 10, 1. 3, 24, 5 CASSIOD. in psalm. 103, 4 *al.*). *al.* VVLG. Sirach 49, 3 directus est. RVFIN. hist. mon. 1 p. 403^{C} sibi concessam. hist. 1, 8, 8 deposci. *al.* AVG. civ. 1, 9 p. 150 D. affliguntur. 1, 20 p. 34 praeceptum permissumve (10, 5 p. 410). 1, 26 p. 41 iussae. 1, 28 p. 45 adiuto (1, 35 p. 51. 2, 7 p. 60. 10, 32 p. 460. 14, 27 p. 58 *al.* POMER. 3, 17, 2 *al.*). 10, 12 p. 422 praedici (20, 8 p. 427 *al.*). 10, 32 p. 456 D. impertita est (13, 24 p. 596). 15, 15 p. 89 admonitus. 15, 27 p. 119 *al.* 17, 7 p. 222 prolatam -s ... sententiam. 17, 9 p. 228 servata. 18, 5 p. 262 mirum quiddam et -s sibi procuratum. 18, 7 p. 264 -s fecunda multiplicatione. 18, 16 p. 276 poena -s irrogata. 19, 26 p. 402 imperaret (BENED. reg. 5, 6). 21, 7 p. 502 docti. 22, 8 p. 579 coerciti. epist. 147, 31 *persaepe*. SVLP. SEV. epist. 1, 13 ZACCH. 1, 19. PHYSIOGN. 21 *iram* -s imminentem. OROS. hist. 1, 10, 17 VINCENT. LER. 10, 15 *al.* SACR. Leon. p. 322. 344 PETR. CHRYS. serm. 5 p. 198^{A}. SIDON. epist. 7, 9, 20 -s claustra patuerunt. CLAVD. MAM. anim. 2, 7. 10 *al.* FAVST. REI. grat. 2, 6 p. 75, 5 *al.* POMER. 3, 8, 3 *al.* CASSIOD. var. 8, 10, 11 *saepe*. COLL. MOS. 15, 3 GREG. M. moral. 2, 21. 11, 18 *al.* EVGIPP. Sev. 2, 2 *al.* BENED. reg. 5, 6 MIRAC. Theclae 1.

II ***translate:*** **A** *i. q. praeclare, mirabiliter sim.*: VARRO ling. 5, 148 corpus -s humasse. CIC. de orat. 1, 28 dicta (1, 227. 2, 7. 3, 4. *huc referri possunt*: AVG. civ. 11, 9 p. 473 D. 15, 23 p. 111. 17, 6 p. 217 *al.* CLAVD. MAM. anim. 1, 25. 2, 5). de orat. 1, 49 locutus (Att. 2, 21, 6. LACT. inst. 5, 22, 11 multa sapienter ac paene -s elocutus est). de orat. 2, 127 tractas (2, 188). 3, 15 scripta (epist. 1, 9, 12. har. resp. 19 perscripta). 3, 228 collegisti omnia ... ita -s. dom. 1 multa -s ... a maioribus nostris inventa atque instituta sunt (LVCR. 1, 736 bene ac -s invenientes. VEG. mil. 2, 20 ab antiquis -s institutum. *cf.* Tusc. 4, 1 constituta). p. red. in sen. 30 in hominibus de me -s meritis. Balb. 31 o iura praeclara atque -s ... a maioribus nostris comparata! LVCR. 5, 52 cum bene praesertim multa ac -s ipsis ... dare dicta suerit *Epicurus*. AVG. civ. 15, 24 p. 113 D. sic autem -s (*sc. in scriptura divina*) diluvii causa narratur. **B** *i. q. cum praesagitione, vi praesentiendi*: CIC. de orat. 1, 26 multa -s a tribus illis consularibus ... deplorata et commemorata. Sull. 43 in quo multa -s ... non mea sponte providi. VAL. MAX. 1, 7 ext. 8 -s promissa victoria (PANEG. 9 [12], 3, 3). *huc traxerim*: SEN. nat. 2, 38, 2 si expiaverit praedictas -s minas. **C** *de principis actionibus*: COD. Iust. 12, 19, 13 pr. comperimus -s ... fuisse dispositum. PAPYR. Genav. J. Nicole, Rev. de phil. 20 (1896) 47 (*saec. IV*) iuxta -s sancita. *vix huc pertinet*: CORP. VI 32424 ⟨contine⟩ntis vitae pudicitiae castitatis iuxta legem -s datam decreto pontificum (*de virgine Vestali*).

dīvīno, -āvī, -ātum, -āre [*a* divinus. *Th.*]. GLOSS. -o μαντεύω -or μαντεύομαι. -at μαντεύεται. divinusso (?) μαντεύομαι (divinus sum *Goldast*, divinasso *Ios. Scaliger*). *legitur inde ab* PLAVTO. *dep. non nisi* GLOSS. *l. 34*. [*francog.* deviner. *M.-L.*]

I ***proprie*** *i. q. hariolari, vaticinari, futura praesagire, artem augurandi exercere, scientia praedicendi uti*: **A** *absolute (plerumque gerundium)*: EVGRAPH. Ter. Phorm. 492 hariolare: -are. Ad. 202 hariolor: -o vel vaticinor. PLAVT. Mil. 1257 Venus fecit eam ut -ret (*iocose. praecedit* hariolatur). TER. Hec. 696 plane hic -at (*iocose. paulo aliter* DON. *ad l.* proverbium aiunt -are sapientem, quia qui dicit verum, divinus est. *cf.* CIC. Rab. Post. 1 ut iam nihil esse videatur nisi -are sapientis). CIC. S. Rosc. 96 non possum ... -are. Planc. 46 *cur* se -are malueris quam eos ... iudicare? leg. 2, 32. Tusc. 1, 114 ut praeter ceteros -ret *Apollo* (FIRM. err. 12, 3 -ans deus et futura praedicens). div. 1, 6 vim -andi (2, 108). 1, 9 genera -andi (1, 11. 72. 85. 95. 2, 26. 100. 101. 109 SEN. suas. 3, 4). div. 1, 47 est ... quiddam ... in barbaris gentibus praesentiens atque -ans. 1, 64 -are ... morientes (AVG. civ. 7, 35 p. 318 D. mortui). 1, 89 Helenam ... et Cassandram ... -antes habebat. *ibid. ut* sapere sic -are regale ducebant. 1, 90 in Persis augurantur et -ant magi. 1, 105 non decantandi augurii, sed -andi tenuit disciplinam. 1, 124 aut arte aut coniectura -are. 1, 128 ea praesentiri a -antibus (2, 48 AVG. civ. 4, 11 p. 160 D. *al.*). 2, 8 ego ipse -rem, qui esse divinationem nego. 2, 20 quod ... is, qui -at, praedicit. *saepe*. epist. 6, 6, 8. 15, 15, 2 non vidisse ea futura nec ... -are potuisse (*fort. ad I B vel C pertinet*). ad Brut. 1, 18 (9, 26), 6 *de* belli diuturnitate (NEP. Ages. 5, 6 de exitu. HOR. sat. 2, 6, 60. OV. met. 11, 694 animo ... -ante. trist. 1, 9, 52 augurium ratio est et coniectura futuri, hac -vi. PLIN. nat. 24, 164. 35, 88. IVV. 4, 124 fanaticus ... -at. GELL. 2, 4, 3 quoniam ... -et iudex. 2, 4, 5. TERT. anim. 28 -bat, ne dicam somniabat. test. anim. 5 COMM. instr. 1, 19, 9. 1, 34, 15 LACT. inst. 2, 3, 19. 3, 3, 7 quae *scientia* non disputantis est, sed -antis. 6, 8, 10 -ent spiritu aliquo instincti. ira 1, 5. IVVENC. 4, 433 tali -at voce magister *Christus*. AVSON. 20, 3. AMM. 21, 1, 8 munera -andi. HIER. prol. gal. VVLG. I reg. 28 -a mihi. Mich. 3, 11 in pecunia. RVFIN. hist. 1, 8, 8 peritia. AVG. gen. ad litt. 12, 17 p. 404, 11/12 specie -andi. ZACCH. 1, 27 simulatio. MART. CAP. 2, 159 in -andi usum et praescientiam. 4, 329 -antis fiducia. SIDON. epist. 6, 12, 7. BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 228, 6 -andi veritas.

B *cum obiecto vel passive*: LVCIL. 34 quicquam. CIC. Lig. 36 haec. div. 1, 71. 123 mirabiliter ... -ata. 2, 11 *al.* Att. 16, 8, 2 neque hoc -vi, sed aliquid tale putavi fore. epist. 6, 1, 5 futura (SEN. epist. 87, 11. OV. trist. 4, 8, 29 animo ... non -ante futura). NVX 80 -atas auferat augur opes. LIV. 3, 67, 2 ut nihil boni -et animus. 26, 41, 20 quod mens sua sponte -at. SEN. Thy. 605 cuncta. benef. 2, 2, 1 CVRT. 6, 10, 25. PLIN. nat. 7, 188 immortalitatem. ITALA deut. 18, 10 (Lugd.) -ans divinationem (*v. p. 1613, 66*. VVLG. Ezech. 13, 23). LACT. inst. 5, 12, 7. SCHOL. Verg. Veron. georg. 4, 451 -uri imaginem. VVLG. Ezech. 13, 6 mendacium (13, 9. 21, 29. 22, 28). AVG. civ. 3, 2 p. 99 D. SVLP. SEV. chron. 2, 2, 2 falsa. MART. CAP. 2, 167.

C *seq. acc. c. inf.* (*apud* CIC. *semper fut.*, CVRT. *et* VLP. *perf.*): CIC. Quinct. 60 Phil. 3, 26 rep. 2, 10 Cato 12 epist. 3, 13, 1 CVRT. 10, 6, 21 VLP. dig. 17, 1, 29, 2.

[Gudeman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

D *seq. interrog. indir.*: CIC. Phil. 2,81 epist. 6,3,2. ad Q. fr. 2,2,3 quid futurum sit non -o, sed suspicor. frg. inc. J 7 LIV. 8, 23, 16. 40, 36, 1. 41, 24, 4 SEN. dial. 12, 9, 8 PLIN. epist. 6, 2, 8 PAVL. dig. 9, 2, 31.

II ***translate*** *i. q. praesentire, suspicari*: CAEL. Cic. epist. 8, 9, 2 quantum -o. SEN. benef. 2, 2, 1 -anda cuiusque voluntas. PLIN. nat. 2, 87 solis ad terram spatia. VLP. dig. 44, 4, 4, 23 unde enim -at? APVL. met. 4, 5 -ato et antecapto meo cogitatu. *seq. acc. c. inf. fut.*: CIC. div. 2, 23 fore ut *eqs.* LIV. 4, 2, 9 CVRT. 6, 10, 19. *seq. orat. indir.*: CIC. Att. 2, 16, 2 QVINT. decl. 263 p. 75, 21.

III GLOSS. II 236, 57 ἀποθεῶ -o, deum facio. 236, 58 ἀποθεοῦμαι -or, deus fio. *desunt exempla.*

part. praes. pro substant. **dīvīnāns,** -tis: CIC. div. 1, 128 *v. p. 1618, 54.* 2, 14 ne illa quidem -is esse dicebas.

deriv.: divinaculum, divinatio, divinator, divinatrix.

***dīvīnus,** -a, -um *adi.* [= *osc.* deivinais *abl. vel dat. fem. divinis a* divus. *ab altera forma eiusdem nominis, quae est* 'deus', *ductum esse videtur* deinus, dinus. *Th.*]. *de formis*: deivinus: CORP. I 603, 16. devinus: INSCR. Revue archéol. 11 (1908) p. 323. dinus, deinus (*cf. Leo, Rh. Mus. 38 [1883] 2sq.; Skutsch, Glotta 2 p. 153²; Schwering, Indog. Forsch. 34 [1914] p. 4sq.*): LEX luci Spolet. (Corp. I² 366) res deina ... rei dinai causa. NAEV. carm. frg. 30 res dinas (*Leo*, divas *trad.*). PLAVT. Epid. 316 (B¹). Truc. 307 (*coni. Leo*, duarum *trad.*). *cf. et* Amph. 672 (*Goetz-Loewe*). *comparat.* (*plerumque neutr.*): CIC. leg. 1, 22 nat. deor. 1, 37. 2, 32 parad. 14 fin. 3, 16. 76. 4, 42 (*subst.?*). 5, 33. 38 div. 1, 58. 59. 106 off 3, 44 HOR. sat. 1, 4, 43 SEN. epist. 66, 11 PS. APVL. Ascl. 7. 19 TERT. anim. 33 p. 358 PANEG. 11 (3), 27, 1 VOPISC. Aurelian. 24, 8 ARNOB. nat. 5, 4 CHALC. comm. 207 MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 27. 51 PS. AVR. VICT. epit. 11, 15 HIER. tract. in psalm. I p. 216, 5 (*subst.*) RVFIN. hist. 6, 15 apol. Orig. 4 p. 570 PETR. CHRYS. serm. 74 p. 408ᶜ NOVELL. Iust. 4, 2 pr. GLOSS. *superlat.*: CIC. leg. 2, 45. *notatur persaepe* D, *ex. gr.*: CORP. III 11892 I(n) H(onorem) D(omus) D(ivinae) (11897. 11901. 11944. 12468. VII 316. V 7865 P(ro) S(alute) D. D. XII 1745). *cf. etiam* XII 2596 DOM. DIV. *de sensu*: SERV. auct. Aen. 8, 373 -um θεῖον debemus accipere. GLOSS. -us ἔνθεος. θεῖος. μάντις. areolus. *l*-a θεία. -um θεῖον καὶ μάντιν. -i vates. praesagi. -os vuitgan (*angzosax.*). divinusmatis μάντις (*i.* -us μάντις *aut* -us vates μάντις *Götz.* -ior divinitate reverentior, refectior. *vox viguit inde ab* ENN. *et* PLAVTO *per totam latinitatem, saepissime apud* CIC. (359^ies) LIV. (71^ies) SEN. phil. (90^ies) APVL. (101^ies) TERT. (183^ies, *deest* apol.) AVG. civ. (390^ies), *deest omnino* CELSO ASCON. PERS. VAL. FL. FRONTINO, *singulis habent locis* BELL. Afr. TIB. LVCAN. MART. MIN. FEL. AVSON. PAVL. NOL., *binis* TER. CATVLL. PROP. FLOR. FRONTO, *ternis* VELL. PHAEDR. SIL., *quaternis* CAES. IVV., *nonnisi 21^ies in* VVLG. *admodum raro postponitur substantivo praeter voces monosyllabas quae sunt* mens (*sed* VITR. *semper [7^ies] exhibet* -a mens), vis, *praecipueque* res. [*francog.* devin, *hisp.* devino. *M.-L.*]

appellative *i. q.* ***ad deum, divinitatem*** *pertinens*: **I** ***generatim:*** **A** *vi praedicativa (plurima exempla ad substantivi notionem accedunt v. p. 1625, 8)*: CIC. Sest. 102 haec -a sunt. de orat. 2, 227 haec tragica atque -a. leg. 1, 22. 64 quid -um aeternumque sit. 2, 27 omnium ... animos immortales esse, sed fortium bonorumque -os. Tim. 36 *sidera* sunt animantia eaque -a. ac. 1, 33. fin. 3, 76 quid est virtute -ius? 5, 38 Tusc. 1, 52. 66. 67 haec magna, haec -a, haec sempiterna sunt. nat. deor. 1, 37. 2, 32. 3, 24 div. 1, 58. 106. 2, 117. Lael. 13 animos hominum esse -os. off. 3, 44. epist. 7, 5, 2 illud nescio quid non fortuitum, sed -um videretur. ad Q. fr. 1, 1, 19 *al.* SEN. epist. 120, 14 PS. APVL. Ascl. 7 TERT. adv. Marc. 1, 11 p. 304 nat. 2, 1. COMM. instr. 1, 4, 6 nec erat -us, sic (*i. temere*) deum esse (*sc. se*) dicebat. ARNOB. nat. 5, 4 numquid ipso poterat esse Iove -ior? AVG. civ. 6, 6 p. 255 D. 7, 19 p. 298 semen ... esse -um. 21, 6 p. 499.

B *vi appellativa*: 1 *de* ***deis deabusque:*** LVCR. 2, 609 -ae matris imago. VERG. Aen. 5, 47 -ique ossa parentis (*i. dea matre nati*). CORP. XI 3247 (*incipientis, ut videtur, aetatis imperatoriae*) nymphis (XIV 46a). PLIN. nat. 22, 117 (*per imag.*) -a rerum artifex (*i. natura*). CORP. VI 31139 (*aetate Traiani*) Soli (PELAGON. 283 Sol -e, calide et frigide [*in praecantatione*]. INSCR. Revue archéol. 11 p. 323 Soli devino). APVL. met. 5, 12 -ae subolis solacio ... -um ... mortalem (*de infante Psyches nascituro*). 5, 16 -i puelli ... mater. 9, 14 numinibus (9, 17). PS. APVL. Ascl. 9 Cupido. TERT. nat. 2, 10 Larentina. PASS. Petr. Paul. long. 27 angelos. CORP. VI 145 = 30975 Fatiis (V 775 *opp.* barbaricus. INSCR. Notiz. degli scavi 1890 p. 388). III 10393 Balti diae -ae.

2 *de* ***hominibus*** (*semel de bestiis*): CIC. fin. 2, 40 animal (*i. hominum*). Phil. 5, 43 quis obtulit hunc -um adulescentem deus? (*ironice*). ad Q. fr. 1, 1, 7 de caelo -um hominem esse in provinciam delapsum putent (QVINT. inst. 8, 5, 17 PS. APVL. Ascl. 10 AVG. civ. 19, 23 p. 397 D. viros). PETRON. 56, 6 apes enim ... -as bestias puto. VICTRIC. 29 martyribus. PRAEDEST. 1, 44 p. 601ᴬ -o populo. COD. Iust. 1, 1, 1 -um (*i. sacrum*) Petrum apostolum.

3 *de* ***rebus,*** *sed perraro corporeis, i. q.* ***caelestis,*** *a deo originem ducens, necnon sacer. hic illic pro genet.* dei. *ex ingenti exemplorum copia nonnisi delectum per litteras digestum dedi*: actio: CIC. nat. deor. 1, 102. adiutorium: AVG. civ. 2, 1 p. 53 D. admiratio: APRING. in apoc. 5, 2. admonitio: AVG. civ. 15, 7 p. 67 D. adytum: AVG. civ. 3, 5 p. 102 D. adyta -a ... humana cubilia. aeternitas: APRING. in apoc. 1, 18. afflatus: CIC. nat. deor. 2, 167 div. 1, 34. 38. altarium: CORP. VI 32416 (*a. 257*). BACHIAR. repar. laps. 17. amoenitas: APRING. in apoc. 4, 3. amor: VERG. Aen. 8, 373. APVL. Plat. 2, 14 -i atque terreni amoris. CARM. epigr. 850, 3 *al.* anima (animus): CIC. Scaur. 50 Tusc. 1, 51. nat. deor. 3, 12 (*additur* aeternos. phil. frg. V 97). SEN. epist. 81, 21 (*additur* fortunatus). VAL. MAX. 2, 10, 7 TERT. anim. 24 *persaepe.* animadversio: FIRM. err. 15, 4. 26, 4. 28, 3. animatio: CIC. Tim. 35. antiquitates: VARRO frg. Char. gramm. I 105, 6 (*titulus operis Varroniani, persaepe*). apices (*i. epistula*): AVELL. p. 587, 24. PS. DAMAS. epigr. 3, 2 (*possunt ad III B referri, sed cf. p. 1623, 67*). apparatus: FLOR. epit. 3, 6, 7. aqua: PROP. 2, 26ᵇ, 50 aurea -as urna profudit aquas (*de fonte Amymones tridente Neptuni expulso*). APRING. in apoc. 1, 15. arbitrium: TERT. ieiun. 15 HIL. in Matth. 26, 5. ars: CIC. nat. deor. 2, 12 VERG. Aen. 2, 15 MANIL. 1, 1 HOMER. 859 STAT. Theb. 7, 61. CORP. II 761 (*Traiani aetate*) *persaepe.* artificium: CIC. nat. deor. 1, 47 TERT. adv. Marc. 4, 12 p. 454 *al.* aspectus: TERT. nat. 2, 12. aspiratio: TERT. anim. 9. auctoritas: SEN. dial. 12, 14, 2 TERT. adv. Marc. 4, 4 p. 429 scorp. 2 *saepe.* aura: HOR. sat. 2, 2, 79. auspicium: APVL. apol. 73 met. 9, 8. auxilium: AVG. civ. 1, 28 p. 44 D. baptismus: TERT. bapt. 10. beneficentia: CIC. div. 2, 126. beneficium: CIC. nat. deor. 3, 66 VAL. MAX. 9, 11, 4 QVINT. decl. 259 p. 57, 25 *saepe.* benignitas: VITR. 8 pr. 4 TERT. resurr. 16. bonitas: TERT. adv. Marc. 1, 22 p. 318. 320 HIL. in Matth. 26, 4 *al.* bonum: CIC. Mur. 61 Cael. 39 rep. 3, 40 Tusc. 5, 76 off. 1, 148. brevitas: CYPR. domin. orat. 28. canticum: AVG. civ. 21, 24 p. 532 D. in psalm. 145, 1. cantus: PHAEDR. app. 12, 6. caput: VERG. Aen. 10, 638. carmen: CATVLL. 64, 321. castigatio: TERT. patient. 11. casus: CIC. epist. 15, 2, 8 (*additur* incredibilis). causa: CIC. fin. 5, 33. censura: TERT. anim. 58 resurr. 14. certamen: VAL. MAX. 5, 3 ext. civitas: APRING. in apoc. 3, 12. clementia: TERT. pudic. 18. codex: AVG. bapt. 5, 1, 1 exustio -orum codicum. coetus: CIC. Cato 84 HIL. trin. 2, 27. cogitatio: SEN. epist. 79, 12 HYG. astr. 2, 15. cognatio: PS. APVL. Ascl. 11. cognitio: CIC. Tusc. 5, 8 HIL. ad Const. 2, 4 in Matth. 1, 5. collum: APVL. met. 11, 3. commendatio: CIC. Arch. 31 (*opp.* humana). compago: FIRM. err. 21, 5. compositio: PS. APVL. Ascl. 10. concilium: CIC. Arch. 84. concubitus: AVG. civ. 3, 5 p. 102 D. condicio: TERT. spect. 2. condimentum: PLAVT. Pseud. 826. confessio: CYPR. epist. 6, 1. conluctatio: FIRM. err. 14, 2. consensus: AVG. civ. 18, 42 p. 321 D. consilium: CIC. Manil. 42 Mur. 82 ac. 2, 126 div. 2, 132 *persaepe.* consortium: APVL. met. 11, 22. conspectus: NICET. vigil. 4 p. 60, 6. constantia: CIC. parad. 29. contemplatio: SEN. epist. 110, 9. conversio: PS. APVL. Ascl. 36 ignis facit conversiones plurimas atque -as (*malim* diversas, diurnas *Kroll*). copia: TERT. bapt. 20 adv. Val. 1. corpus: LVCR. 5, 116 SEN. epist. 73, 16 APVL. mund. 1 TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 356 MACR. somn. 1, 14, 17. crimen: AVG. civ. 2, 29 p. 96 D. 4, 26 p. 178. cultus: LIV. 5, 51, 4 PS. APVL. Ascl. 24 AMM. 18, 10, 4 *al.* cupiditas: CYPR. laps. 2 (*additur* inexplebilis). cura: CIC. nat. deor. 2, 147 AETNA 194 SER. SAMM. 160. 181 *al.* currus: POMER. 3, 18, 2. decor: VERG. Aen. 5, 647. delectatio: CIC. Tusc. 5, 115. denuntiatio: TERT. scorp. 4. determinatio: TERT. anim. 3. dictum: COMM. apol. 217 HIL. ad Const. 2, 8. dignatio: TERT. ieiun. 7. dignitas: AVG. civ. 6, 9 p. 262 D. discidium: APVL. mund. 34. disciplina: APVL. met. 3, 19 TERT. anim. 35 *al.* dispositio: TERT. adv. Hermog. 33. doctrina: TERT. anim. 3. documentum: TERT. resurr. 55. domus: CIC. nat. deor. 2, 90 ALC. AVIT. hom. 9, 2 p. 120. donum: CIC. nat. deor. 3, 75 donum hoc -um rationis et consilii. Cato 40 huic -o muneri ac dono nihil tam esse inimicum quam voluptatem. leg. 2, 45 -issima ... dona (*i. maxime deo digna*). PS. APVL. Ascl. 37 AVG. civ. 4, 24 p. 176 D. 8, 24 p. 358. dubitatio: AVG. civ. 18, 43 p. 322 D. effigies: APVL. met. 11, 17 Socr. 20 p. 167. eloquium: TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 435 HIER. epist. 21, 37, 2 *persaepe.* enuntiatio: TERT. nat. 2, 2. eruditiones: APRING. in apoc. 1, 12. 16. executiones: TERT. scorp. 4. exemplum: AVG. civ. 2, 25 p. 90 D. *al.* existentia: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 51. exordium: CIC. Tim. 26. expeditio: SOL. 9, 6. evocatio: BENED. reg. 7, 22. exuviae: APVL. met. 9, 4. fabrica: CIC. nat. deor. 1, 47. facies: APVL. met. 11, 3. facilitas: AVG. civ. 15, 27. factum: CIC. Phil. 2, 114. familiaritas: TERT. resurr. 18. fatum: CORP. V 775. favor: FIRM. err. 29, 3. felicitas: PANEG. 11 (3), 27, 1. fides: LVCAN. 5, 83. figura: CIC. nat. deor. 1, 28. flamma: SIL. 3, 344. flatus: MANIL. 2, 136. flumen: HOMER. 907. foeditas: TERT. nat. 2, 7. fons: PROP. 1, 18, 27 CORP. V 4938. forma: CIC. nat. deor. 1, 90 LVCR. 6, 77 *al.* formonsitas: APVL. met. 6, 20. fortuna: VAL. MAX. 1, 8 ext. 6. fulgor: VOPISC. Aurelian. 29, 1. fulmen: EVTR. 9, 18, 1 LIB. pontif. p. 128, 9. furor: CIC. div. 2, 100. 110 SEN. dial. 10, 9, 2. gaudium: HIL. trin. 2, 27. genus: CIC. inv. 1, 34 rep. 2, 4 Lael. 64 Tim. 41 APVL. mund. 1. ARNOB. nat. 2, 18 (*additur* immortale) *persaepe.* gladius: CASSIOD. inst. div. 11 (*per imag.*). gradus: CARM. epigr. 1838, 5 officii. gratia: TERT. anim. 21 HIL. in Matth. 14, 11 *persaepe.* gubernatio: AVG. civ. 22, 22 p. 604 D. habitus: CIC. Arch. 15 VAL. MAX. 9, 5 ext. 1 AVG. civ. 18, 3. halitus: PLIN. nat. 17, 39. herba: PLIN. nat.

[Gudeman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

similiter facta edere, res (praesertim malas, noxias cf. p. 1674, 7) facere, agere: TER. Haut. 916 quot res -dere, ubi possem persentiscere. Eun. 301 praeut huius rabies, quae -bit! Ad. 450 pol haud paternum istuc -isti. LVCR. 5, 1340 fera facta (fata $B^{corr.1}$) suis (*sc. dominis*) cum multa -ere *boves*. LIV. 4, 58, 7 -uros, quod Lars Tolumnius -isset. *cf.* TERT. anim. 57 multa (*sc. magica*) ... Simon -dit. DRAC. laud. dei 2, 510 maxima ... dantem miracula Christum. *abs.* (*cf. p. 1674, 50 et v. Langen, Beitr. p. 216*): PLAVT. Asin. 439 sic -ero (Poen. 1286). TER Phorm. 1027 sic -bo. *singulariter*: AVELL. p. 29, 3 dat vigilias in quadam domo convocans (*O*, convocari *V*) fraternitatem (*cf.* p. 29, 8 vigilias celebrat). EXC. barb. chron. I p. 282, 130 -dit (*i. gessit*) consulatus. *al.* PRISCILL. tract. 2, 49 dandum (*i. habendum*) pro ecclesiarum pace concilium (*cf.* PRAEDEST. 1, 89 p. 619^D data est synodus. *et v. p. 1680, 24 sqq.*). *nota*: ROMAN. Char. gramm. I 128, 7 'er' syllabā finita nomina ... genetivum duplicis formae dant.

nota usum causativum i. q. auctorem esse, ut aliquid fiat, efficere aliquid (*Thielmann l. c. p. 59 sqq.*): LVCR. 1, 288 amnis dat sonitu magno stragem (*q. v. cf.* VERG. Aen. 11, 384 tot stragis acervos). 5, 1329 permixtasque -bant *apri* equitum peditumque ruinas (VERG. Aen. 12, 453 CYPR. GALL. iud. 615 CORIPP. Ioh. 2, 142 *aliter l. 52*). VERG. georg. 3, 246 funera (Aen. 8, 570 *al.*). OV. fast. 2, 666 quantum patriae sanguinis ille -dit! Pont. 3, 4, 96 nullas dant tibi bella moras (VAL. FL. 5, 546 *opp.* luet. STAT. Theb. 9, 327 QVINT. inst. 10, 3, 19 *al.*). LIV. 21, 32, 8 ingentem fugam stragemque -issent (FLOR. epit. 1, 18, 8. *cf.* DRAC. laud. dei 3, 450 triumphum). 22, 57, 11 formam novi dilectus inopia ... necessitas -dit (*cf.* QVINT. inst. 1, 6, 16 formam loquendi). SEN. Oed. 988 primusque dies -dit extremum. VAL. FL. 4, 292 subitas dant gaudia voces. 6, 515 quis tales obitus -erit, quis talia facta. STAT. Theb. 5, 732 silentia volgi mollior ira -dit. Ach. 1, 68 gemitus. PORPH. Hor. carm. 4, 14, 13 cladem (*syn.* intulisse. *v. vol. III p. 1245, 31 sqq.*). IVST. 12, 9, 6 ultionem tot gentibus dare. *alia sub singulis iuncturis afferre malui v. p. 1662, 52. 1666, 22. 1669, 79. 1672, 62. 1673, 2. 1676, 62. 1677, 13. 57. 76. 1683, 28. 55. 59. 1685, 29. 37. 64.*

2 dare *cum variis substantivis in locutionibus periphrasticis, quibus eadem fere vi verbum q. e.* facere *usurpatur (v. Thielmann l. c. p. 28 sqq.), ita quidem, ut verbo* dandi *relatio quaedam significari videatur quae a verbo* faciendi *abest*: PLAVT. Aul. 662 illi dem hodie insidias seni (*et 7^ies, v. Langen, Beitr. p. 215.* OV. ars 2, 594 vetat deprensa Dione insidias illas, quas tulit ipsa, dare). Bacch. 273 pugnam quam voluit dare (Pseud. 525 TER. Eun. 899). 357 quas ego hic turbas -bo (Persa 852 [*cf.* Pseud. 110 turbellas]. TER. Eun. 653 CAECIL. com. 101). Bacch. 366 erili filio hanc fabricam -bo. Cas. 25 ludi sunt, ludus datus est argentariis (ARGVM. Plaut. Stich. 2, 7 *aliter p. 1677, 65*). Persa 818 da pausam (ENN. frg. var. 10 Neptunus ... undis ... pausam -dit. *saepe. v.* pausa *et cf. sub* finis [*vol. VI p. 796, 65 sqq.*], modus, terminus. *sim.* initium, principium). ENN. ann. 129 hic occasus datust. TER. Hec. 55 causam accipite et date silentium (*cf. p. 1681, 19*). CATO or. frg. 40, 5 Graecos versus agit ... staticulos dat. CIC. Att. 12, 21, 4 accipienda aliqua sit et danda aestimatio. LVCR. 2, 187 ne tibi dent in eo flammarum corpora fraudem. 2, 311 si quid proprio dat corpore motus (VERG. georg. 1, 350 Cereri. OV. met. 5, 629 LIV. 7, 2, 4. AVG. civ. 14, 20 concumbentium motus -isse oculis hominum). LVCR. 2, 1145 moenia ... -bunt labem putrisque ruinas (5, 347. 6, 801 VERG. Aen. 2, 310. 11, 614 *aliter l. 18*). 4, 42 in sua discessum -erint primordia. 4, 847 prius ... quam -ret obiectum parmai laeva. BELL. Hisp. 25, 8 impetum -erunt (LIV. 2, 19, 7 [*et 7^ies. cf.* 4, 28, 6 impressionem]. SEN. nat. 6, 7, 4 epist. 39, 3 *al.* TAC. ann. 2, 20 EPIT. Alex. 60). VERG. georg. 3, 265 imbelles dant proelia cervi (GRATT. 155. *cf.* CVLEX 316 certamina. DRAC. laud. dei 3, 438 bella). Aen. 1, 687 cum -bit amplexus (*v. vol. I p. 1998, 23 sqq. et III p. 2103, 42 sq.*) 5, 276 longos fugiens dat corpore tortus. 10, 869 cursum in medios rapidus -dit (DRAC. Romul. 7, 95. *trop.*: PETRON. 5, 20 interdum subducta foro det pagina cursum [*nisi referas ad III p. 1678, 68*; det pagina versum *coni. Heinsius*]). 12, 367 fugam dant nubila caelo (*cf.* VAL. FL. 7, 570. *aliter p. 1678, 78 et supra l. 22*). 12, 681 dixit et e curru saltum -dit (OV. met. 2, 165. 3, 599. 683 Ib. 285 *al.* ROMVL. fab. Aesop. ed. Thiele 71, 2. 79', 15 *r. v.* VEN. FORT. Mart. 2, 385. *trop.*: GREG. M. moral. 9, 86). OV. fast. 1, 623 neve -ret partus (CLAVD. carm. min. 53, 56 PAVL. NOL. carm. 6, 325. GLOSS. IV 457, 10 partum -bit pariet). CELS. 8, 1, 14 flexu modico in pronum dato. STAT. Theb. 12, 47 vicibusque datis. MART. 4, 44, 4 choros (*cf.* 1, 104, 9 choreas). HADR. carm. frg. 3, 5 iocos. NEMES. cyn. 144 -bit mater partus examen. VOPISC. Car. 13, 2 dignum ... exitum -dit. PAVL. NOL. carm. 19, 280 insanos -bat ebria turba tumultus. AVG. in psalm. 140, 9 verberat et dat disciplinam (*aliter v. p. 1688, 29*). ROMVL. fab. Aesop. 52, 8 *leoni* equus calces ... -dit (*cf.* CHAR. gramm. I 293, 34 *ubi pro* duco *Keil coni.* do). MART. CAP. 2, 132 gesticulationes consonas atque hymeneia -dere tripudia.

3 *c. duplici acc. i. q. reddere, facere* (*Thielmann l. c. p. 39 sqq.*): *c. part perf. pass.*: PLAVT. Cas. 439 factum et curatum -bo. Cist. 595. Mil. 208 quidquid est, incoctum non expromet, bene coctum -bit (*cf.* OV. fast. 6, 532). 1174. Most. 298 bene emptum tibi dare hoc verbum volo. Pseud. 881 convivis cenam conditam -bo hodie atque ... condiam. 926 pulchre ego hanc explicatam tibi rem -bo. ENN. scaen. 172 aciem inclinatam ⟨-dit⟩. TER. Andr. 683 hoc tibi inventum -bo. Eun. 212 effectum -bo (PACVV. trag. 30. *affert* TER.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MAVR. 950 CLAVD. 8, 354). VERG. Aen. 3, 69 OV. Ib. 185 LIV. 4, 19, 3 *v. p. 1669, 52* STAT. Theb. 1, 568 DAMAS. epigr. 40, 7 VVLG. Ezech. 15, 8. 32, 15 -ero terram Aegypti desolatam (*cf.* 33, 28). *al.* PAVL. NOL. carm. 23, 189 immotum funem. CARM. de Sod. 156. *c. adi.* [*dub.* PLAVT. Epid. 544 anni multi dubia dant]: VERG. Aen. 9, 321 haec ego vasta -bo (SIL. 7, 212). OV. am. 1, 6, 6. SEN. Ag. 248 spiritus tumidos. LVCAN. 4, 704 variam semper dant otia mentem. VAL. FL. 4, 659 (*v. Langen ad l.*). SER. SAMM. 38 crines . . . puros. VVLG. Ezech. 3, 8. 31, 10 *saepe*. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 47 currus praecipites (*cf. p. 1671, 82 sq.*). SVLP. SEV. chron. 2, 45, 2 DRAC. mens. 13. 16 Romul. 8, 110 CORIPP. Iust. 2, 318. 4, 350 iustasque (*forsan* udasque) suo dent sanguine terras (poenas *Meursius. cf. p. 1665, 10*). VEN. FORT. carm. 1, 15, 50. *c. dupl. subst.*: ITALA psalm. 104, 30 (Aug. in psalm. 104, 21) -dit terram eorum ranas (AVG. *ad l.* tamquam diceret . . . 'convertit'. VVLG. edidit). VVLG. deut. 28, 14 det dominus imbrem terrae tuae pulverem. *adde*: VVLG. lev. 26, 19 -bo vobis coelum desuper sicut ferrum. IV reg. 9, 9 Ezech. 3, 9. 28, 2. *c. praepositionibus et adverbiis v. p. 1671, 35 sqq.*

4 *dare sonitum sim.* (*cf. p. 1675, 33 sqq. Thielmann l. c. p. 77 sqq.*): PLAVT. Asin. 947 plausum (*q. v.*). Pseud. 79 (*ambigue dictum*) -bo (*sc.* 'eheu'. *cf.* 83 do id quod mihi est; nam is mihi thensaurus iugis in nostra est domo). ENN. ann. 415 sonitum . . . arma -dere (459. *v.* sonitus. *cf.* VERG. georg. 3, 83 sonum [*q. v.*]. 3, 200 sonorem). scaen. 306 tibi . . . orationem (*i. locutus est. i. q. orare*: CASSIOD. compl. in act. 28, 1 VEN. FORT. vita Germ. 66, 178. 67, 182 vita Marcell. 10, 45 EVGIPP. Sev. 33, 2. 36, 4). PACVV. trag. 4 dictio. LVCIL. 18 dicta (*v. p. 993, 79 sqq. ubi addas*: AVSON. 427, 1 [ὡς ἐλπών]. CYPR. GALL. Ios. 479). CIC. Att. 1, 18, 7 responsum (*q. v.*). CATVLL. 64, 139 promissa (VERG. Aen. 11, 46. 152 STAT. Theb. 2, 623). LVCR. 6, 110 crepitum (IVV. 3, 108 AVG. serm. ed. Mai 28, 4). LVCR. 6, 129 fragorem (6, 136 OV. met. 8, 341. 11, 507 STAT. Theb. 5, 388. 6, 601. 883. 7, 815 vati datus ille fragor). LVCR. 6, 143 murmur (OV. met. 2, 788 AVSON. 418, 11). VERG. Aen. 1, 398 cantusque *cycni* -dere (*v. vol. III p. 294, 25. 67. 295, 53*) 1, 485 gemitum (*q. v.*). 3, 566 clamorem (*v. vol. III p. 1259, 1 sqq.*). 7, 560 voces (*q. v.*). 7, 701 *cycni* canoros dant . . . modos (OV. fast. 4, 214). 11, 190 ululatusque -dere (PASS. Theclae C a 33 p. 91, 3). PROP. 4, 3, 32 carmen (*v. vol. III p. 469, 53*). CORN. SEV. carm. frg. 6 dant sibila saeva dracones (OV. met. 4, 494. 15, 684). OV. epist. 11, 85 vagitus (LEO M. epist. 25, 1). met. 2, 346 plangorem (8, 447. 14, 421. *cf.* SEN. Tro. 64 planctus date [OCTAVIA 720 CARM. epigr. 1549, 19]). met. 7, 540 balatus (HYG. fab. 125 p. 108, 19). 15, 510 mugitus (fast. 1, 560 PAVL. FEST. p. 244 SIL. 1, 370 AVSON. 64, 1 MARCELL. chron. II p. 69, 408, 2 PASS. Theclae B b 33 p. 90, 13). fast. 1, 176 damus alternas accipimusque preces (Pont. 4, 9, 130). 4, 184 tinnitus (SEN. Phaedr. 792). SEN. Med. 841 latratus. Oed. 227 fremitum (COMM. apol. 901). Thy. 1036 quas miser voces -bo questusque quos? LVCAN. 4, 186 classica det bello. 4, 813 praeconia vitae. PLIN. nat. 18, 363 clangores (SIL. 4, 118). HOMER. 881 choros. STAT. silv. 3, 3, 135 lamenta. QVINT. inst. 11, 1, 6 sermonis genus. AMPEL. 30, 5 hinnitum. CYPR. laps. 1 dandae laudes deo (PS. CYPR. ad Novat. 18 *cf.* LVCIVS Cypr. epist. 78, 2 laudes deo diceres). ARNOB. nat. 1, 46 p. 31, 1 sermonem -dit atque accepit (1, 52). VVLG. gen. 49, 21 dans eloquia pulchritudinis. CLAVD. 15, 296 alterna iurgia. PETR. CHRYS. serm. 6 p. 203[B] suspiria. CORP. XI 5335, 5 fletus.

hinc abit in significationem fere 'dicendi' i. q. indicare, prodere, narrare, docere aliquid (NON. p. 278 da 'dic'. SERV. Aen. 1, 676 *opp.* accipe 'audi'. 6, 66): PLAVT. Bacch. 245 quin tu salutem primum reddis, quam -di (Epid. 571 AMM. 26, 7, 15. *cf. p. 1672, 37*). Cas. 30 comoediai nomen dare vobis volo (Poen. 50. *in iudicio*: CIC. ad Q. fr. 3, 2, 3. VLP. dig. 27, 8, 1, 3 *opp.* acceperat. *cf. etiam*: ACT. Achat. 5 *syn.* tiade). LVCIL. 962 sic . . . -dit. 1036 versibus reddere, quod do. 1249 da (*praeit interr. dir., ut vid., v. adn. Marxii*). RHET. Her. 4, 30, 1 oraculum (*cf.* TIB. 2, 5, 19 sortes. *v. sub his vv.*). CIC. Balb. 52 -bo etiam iudicium . . . senatus. de orat. 2, 153 significationem. top. 25. Att. 12, 5, 3 tribunatum (*i. annum tribunatus*). 16, 14, 3 da melius (*sc. vocabulum*). OV. rem. 426. LIV. 8, 20, 12 exquirendae magis sententiae quam dandae (SEN. contr. 7, 3 [18], 8. 7, 4 [19], 8. *imprimis technice in iure. v. p. 1676, 6*). 29, 15, 10 formula (SEN. epist. 124, 24 *al.*). SEN. contr. 1 praef. 2 versus a singulis datos (ALC. AVIT. carm. 6 prol. p. 274, 5). 7, 2 (17), 14. 10, 5, 2 (indicabo *Kiessl.*). SEN. Herc. f. 614 epist. 66, 47. 83, 17 non dari tacitum. SCRIB. LARG. 94 compositionem (97). LVCAN. 6, 773 da nomina rebus, da loca, da vocem, qua mecum fata loquantur. 9, 554 superos arcana -uros dicturosque . . . vera . . . Catoni. PERS. 5, 93. PLIN. nat. 18, 71 dies serendo. 22, 99 observationes. VAL. FL. 3, 301 triumphos sorte -bant. 5, 218 QVINT. inst. 4, 1, 24. 4, 2, 76. 7, 10, 10 *syn.* docebit. 11, 2, 28. decl. 305 p: 197, 2 da igitur ius mihi, quo perire debuerint. PS. QVINT. decl. 18, 12 IVV. 6, 586. MIN. FEL. 7, 6 cautelam. SOL. 11, 18 inter Ogygum sane et Deucalionem medium aevum datur. LACT. mort. pers. 33, 5 dat Apollo curam. DON. gramm. IV 358, 40 da horum compositum (*allocutio ad discipulum ut* 360, 15 POMP. gramm. V 256, 31 *et saepe. cf.* AVSON. 138, 4). LVCIF. Athan. 2, 3 p. 150, 24 2, 15 p. 175, 22 AVIEN. Arat. 1401. ora 34 Sallustium noram id -isse. RVFIN. Adamant. 2, 20 ipsius salvatoris -bo tibi vocem. CLAVD. 26, 27 nil veris aequale -bunt. VINDIC. epist. Pentad. p. 492 VEN. FORT. carm. 8, 3, 386. *subi. sunt res*: PHYSIOGN. 70, 6 nares longae . . . mores huiusmodi -bunt. CORIPP. Iust. 1, 36 quantum signa -bant. *pendet interr. indir.* (*cf. p. 1687, 62*): TER. Haut. 10 paucis -bo. LVCIL. 758. VERG. ecl. 1, 18 iste deus qui sit, da, Tityre, nobis. *fort.* HOR. sat. 2, 8, 4 (*Fλ*, dic *cett.*). OV. rem. 796 fast. 1, 368. 4, 191 SEN. suas. 1, 14 SEN. Phoen. 592 AVIEN. orb. terr. 737. CARM. ad senat. 37 si valeas. datur *c. nom. et inf. i. q. dicitur, fertur, traditur v. p. 1700, 12.*

5 dare *i. q. prodere, indicare viam* (*cf. p. 1680, 3 sqq.*), *rationem, consilium* (*v. vol. IV p. 453, 73 sqq. ubi addas* HOR. carm. 3, 4, 41. 3, 5, 46) *sim.*: PLAVT. Aul. 407 date viam, qua fugere liceat (*cf.* Epid. 193 mihi dant, quo pacto . . . argentum auferam. CIC. Caecin. 50. VARRO rust. 1, 18, 7 bivium . . . ad culturam. MANIL. 3, 45 *res summa* monstrata . . . certas dat in arte vias ad fata videnda. SEN. epist. 37, 3 hanc tibi viam -bit philosophia. ITALA Bar. 3, 37 [Cypr. test. 2, 6] *viam prudentiae* [ἔδωκεν, VVLG. tradidit]). PLAVT. Mil. 770 dari istanc rationem volo. 772 mearum fabricarum. RHET. Her. 1, 2, 3 viam rationemque dicendi (CIC. Cael. 50 viam rationemque defensionis). 3, 23, 39 quaerendi. 4, 1, 1 nostri consilii. CIC. inv. 2, 24 ad defensionem. de orat. 2, 153. Brut. 263 *disciplina Hermagorae* dat rationes certas et praecepta dicendi. LVCR. 4, 1226. PLIN. nat. 14, 19 vineae oppugnationum -dere rationem. *technice*: PLAVT. Trin. 872 census quom sum, iuratori recte rationem -di. TAB. cens. Varro ling. 6, 68 CIC. Verr. 2, 92 IVL. dig. 40, 7, 12 GAIVS dig. 40, 7, 31, 1 *al. imprimis ap.* ICTOS. *cf.* ITALA Rom. 14, 12 (Cypr. test. 69, 17) pro se rationem -bit (λόγον ἀποδώσει, VVLG. reddet). RHET. Her. 2, 19, 30 causam (SIL. 13, 14. SOL. 32, 9 [*ex* PLIN. nat. 5, 55 *ubi* prodidere]. MART. CAP. 2, 118 *al.*). 4, 52, 65 sermones. CIC. inv. 2, 28 *locos* (2, 147 QVINT. decl. 316 p. 244, 24). nat. deor. 3, 91 Lacedaemoniorum disciplinam *a Lycurgo* (*v. p. 1320, 52. 1324, 10*). OV. ars 1, 589 certa tibi . . . -bitur mensura bibendi (COLVM. 3, 13, 9 altitudinis). PAVL. FEST. p. 223 dant ceteris modum plangendi. p. 234 *al.* QVINT. decl. 286 p. 152, 10 det (*i. praecipiat*) mores, dum custodiat, quos -erit (*cf.* inst. 12 pr. 4. MART. 9, 101, 21 *de censore dictum*). TERT. adv. Val. 2 p. 179, 5 ordinem. VINDIC. med. 37 pleureticae passionis duplicem -dit substantiam. *mandata, praecepta*: PLAVT. Amph. 81 hoc quoque . . . in mandatis -dit, ut *eqs.* (CAES. Gall. 1, 43, 9 GREG. M. epist. 6, 13, 17 *al.*). VARRO frg. Non. p. 525, 14 mandata (CIC. Verr. 4, 108 *al.* Att. 7, 13[b], 6. epist. 3, 11, 5 cui mandata ad me -isti. *al.* CATVLL. 64, 214 *et passim. praesertim de ultimis iussis proficiscentium vel morientium, ex. gr.* TIB. 1, 3, 15 OV. epist. 15, 105 trist. 1, 3, 59. VVLG. exod. 6, 13 ad filios Israel). CIC. inv. 1, 19 praecepta -bimus. 1, 97 *al.* Quinct. 84 off. 2, 44 *saepe* VERG. georg. 4, 398 Aen. 3, 546 OV. ars 2, 745 trist. 2, 461 LIV. 30, 33, 3 *seq.* ut *al.* COLVM. 2, 7, 2 temperatae regioni. 5, 9, 18 *al.* CALP. ecl. 5, 3 PLIN. nat. 14, 44. QVINT. inst. 1, 6, 44 orationi. *al.* IVV. 13, 19. ANON. Vales. 14, 82 ad Eutharicum. EVGRAPH. Ter. Phorm. praef. circa prologos. CIC. inv. 1, 78 ut quaedam praeceptio detur huius quoque partis. 2, 174 praescriptum (PORPH. Hor. carm. 2, 15, 10—12). VERG. Aen. 7, 103 monitusque . . . datos (STAT. Theb. 1, 492 silv. 2, 2, 113). VAL. FL. 1, 754 iussa. SVET. Iul. 26, 3 dictata. *tempus, locum* dare *i. q. constituere* (*v. Thielmann l. l. p. 124*): PACVV. trag. 115 nuptiis hanc dat diem. CIC. Cato 69 da summum tempus. HOR. sat. 1, 4, 15 detur nobis locus, hora, custodes. LIV. 33, 13, 1 is datus erat locus colloquio. CELS. 2, 16 (*loc. mutil.*). 3, 6, 5 cum tempora cibo potioniique febris et remissionis ratio det. PLIN. nat. 17, 117. 18, 232 IVV. 6, 581 CENS. 9, 2 *al.*

STRVCTVRAE.

1 *seq.* ***infinitivus*** (*inf. perf. pro praes. v. p. 1689, 12. 23. 25. 32*):

a *inf. accedit quasi ad explanationem obi. directi loco gerund.* (*cf.* QVINT. inst. 9, 3, 9) *sive enuntiati finalis* (*cf.* SERV. Aen. 1, 318) *i. q. ministrare, praebere aliquid, quod aliquis habeat sim.* (*cf. p. 1674, 69. 1680, 8*): TER. Andr. 484 quod iussi ei dari bibere . . . date (*v. vol. II p. 1962, 7. 1965, 9. cf.* ITALA exod. 32, 20 [Monac.] *ubi* VVLG. -dit potum [ἐπότισε]). LVCR. 3, 1030 iterque -dit *Xerxes* legionibus ire per altum. VERG. Aen. 1, 319 comam diffundere ventis. 5, 248 dat ferre talentum (5, 306. 538 OV. met. 5, 619 LVCAN. 4, 806 STAT. Theb. 6, 728 IVV. 14, 30). 6, 697 da iungere dextram. 9, 360 dat *dona* habere nepoti. 12, 211. LVCAN. 7, 481 Haemus Peliacisque -dit *clamorem* rursus geminare cavernis. VAL. FL. 4, 254 armis innectere palmas dat famulis. SIL. 4, 716 procellis dat iactare ratem. HIER. in Os. 1, 2 p. 4 -dit ei mel manducare. VVLG. exod. 16, 8 -bit vobis dominus . . . carnes edere. *al. sim.*: ITALA dent. 13, 12 (Lugd., Cypr. Fort. 5 Firm. err. 29, 2) *civitates* quas dominus . . . dat tibi inhabitare illic (VVLG. ad habitandum. LXX *infin.*). *pro dativo accedit acc. participii*: SCRIB. LARG. 74 dare . . . globulum sub lingua tenere devorantem, quod liquefactum fuerit. *seq. inf. obiecto non indicato*: PLAVT. Persa 821 bibere da (*v. vol. II p. 1960, 31 sqq. 1964, 7 1965, 82. cf.* CIC. Tusc. 1, 65 bibere ministraret). *sim.* VVLG. Matth. 25, 35 -istis mihi manducare (ἐδώκατέ μοι φαγεῖν).

b *inf. pendet directe a verbo* do *tamquam obi. (passive subi.) i. q. facere potestatem, facultatem (interdum munus) faciendi aliquid, hinc fere i. q. permittere, concedere, nonnumquam i. q. auctorem esse, imperare, mandare alicui, ut aliquid faciat* (NON. p. 278, 27 dare facere):

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

α sequitur inf. solus sive accedente dat. personae (rei), cui aliquid permittitur: post formas activi: VERG. Aen. 1,66 tibi ... mulcere -dit fluctus. 1,79. 523. 5,689. 10,62. 12,97 HOR. sat. 2,3,191. *nota* epist. 1,16,61 da mihi fallere, da iusto sanctoque videri (*cf.* CLAVD. 3,216 natura beatis omnibus esse -dit *et l. 54. p. 1690,53*). carm. 2,16,39 mihi ... spiritum ... Parca ... -dit et ... spernere volgus. ars 83 Musa -dit fidibus ... referre. 323. PRIAP. 3,9 da pedicare (*item* 67,4 *per ambitum verborum dictum*. MART. 11,78,5). OV. met. 1,486 da mihi perpetua ... virginitate frui (*cf. Callim. hymn. Dian. 6 δὸς ... φυλάσσειν*). 3,338 scire futura -dit (14,696 LVCAN. 6,776 SIL. 5,358 ROMAN. Char. gramm. I 135,21 BARNAB. 1,3 *al.*). met. 6,444 mihi muneris instar germanam vidisse dabis. *al.* MANIL. 4,193. 5,205. 294 *Sagitta sidus* -bit et iaculum torquere lacertis et calamum nervis. VITR. 7,10,4 faex vini arefacta ... Indici colorem -bit imitari. SEN. Med. 32. epist. 124,5 acies nulla ... -ret (reformidaret *Madv.*) bonum malumque dinoscere. LVCAN. 1,251. 693 nova da mihi cernere littora ponti (*cf.* 7,24 CALP. ecl. 7,77 SIL. 13,411 *al.* STAT. silv. 3,125 *al.*). 2,348. 5,108 -dit (*i. iussit*) ille minas impellere belli. 6,813 *fatum* cognoscere Parcae ... dabunt (*cf.* SIL. 13,622. 17,344 STAT. Theb. 8,332 TERT. test. anim. 5 MART. CAP. 2,149 *al.*). 10,287. 410 iugulumque in Caesaris ire non sibi dant (*'sed iis scilicet, quibus suas manus et operam vendiderunt' Oudendorp*). PERS. 5,105 VAL. FL. 1,483. 604. 675. 2,176 Sarmaticas utinam Fortuna -isset insedisse domos. *al.* SIL. 1,3. 2,492. 3,561 sedisse. 4,369. 526. 6,700 *saepissime*. STAT. Theb. 1,223. 4,623. 761. 6,115. 199. 7,93. 101 Ach. 1,74. 92 silv. 1,2,40. 5,2,167 insedisse. *al.* MART. 10,6,1 quibus urna -dit spectare ... ducem. 10,33,4. CARM. epigr. 1814,3 (*saec. II ex.*) cui -erant pinguem populis praebere liquorem ... induperantes. TERT. adv. Marc. 4,19 p. 481,6 illa ... pronuntiatio ... -dit Christo frequenter inculcare (*i. causa erat, ut inculcaret*). resurr. 17 p. 48,1 -di adversario dicere (*cf.* PAVL. NOL. epist. 5,13). ITALA Ioh. 5,27 (Tert. adv. Prax. 21) iudicium -dit (*i. mandavit*) illi facere. *al.* IVL. VAL. 2,24 -dit medico intellexisse. 3,14 SPART. Pesc. 8,4 IVVENC. 1,187 observare -dit (*i. iussit*). AVSON. 146,18 *al.* VVLG. Ruth 1,9 det vobis invenire requiem. sap. 7,15. Sirach 47,6 -dit in dextera eius tollere hominem. Ioh. 5,26 *al.* PRVD. psych. 210 cui bellica virtus ... colles imperio calcare -dit. COD. Iust. 5,37,26,5 damus *tutoribus* ... res pupillorum gubernare. *saepe apud poetas et scriptores imprimis* ECCL. *nota abundantiam*: TIB. 1,8,56 -dit cupidis fallere posse deus (LYGD. 4,48 OV. ars 2,28 met. 12,558. 14,844 trist. 1,1,34. 3,1,23 SEN. epist. 42,4 *al.*). *i. q. facultatem ascribere*: AMM. 14,11,26 praetendere gubernaculum -dit *vetustas Nemesi*. SERV. Aen. 8,334 *stoici* nasci et mori fatis dant, media omnia fortunae.
supplendus inf. (*cf. p. 1679,18. infra l. 77 sqq.*): HOR. sat. 1,2,123 nec magis alba velit, quam dat natura, videri. SIL. 5,149. 9,98. STAT. Theb. 1,85 da ... quod cupiam vidisse nefas. 3,234. 9,103 silv. 5,1,130. AMM. 14,3,1 incursare Mesopotamiam, quotiens copia -erit, ordinatus. *al.* dare operam *c. inf. v. p. 1681,72.*

post formas passivi: datur *sim. i. q. licet, fieri potest* (GLOSS. non datur: non permittitur): LVCR. 4,878 uti passus proferre queamus ... var⟨i⟩eque datum sit membra movere. VERG. catal. 13,16 nulli vincere fata datur (EPICED. Drusi 234). georg. 1,261 Aen. 1,408. 553. 3,7. 6,140. 327. 688. 7,313. 9,115. PROP. 2,1,47 datur uno *amore* posse frui (OV. fast. 5,5 SIL. 9,80. 11,314. 15,64). OV. met. 8,691 vobis immunibus huius esse mali -bitur (*cf. l. 5*). 12,596 fast. 2,214 trist. 1,9,1 Pont. 1,8,21 hal. 8. MANIL. 2,114 materiaeque datum est cogi, sed cogere mundo. 3,100. VITR. 3,3,5 nec lapideis nec marmoreis epistyliis uti datur. GERM. frg. 4,136 piscibus ... cognoscere datur (SEN. Oed. 216 LVCAN. 1,452 SIL. 6,659. 11,593 STAT. Theb. 5,343. 466 GAVDENT. serm. 7 *al.*). SEN. Herc. f. 856 Thy. 975 clem. 1,8,3 nat. 5,8,3. epist. 124,20 quibus datum est scire (MIN. FEL. 5,5 *syn.* permissum. COMM. instr. 1,34,20 *al.*). MELA 1,43 LVCAN. 5,356. 472. 6,407 PLIN. nat. 7,57. 10,173. 16,17 VAL. FL. 1,322. 4,510. 587. 597 SIL. 1,14. 78. 528. 2,625 evasisse (14,314). 3,81. 162. 534. 637. 6,205 effugisse. 13,823 non datur ... nec est. *saepissime*. STAT. Theb. 2,301. 5,322. 6,509. 11,572 qua (*urnā*) reges punire datur. silv. 1,3,30. 2,1,84. 3,3,52. 4,4,63 *al.* CARM. epigr. 1598,6 non fuit datu(m). MART. 1,41,18. 5,22,7. 8,45,6. 12,14,12 QVINT. inst. 6,3,100. 9,1,20. 10,7,22. 11,3,125. 127. TAC. dial. 7 mihi ... defendere datur. ann. 3,67. 4,60. 6,5. 19. 12,23. PLIN. epist. 1,10,5 quantum tamen mihi cernere datur (paneg. 29,3. *cf.* 50,3. 79,3). 3,1,1 si modo senescere datum est. paneg. 51,5 *syn.* licebit (*cf.* APVL. flor. 10 p. 41). PAPIN. dig. 31,76,8 non ... datum est legatariis pluribus actionibus uti. *al. saepe ex usu posteriorum nota iuncturas ut* TERT. nat. 2,13 suspicare non datur. GARG. MART. med. 28 intellegere datur (MIN. FEL. 12,7). *al.*
i. q. iubetur: TAC. ann. 12,11 datum C. Cassio ... deducere iuvenem. *i. q. contingit*: AVR. Fronto p. 253,11 N. mihi ... datum fuit ... matris desiderio peruri. *supplendus inf.* (*cf. supra l. 42 et p. 1679,26 sqq.*): HOR. epist. 1,1,32 est quadam prodire tenus si non datur ultra. VAL. FL. 2,121. 4,141 dum datur. 6,606. 7,270 *syn.* ut possum. SIL. 1,269. 2,20. 10,57 STAT. Theb. 6,45 QVINT. inst. 4,1,15. 10,7,20 VLP. dig. 3,4,3 CORP. VIII 24878 *al.*

β sequitur acc. c. inf.: i. q. sinere, pati aliquem aliquid facere sive aliquid fieri; interdum i. q. auctorem esse, ut aliquid fiat, facere, iubere, docere (p. 1690,10) aliquem facere aliquid: post formas activi (*cf. p. 1688,76*): VERG. Aen. 3,77 *tellurem* immotamque coli -dit et contemnere ventos. 6,66 da ... Latio considere Teucros. 10,235 -dit esse deas. 11,789. 794. PERS. 2,45 da fortunare penatis. VAL. FL. 2,226 ingentes ... videri diva -bat. SIL. 4,345. 7,592. 8,484. 11,362. STAT. Theb. 3,38 motusque Cithaeron antiquas -dit ire nives (*cf.* 9,447 iubet). ITALA Is. 43,28 (Tycon. 1 p. 9,18) -di perire Iacob (*ἔδωκα ἀπολέσαι*, VVLG. ad internecionem). COMM. instr. 2,31,6 apol. 448. SOL. 2,29 cum -isset homines vivere (*cf.* CARM. epigr. 1268,3 nasci. AVIEN. Arat. 316). PS. SOL. Pont 19 IVL. VAL. 1,12 astu se -bat Alexander praeteriri. AVIEN. Arat. 65. 102 sic astrum dici Gnidius -dit (ora 436). 104 species dat plaustra videri. AVSON 153,58 da ... fieri rata vota. VVLG. deut. 5,29 quis det talem eos habere mentem. psalm. 15,10 Sirach 50,25 det nobis .. fieri pacem. act. 10,40. 13,35 CLAVD. 3,43 PAVL. NOL. carm. 26,303. 31,80. CYPR. GALL. gen. 605 properans sese dat Sarra videri. 874 num. 153 *al.* MART. CAP. 2,125. 193 (*in versibus*). PS. PROSP. carm. de prov. 227 MAR. VICTOR aleth. 1,119 SIDON. epist. 4,6,3. SEDVL. carm. pasch. 1,81. 215 ramos ... non ardere -dit. 1,231. 4,4. 5,40 spiritus ... in dominum servile -dit consurgere bellum (*cf.* op. pasch. 5,3 p. 275,16 belli concitavit insaniam). ALC. AVIT. carm. 2,188 nec vos scire -dit. 4,404. 6,270 DRAC. Romul. 9,127. ENNOD. opusc. 5,16 p. 397,25 ut -ret ... me currere. VEN. FORT. carm. 1,1,18 te -dit esse patrem. 4,24,14 se -dit esse dei. 5,6 p. 117,39 pietas animam dat de nece solvi. spur. 1,196 cum ... dormitans tot vigilare -res. *al.* CORIPP. Ioh. 2,82. 6,497 Iust. praef. 2. 4,181. INSCR. christ. Rossi II p. 109,63 v. 14 mater dans hominem noscere virgo deum. *sim.*: STAT. Theb. 7,766 insisti ... dat temo. *per abundantiam*: LVCR. 6,1227 quod (*sc. remedium*) ali -erat vitalis aëris auras volvere in ore licere et caeli templa tueri (VICTORIN. Christ. 66 quaeque voles, licuisse -di). OV. met. 11,177 aures ... dat posse moveri. *nota structuram* intellegi das *sim.*: RVFIN. Orig. in exod. 1,2 AVG. civ. 8,26. 10,11 PHYSIOGN. 51 AVELL. p. 66,6 *al.* VIRG. gramm epist. 3 p. 136,28 hoc intellegi das quasi *eqs.*

post formas passivi: TERT. nat. 1,10 ⟨ni⟩ datum sit post mortem deos fieri. orat. 18 latere ieiunium ... non datur (*nom. c. inf.? cf.* resurr. 6 p. 34,8). ENNOD. epist. 4,3,2 p. 100,13 datur participem originis sic haberi. 6,30,1 p. 166,18. dict. 25,3 p. 501,3 *syn.* liceret. carm. 2,10,10. VEREC. in cant. 8,3 quo[d] vel profunditatem (-tas *edd.*) pelagi datur intellegi. ARATOR act. 2,922. *structura sollemnis*: IREN. 1,4,5 ut datur intellegi (*gr. εἰκὸς ὅτι*). 1,13,3 *al.* GARG. MART. med. 25 SOL. 2,49 LACT. inst. 1,19,7. 5,20,11 *et hinc usquequaque in sermone pedestri. sim.*: IVL. VAL. 1,24 quantum visi datur. FIRM. math. 1,7,19 sicuti suspicari datur. PAVL. NOL. carm. 10,137 ex hoc agnosci datur. OROS. hist. 2,11,10 colligi datur. *al.*
personaliter: GREG. M. moral. 19,2 in scriptura enim sacra volucres aliquando in malo, aliquando in bono dantur intellegi (*cf. l. 34. 38 et* CASSIOD. gramm. VII 144,23 m littera ... scribi datur).

i. q. confiteri, concedere aliquid esse (*cf. p. 1674,4*): VARRO ling. 9,10 unum dant non oportere dici. 10,80 rust. 2,1,26. CIC. Flacc. 36 das ... nullam gravitatem ... in Graecis hominibus ... esse. Sull. 22. fin. 2,86 hoc -bitis ... oportere. 4,50. 51 ac. 2,50. 67. 68. 146 Tusc. 1,25 dasne ... manere animos *eqs.* Lael. 1,21. off. 3,33 illud certe -bis ... id esse ... expetendum. LVCR. 3,541. HOR. sat. 1,4,39 -erim quibus esse poetas (poetis *pars codd.*). epist. 2,1,125 si das hoc ... iuvari. SEN. nat. 2,55,2. 5,14,2 epist. 88,5 TERT. adv. Prax. 7 p. 236,15.
da *i. fac, finge*: HIER. in Agg. 2,11 *sq.* p. 762 Vall. da enim aliquem nescire legem. memoriae datur *c. acc. c. inf. v. p. 1670,65.*

2 *pro obi. est* **enuntiatum:** a *enunt. c.* ut (ne); quod *v. p. 1679,25. 1682,29. 51. saepe i. q. concedere, permittere, interdum i. q. efficere (v. infra l. 70. 77 al.), mandare (v. p. 1676,15. infra l. 72), tribuere, ascribere* (*v. p. 1682,12. 48. 53*): TER. Andr. alt. exit. 10 copia ac fortuna utrique ut obsequere[tu]r -dit. Eun. 395 est istuc datum profecto, ut grata mihi sint, quae facio, omnia. RHET. Her. 3,15,26 est hoc a natura datum, ut *eqs.* CIC. Quinct. 35 quod tibi natura dat, ut ..., id mihi causa concedit. S. Rosc. 46. div. in Caec. 23 illud -eris, ut is absolvatur. de orat. 1,57 concessero ... tribuam et -bo. Rab. Post. 2. ac. 1,24 -bitis ... ut ... utamur. fin. 5,2. epist. 9,6,5 quis ... hoc non -erit nobis, ut ... ad eam vitam revertamur ...? *al.* VERG. Aen. 11,798 reducem ut patria ... videret, non -dit *Apollo*. PROP. 2,1,17 si tantum ... fata -issent, ut possem *eqs.* OV. met. 12,202 da, femina ne sim. 12,206. LIV. 1,19,3 quod nostrae aetati dii -erunt, ut videremus. 1,54,5. 10,28,13. 30,30,3 si hoc ita fato datum (*i. constitutum*) erat, ut *eqs.* (*cf.* SEN. benef. 6,41,2 VAL. FL. 8,397 TAC. ann. 4,55 PLIN. epist. 8,18,5 *al.*). 41,8,9 lex ... -bat, ut cives Romani fierent. *al.* SEN. Phaedr. 942. benef. 6,34,1 pro honore dare, ut ... assideas. CALP. ecl. 4,122 SIL. 12,644. 13,793. STAT. Theb. 7,695 ne. MART. 4,27,6 da ... ut doleat. GELL. 7,7,2. MIN. FEL. 18,2 cupido generandi nonne a deo data est et ut ubera ..lactescant ...? DON. Ter. Andr. 322 inde datum est, ut *eqs.* HYG. fab. 14 p. 45,6 *al.* VVLG. deut. 14,21 da, ut comedat. Ruth 4,13 -dit illi dominus, ut conciperet. Iob 6,8 quis det, ut veniat petitio mea. 19,23 *saepe. nota*: apoc. 11,3 -bo duobus testibus meis et prophetabunt (*δώσω ... καὶ προφητεύσουσιν*). AVG. conf. 1,5,5 *al.* VEN. FORT. carm. 3,23ª, 26 dans pastor monitis, ne premat error oves. *passim.* *i. confiteri cf. p. 1683,1.* *i. q. indulgere alicui* (*cf.*

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 1673, 80 sqq.): CIC. epist. 6, 8, 1 mihi hoc -erunt, ut esses in Sicilia. 13, 50, 2 hoc mihi da atque largire, ut ... conserves. LIV. 3, 71, 5 -dere ... plebi, ut quae vellet Scaptius diceret. 7, 38, 4 GALLICAN. Avid. 12, 9. da *i. q. finge, fac*: QVINT. inst. 12, 1, 43 ALC. AVIT. hom. 8, 4 p. 119, 24. *cf.* HYG. mun. castr. 37 nunc si datur, ut mille hominibus ... locus assignetur. datur *sim. i. q. licet*: CIC. leg. agr. 2, 35 datur ... ut liceat. de orat. 2, 105 CAES. civ. 1, 85, 10 LIV. 3, 10, 4. 3, 22, 3 *al.* *seq.* quod: OV. met. 14, 174 ille -dit, quod non anima ... venit. OPTAT. 5, 7 p. 134, 11 a te datum esse, quod homo fidelis effectus est.

b *seq. coniunctivus nudus* (GLOSS. da legam δὸς ἀναγνῶ): PLAVT Amph. 11 id ... concessum et datum mi esse ab dis ... praesim. Curc. 313 da *aquam* ... obsorbeam. Stich. 757 date bibat tibicini (*cf.* CATO agr. 73. 156, 6. 157, 9 ARNOB. nat. 7, 29 p. 263, 13 ANON. med. ed. Piechotta 51 *v. vol. II p. 1965, 79 sq.*). CATO agr. 157, 9 dato edit ... dato panem ... madefaciat. VERG. Aen. 4, 683 date volnera lymphis abluam (*cf.* AVSON. 152, 5). CARM. epigr. 19, 9 daque Itala rura ... colamus. DRAC. Orest. 15 da valeam memorare nefas. CORIPP. Iust. 2, 67.

c *seq. enuntiatum relativum obliquum* (*cf.* dare *seq. interrog. indir. p. 1688, 3*): PLAVT. Asin. 536 qui dant quoia amentur gratia. Aul. 672 quod edit (Poen. 1284 Trin. 339). Bacch. 84 dato qui bene sit (Curc. 519). Cist. 17 quod biberem (*cf.* Curc. 161 aquam quam bibant. Most. 344 *al.*). Mil. 691 da .. qui matrem munerem. 692 da qui faciam ... da quod dem. Pseud. 785. TER. Hec. 869 qui hoc occultari facilius credat -bo. Phorm. 878 -bo, quo magis credas. Haut. 855. Ad. 981 -deris unde utatur. CIC. Att. 13, 1, 3 -deris mihi, quod ad te scribam. LEX vic. Furf. (Corp. I² 756) 11 eā pequniā emere, conducere, locare, dare, quo id templum melius honestius seit. HOR. sat. 1, 2, 6. OV. epist. 14, 110 dant anni, quod querar. 15, 85 met. 7, 23. 13, 221 cur non ... dat, quod vaga turba sequatur? SEN. epist. 57, 3 MART. 8, 73, 4 IVV. 9, 86 PLIN. epist. 6, 16, 7. *nota*: CIC. ad Q. fr. 2, 13, 2 mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis.

3 *c. dupl. acc.* (*aliter p. 1686, 77 sqq.*): **a** *alter acc. est subst.*: FEST. p. 363 (*e Quinctii tab. triumph.*) coronam auream -isse ⟨se⟩ Iovi donum (*q. v.*). PLAVT. Trin. 508 eum *agrum* -bo dotem sorori (1143 IVV. 2, 117). VARRO rust. 3, 10, 7 polentam ... dant cibum. 3, 11, 3 pabulum iis datur triticum. CIC. Verr. 4, 76 de accessione dubito, an ... data sit merces operae (SALL. or. Lep. 2 *al.*). nat. deor. 2, 150 artium ministras manus. LVCR. 5, 870 *pabula* damus ... praemia (*q. v.*) *al.* TIB. 1, 9, 33 si pretium Campania terra -retur. OV. am. 2, 2, 38 psittacus, extremo munus ab orbe datum (*v.* munus). LIV. 22, 37, 12 sedemque ... Capitolium. 34, 62, 3 singula ... talenta vectigal. *saepe.* *nota*: NON. p. 39 lectum est ... et vitium dare, hoc est unicuique rei culpam applicare; sed hoc in incertae auctoritatis scriptoribus invenitur (GELL. 11, 13, 10 *codd. dett. cf. p. 1692, 1*). **b** *alter acc. est adi.*: PLAVT. Asin. 445 da commoda (*v. vol. III p. 1928, 75. cf. p. 1920, 19*). Cist. 194 nihil est perpetuom datum. Merc. 524 ovem tibi ... peculiarem. Pseud. 86 mutuam drachumam dare (*v.* mutuus). Trin. 1130 beneficium, homini proprium quod datur (*v.* proprius). VARRO frg. Non. p. 532 aes militi semenstre aut annuum -batur (LIV. 42, 67, 5 PLIN. epist. 7, 18, 2). CIC. fin. 2, 33 quae prima data sint natura (4, 37). nat. deor. 2, 131 quam tempestivos ... -dit *natura* ... ventos. *al.* PROP. 4, 8, 25 -bit immundae venalia fata saginae. CIRIS 15 Sapientia ... est data consors. LIV. 32, 38, 2 *urbem* velut fiduciariam dare. 36, 4, 7 stipendium ... praesens omne -uros. *al.*

4 *c. dat. fin.* (*sensu alio v. exempla p. 1667, 7 sqq. et 1670, 67 sqq.*): **a** *sensu proprio*: arraboni: PLAVT. Most. 645. 918. 1013 (*cf.* VVLG. gen. 38, 18 pro arrhabone). cibo: PLIN. nat. 14, 99 MART. 1, 88, 4. custodiae: PLIN. nat. 7, 108. dato: *v. p. 1701, 51.* delubro: SOL. 10, 22. donativo: CAPITOL. Pert. 7, 11. dono (*v.* donum). doti: CVRT. 4, 5, 7. esui: PLIN. nat. 20, 178. faenori: *v. vol. VI p. 481, 79 sqq.* fiduciae: *v. vol. VI p. 701, 41 sqq.* hospitio: LIV. 7, 20, 7. 42, 6, 11. hypothecae: GAIVS dig. 20, 1, 15 pr. SCAEV. dig. 18, 1, 81 pr. MARCIAN. dig. 20, 1, 11, 2 *al.* lenimento: PLIN. nat. 25, 59. lucello: CATVLL. 28, 8. mancipio: LVCR. 3, 971. muneri: NEP. Ages. 8, 6 PAVL. FEST. p. 54 QVINT. inst. 1, 10, 16 TAC. Germ. 5 PROB. Verg. ecl. 2, 23 HYG. fab. 25 p. 55, 8 (5^ies). mutuo: ISID. diff. app. 140. noxae: COLVM. 1 praef. 3. pignori: *saepe in* DIG (*v.* pignus). potui: *saepe ap. med. v.* potus. praedae: LIV. 2, 25, 5. 7, 16, 4 TAC. ann. 1, 57. praemio: PLIN. nat. 27, 45. purgationibus: PLIN. nat. 20, 214. sequestro: PLAVT. Vid. 57 CATO or. frg. 76. signo: VAL. MAX. 1, 5, 7 deus ... signo datus (*in re militari*). ITALA Is. 7, 14 (Tert. adv. Marc. 3, 13 p. 396, 25) -bit vobis dominus signo (VVLG. signum). sorti: ENN. ann. 329. veno: TAC. ann. 4, 1. usu: LVCR. 3, 971. *nota*: PLAVT. Poen. 1012 mures Africanos praedicat in pompam ludis (*an abl.? cf. p. 1677, 67*) dare se velle aedilibus. *cf. iuncturas quales* dare locum monumento *sim.* (*ex. gr. p. 1667, 34*), signum bello (*p. 1669, 34. cf. p. 1687, 47*), tempus litteris *sim.* (*p. 1680, 53*) *et nota dat. gerund. fin.*: SER. SAMM. 661 quodque illis (*sc. oculis*) -erat vallum natura tuendis (*cf. p. 1680, 37. 1681, 55. 1687, 74 al.*). **b** *sensu translato vitio, crimini sim.* (NON. p. 39, 14 vituperare dictum est dare vitio, tamquam culpae vel displicentiae. p. 279, 5 dare, ascribere): *poetis post* LVCIL. *inusitatum; seq. acc. c. inf.*: CIC. Brut. 277 LIV. 1, 5, 4 *al. enuntiatum* c. quod: CIC. off. 2, 58 MAT. Cic. epist. 11, 28, 2 *al.*): TER. Andr. 8 vitio (Ad. 418. CIC. S. Rosc. 48 et culpae. off. 1, 71. 112. 2, 58 MAT. Cic. epist. 11, 28, 2 TIRO Gell. 6, 3, 28 GELL. 11, 13, 10 [vitium *dett., v. p. 1691, 45*]. APVL. apol. 21 [*bis*] *syn.* opprobrari. 91 CAPITOL. Aur. 29, 6. MART. CAP. 3, 221 vitioque ... lepori). ACC. trag. 7 laudi (CIC. Cluent. 51 Planc. 89 Tusc. 1, 4 off. 1, 71. CAPITOL. Aur. 23, 2 laudi potius quam reprehensioni. LVCIL. 1333 honori (APVL. apol. 71 crimini potius quam honori). RHET. Her. 4, 36, 48 crimini (*v. vol. IV p. 1190, 82 sqq. nota acc. p. 1682, 41*). PLIN. nat. 7, 186 gloriae (SIDON. epist. 8, 15, 1). APVL. apol. 3 vitio vorti ... non mihi culpae dari. SCHOL. Hor. carm. 2, 4 pr. turpitudini. SCHOL. Cic. Bob. p. 89, 33 probro (p. 104, 27). CLAVD. MAM. epist. 2 p. 205, 4 neque dictum istuc aut assentationi aut adulationi detur.

5 *c. praepositionibus sim.* (*alia v. p. 1670, 76 sqq. al.*): pro: PLAVT. Asin. 229 quid me aequom censes pro illa tibi dare. 336 Capt. 947 *al.* TER. Phorm. 1039 Ad. 179 *al.* CIC. de orat. 2, 352 *et passim. aliter*: OV. epist. 10, 72 pro duce fila -di. Pont. 4, 10, 15 pro munere (VVLG. gen. 24, 53). PLIN. nat. 32, 33 pro antidoto. *cf. p. 1663, 78. 1665, 26. 1667, 41. 1668, 74. 1669, 46. 50. 1670, 17. 1690, 75. 1691, 58 al.* ob: PLAVT. Epid. 705 *al.* GRACCH. or. frg. Gell. 10, 10, 6 CIC. Verr. 3, 48. 69 *al.* de (*v. p. 50, 50 sqq.*), ex: PLAVT. Truc. 245 de thensauris. CIC. inv. 2, 87 de publico (Verr. 5, 9 LIV. 1, 43, 9. 2, 16, 7 *al.*). ad Brut. 1, 11, 1 ex sua pecunia. CAES. civ. 1, 6, 3 ex aerario (*v. vol. I p. 1057, 5 sqq.*). LIV. 10, 30, 10 ex praeda (40, 43, 7 *al.*). VVLG. *saepe.* AVG. in psalm. 95, 15 de cuius das? *aliter*: MART. 1, 76, 4 aes -bit ex istis nulla puella tibi. ab (*i. sumptu alicuius*): PLAVT. Capt. 449 sequere me, viaticum ut dem a trapezita tibi. CIC. Att. 5, 21, 11. *v. vol. I p. 17, 69 sqq.* ad, in (*relatione finali*): TER. Haut. 777 ad nuptias. CATO agr. 14, 3 ad opus. CIC. Cluent. 85 ad corrumpendum iudicem. CAES. civ. 2, 32, 14 ad contumeliam. *nota*: SCHOL. Verg. Veron. Aen. 1, 1 'vir' tribus modis ad intelligentiam datur. PRISCILL. tract. 3, 59 ad testimonium. TER. Ad. 370 in sumptum. VARRO rust. 3, 5, 8 in fenus (SCAEV. dig. 26, 7, 47, 4 DIG.). CIC. Rab. Post. 34. CAES. civ. 1, 23, 4 in stipendium. OV. am. 2, 10, 25 in vires alimenta. LIV. 4, 61, 10. 27, 9, 13. LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) in dotes (COLVM. 4, 3, 6 QVINT. decl. 347 p. 366, 26 ICT. *persaepe*). SIL. 1, 455 in praedas (OROS. hist. 7, 33, 5). 4, 757. ITALA gen. 9, 3 (Tert. anim. 38 Hier. adv. Iovin. 2, 5) in escam (VVLG. erit vobis in cibum). *al.* deut. 29, 8 (Lugd.) in sortem. Ezech. 18, 8 (Cypr. testim. 3, 48) in usuram (*cf.* CORP. XI 2596 X in usuris dent). *al.* HYG. fab. 167 p. 20, 13 cor ... in potionem. AMBR. Abr. 2, 7, 40 in possessionem. VVLG. *saepe.* AVG. nupt. et concup. 2, 13, 27 in praemium. CORP. XI 5764 b in aedem Dianae restituendam. cum (*cf. p. 1693, 82*): VITAE patr. 5, 10, 87 non des et accipias (*i. commercium, communicationem habeas*) cum saecularibus hominibus. *cf.* 5, 10, 29 *cum tentationibus* (*gr.* [Cotelier p. 495] δῶς καὶ λάβῃς μετ' αὐτῶν. *paulo aliter Löfstedt, Vulgärlatinska och senlatinska misceller, Helsingfors 1919*). *adde*: causa: VARRO ling. 5, 175 CIC. Verr. 6, 119 CAES. civ. 3, 31, 4 *al.* gratia: CORP. I² 60 nationu(s) gratia. VLP. dig. 6, 1, 15, 2. nomine: LEX Vrson. (Corp. I² 594) 71, 30. 37 stipis nomine. CIC. Verr. 3, 143 statuarum nomine. SEN. contr. 1, 8, 4. PLIN. epist. 10, 43, 3 viatici. GAIVS dig. 19, 5, 22 inst. 3, 139 *al.* SCAEV. dig. 18, 3, 6 pr. arrae vel alio nomine. *et saepius ap.* ICTOS. CORP. XIV 1644 -bit poenae nomine. *al.* loco: ARNOB. nat. 2, 70 maledicti et criminis loco dare (*p. 1684, 61. 1694, 53. 1695, 2*).

6 *c. abl. pretii* (*cf. p. 1693, 50*): PLAVT. Asin. 194 gratiis. Curc. 480 qui dant quique accipiunt fenore (*v. vol. VI p. 481, 67 sqq.*). 494 mancipio (*q. v.*). Persa 590 indica, minimo -urus qui sis. 665 *al.* TER. Phorm. 888 ingratiis. LVCIL. 199 pretio ingenti. VARRO ling. 5, 40 pignore. *al.* CIC. off. 2, 58 in caritate asse modium populo -dit. top. 45. 100. Att. 5, 21, 12 quaternis. CVLEX 63 Attalicis opibus. INSCR. Dessau 8507 loc(us) gratuit(o) dat(us). *passim.*

7 *c. gen.*: **a** *pretii*: TER. Ad. 203 tanti. SISENNA Miles. frg. 8 quanti dantur (LIV. 2, 34, 7). VARRO rust. 3, 7, 10 minoris quadringentis denariis. **b** *epexeg.*: PLAVT. Cist. 562 unde tibi talenta magna viginti pater det dotis (Persa 394 TER. Phorm. 723 VARRO Men. 38 *v.* dos). CIC. Verr. 4, 72 Apronio dent lucri tritici medimnum *tot* (4, 73. 75. 86. 90). LIV. 38, 39, 19 muneris ... minus dena milia aeris. *singulariter*: AFRAN. com. 431 nauci dare. VVLG. I Macc. 15, 35 horum (τούτων, *i. pro iis*) damus talenta centum.

8 *c. gerund.*: NAEV. com. 78 anulum alii dat spectandum (PLAVT. Asin. 778 *opp.* roget). PLAVT. Asin. 444 scyphos ... utendos (Curc. 603 Men. 657 *opp.* condonavi. 659 Persa 118 *al.* ENN. scaen. 315. CATO agr. 5, 3. OV. ars 1, 433 *opp.* reddere. VLP. dig. 13, 6, 1, 1 inter commodatum ... et utendum datum ... interesse. *al.*). Asin. 676 *cruminam* servandam (*cf.* Bacch. 338 Merc. 238 TER. Eun. 904 OV. met. 4, 647). Curc. 439 statuam volt dare ... faciundam (*cf.* Men. 542 TER. Ad. 585). Men. 733 *pallam* concinnandam. *al.* TER. Phorm. 466 vitam tuam tutandam aliis. CATO agr. 16 calcem partiario coquendam. LEX agr. (Corp. I² 585) 31 ager fruendus. RHET. Her. 1, 14, 24 scripta agenda. CIC. Flacc. 30 bellum ... gerendum (Phil. 11, 18). Deiot. 11 rem publicam defendendam (Phil. 8, 15). Phil. 5, 7. 7, 5 *al.* de orat. 2, 223 orationem legendam (*bis.* Att. 12, 18ᵃ, 2 *al.* NEP. Lys. 4, 3 *al.*). rep. 3, 16 agros locupletium plebi ... colendos. Att. 2, 1, 1 librum ... perferundum (*cf.* PLANC. Cic. epist. 10, 21, 3 BELL. Afr. 4, 4). 7, 17, 2 res ... Sestio nostro scribendas (*cf.* VAL. MAX. 1, 1, 13). epist. 14, 14, 1 diripiendam urbem (CAES. civ. 3, 31, 4 BELL. Afr.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

74, 2 Liv. 2, 5, 2 *saepe*. Amm. 30, 8, 9 *al.*). Verg. Aen. 9, 310 patri mandata -bat portanda. Tib. 1, 7, 40 Bacchus . . . pectora tristitiae dissoluenda -dit. Eleg. in Maecen. 1, 126. Ov. am. 1, 4, 12 verba ferenda (1, 12, 22 met. 14, 707. epist. 7, 16 *syn.* tradet). epist. 17, 164 colla tenenda. ars 3, 528 *syn.* commisit. met. 4, 424 laceranda suae nati dare viscera matri. fast. 4, 548 papavera . . . bibenda. *al.* (*cf.* Val. Max. 2, 4, 5 Sen. benef. 3, 24, 1 Plin. nat. 20, 40 *al.*). Epist. Sapph. 192. Liv. 3, 70, 2 datur media acies tuenda (*cf.* 22, 45, 8 media pugna tuenda. 27, 28, 4. 28, 10, 13 Cvrt. 4, 13, 35). 35, 1, 12 cetera vendenda quaestori data. 36, 22, 8 oppidum oppugnandum. *al.* Manil. 4, 438 nec fingenda datur . . . figura. Octavia 612 orbem . . . regendum. Sen. dial. 5, 25, 4. 9, 3, 7 nat. praef. 7. 5, 18, 5 aëra ventis exercendum. epist. 33, 7 *al.* Colvm. 5, 12, 2 *cytisum* potandum (*cf.* 6, 14, 1. 6, 17, 3 *al.*). Scrib. Larg. 9 uvam passam . . . commanducandam (*cf.* Ser. Samm. 397). 122. Lvcan. 2, 96 gestanda . . . signa ducis. *al.* Pers. 5, 22 tibi . . . excutienda damus praecordia. Petron. 67 crotalia . . . consideranda. Plin. nat. 9, 122 *saepe*. Sil. 6, 486. 9, 654. 10, 306 bella agitanda. 12, 165 qui non turribus arma defendenda -ret. 13, 647 haec . . . noscenda. Stat. Theb. 4, 80. Mart. 9, 91, 4 responsa haec referenda. Qvint. inst. 2, 13, 13 *Menelaum* suo cuique animo -dit aestimandum. 8, 3, 13 *al.* Flor. epit. 1, 2, 3. Vervs Fronto p. 132, 5 N. rem . . . existimandam dare. Svet. Aug. 89, 1. Apvl. met. 3, 18 capillos . . . adolendos. Roman. Char. gramm. I 128, 5 'ego' pronomen ita declinandum -dit. Gaivs inst. 3, 143 *al.* Don. Ter. Andr. 435 explicandum dat. Amm. 15, 4, 8 terga ferienda. 18, 7, 10 quae amplectenda fortuita -ret occasio. Vvlg. exod. 6, 8 deut. 19, 10. 26, 1. Macr. somn. 1, 2, 8 *comoedias* agendas. *nota*: Physiogn. 39 malignos mores *oculi* . . . dant intellegendos. Coripp. Ioh. 4, 19 signa movenda damus (*i. moveri iubemus*).

9 *reflexive: v. p. 1698, 16 sqq. 33 sqq. 51. 1699, 37 sqq.*

CAPVT ALTERVM.

dare *aliquem*

1 *non reflexive*: **A** *i. q. aliquem alicui permittere, concedere*: **1** *in rebus privatis*: **a** *generatim*: Plavt. Aul. 332 tibicina. Bacch. 1065 da aliquem qui servet me. Capt. 364 ego te aestumatum huic -di viginti minis. Cas. 42 puellam *expositam* (Cist. 171 *al.*). Curc. 433 virginem. Merc. 332 *opp.* vendat. 401. Pseud. 865 custodes (Mart. 10, 69, 1). Stich. 444 advorsitores. Truc. 409 puerum. Vid. 24 operarium. *al.* Ter. Eun. 365 eunuchum. Ad. 132 *opp.* reposcere. Cato agr. 145. Rhet. Her. 4, 51, 64 aedes commodavi, familiam -di. Verg. Aen. 5, 284 serva. *al.* Ov. am. 3, 4, 45 cole, quos -erit — multos -bit — uxor amicos. met. 6, 324 ducem (*q. v.*). 9, 376 infantem maternis demite ramis et date nutrici. Sen. dial. 4, 21, 9 praeceptores paedagogosque (*cf.* benef. 1, 9, 1 Socraten. epist. 11, 9 Calp. decl. 17). Colvm. 3, 21, 6 antistites. Ivv. 7, 43 libertos. *passim. praesertim de servis* (*saepissime ap.* Ictos). *de captivis*: Verg. Aen. 9, 271. Prop. 1, 19, 14 heroinae, quas -dit Argivis Dardana praeda (*cf.* Sil. 16, 553). Ov. met. 11, 217 *al.* Liv. 23, 7, 2. *iuncturae*: Plavt. Capt. 19 -dit eum . . . peculiarem (982. 988. 1013). Sen. contr. 7, 6 (21), 3 *servum* dotalem. Plavt. Merc. 440 non centum (*sc. minis*) datur. *v.* mancipio, dono. **b** *speciatim: in matrimonio et re amatoria* (*uxorem dant vel pater adulescentis* [*ut* Plavt. Men. 61 Most. 758] *vel puellae* [*ex. gr.* Plavt. Rud. 1197 Ter. Andr. 149] *vel alii* [Plavt. Cas. 262 *domini servae*. Trin. 681 *frater*] *vel dei, deae* [Trag. inc. 175 Amor. Liv. 1, 46, 8 dei. Stat. silv. 2, 7, 84 Apvl. met. 10, 32. *cf. l. 63. 64*]): Plavt. Aul. 155 si quam dare vis, ducam. 157. 158. Cas. 53 *uxorem*. Cist. 308 si detur sola soli. Poen. 1414 amicam. *passim ap. com.* Pacvv. trag. 167. Lvcil. 997 cui sit data deque dicata. Acc. trag. 474 quem mihi iungent? cui . . . dignabor dari? Varro ling. 6, 71 *filiam*. rust. 3, 16, 2 Svlp. Rvf. Gell. 4, 4, 2 quam ob rem data acceptave non esset uxor. Verg. catal. 12, 2, 3. 6 ecl. 8, 26 Aen. 1, 345. 7, 433 coniugium. *al.* Tib. 2, 4, 26 *Venus* dominamque rapacem dat mihi. Ov. epist. 6, 134 me (*Hypsipylen*) tibi teque mihi taeda pudica -dit. ars 1, 55 -bit . . . Roma puellas. fast. 6, 221 *al.* Liv. 38, 57, 7. 42, 12, 3 sororem. Sen. contr. 7, 6 (21), 7 servo filiam. Stat. silv. 3, 4, 45 *passim*. *nota*: Enn. scaen. 196 pecudi dare vivam marito. Ov. epist. 15, 205 socerum. Sen. Herc. O. 530 nurum. *datur maritus*: Novivs Atell. 32. Ov. epist. 12, 197 te peto . . ., quem nobis ipse -isti (*sim.* Sen. Herc. O. 1493). fast. 6, 232. Sen. contr. 7, 8 (23), 11 *opp.* subducere. Sen. Tro. 875 coniugium. Tac. ann. 4, 53. 14, 61 *al. cf.* Plavt. Persa 804 vin cinaedum novom tibi dari . . .? Petron. 24, 1 domina, certe embasicoetan iusseras dari. *iuncturae huc pertinentes*: Plavt. Aul. 793 eamque uxorem mihi des (*v.* uxor *et cf. vol. IV p. 344, 36 sqq.*). Ter. Andr. 295 te isti virum do (Sen. contr. 9, 1, 1). Ov. met. 9, 14 *Hercules* Iovem socerum dare se . . . referebat (13, 855). Sen. Herc. O. 403. Cvrt. 10, 1, 5 nobilem virginem . . . servo . . . pelicem. *al.* Plavt. Trin. 691 sororem in concubinatum tibi . . . -isse magis quam in matrimonium (*q. v.*). Ter. Andr. 830 filiam ut -rem in seditionem atque in incertas nuptias (Vvlg. Luc. 17, 27 ad nuptias [*ἐγαμίζοντο*]. *cf. vol. IV p. 324, 77. 815, 41*). Plavt. Aul. 27 quo illam facilius nuptum . . . -ret (*v.* nubo). Itala gen. 3, 12 (Aug. civ. 14, 11. 14) mulier, quam -isti mecum (*v. vol. IV p. 1375, 36 sqq.*). Ios. 15, 16 *et* iud. 1, 12 (Aug. quaest. hept. 7, 3) -bo ei filiam . . . in uxorem (*δώσω . . . εἰς γυναῖκα, cf.* Vvlg. Tob. 6, 13 Lib. iubil. 28, 18. 20).

huc revocandus usus reflexivus (*aliter p. 1714, 35*): COD. Iust. 2, 41 (42), 1 pr. (*a. 232*) num ... diligens pater familias fuerit actibusque publicis industrium se -uerit. CLAVD. DON. Aen. 11, 254 p. 446, 17 in quo se benivolum -et (*i. praestat, probat. cf. etiam* AVG. civ. 22, 1 p. 554, 5 *p. 1718, 20*).

d *pass. c. nom. c. inf.*: RVSTIC. synod. (Conc. ed. Schwartz I 4, 2) 258ª p. 190, 12 qui per animi tumorem ex sua corripi persona non sustinent ..., detorta in alterius personam correptione monendi -entur. CASSIOD. var. 7, 1, 1 quamvis ... civilibus vestibus videantur induti, qui destrictionem publicam -entur (videntur *var. lect.*) operari (*i. quos constat operari*).

e *c. enunt. interrog.*: CIC. Flacc. 69 illa gens ... quam cara dis immortalibus esset, -uit, quod est victa, quod elocata, quod serva. Sest. 86 *Milo* mihi unus ... videtur re -uisse, non verbis, ... quid oporteret fieri. CAES. Gall. 6, 1, 4 et celeritate et copiis -uit, quid populi Romani disciplina atque opes possent. LIV. 9, 45, 7 quod quanto opere optandum foret, Hernicos -uisse. 38, 17, 8 T. Manlius, M. Valerius, quantum Gallicam rabiem vinceret Romana virtus, -uerunt. SIL. 15, 763 ite, -ete (-ere *codd., fort. recte*) viri, Romanae vulnera suerint quanta afferre manus. QVINT. inst. 6, 3, 1 quanta sit in *risu movendo* difficultas, vel duo maximi oratores ... -ent. DRAC. Orest. 452 quid sit honestus amor, multae -uere puellae.

III *praevalente notione* ***instruendi, praecipiendi:***

A ***sensu strictiore*** *de crudiente, instruente, praeceptore, magistro*: VARRO frg. Non. p. 447 educit enim obstetrix, educat nutrix, instituit paedagogus, -et (hoc et *codd.*) magister (*cf. p. 1724, 45*). NON. p. 289 -ere significat disciplinam vel artem quampiam magisterio dare. AVG. grat. Christ. 10, 11 p. 134, 12 si inter -ere et suadere vel potius exhortari distare aliquid videtur, etiam hoc tamen doctrinae generalitate concluditur (*cf. p. 1744, 16*). ISID. diff. 1, 177 discit, qui non novit, -et vero, qui novit.

1 ***de animantibus -entibus*** *(de bestiis: p. 1723, 26. 82. 1724, 1. 1725, 52. 53. 70. 74. 1727, 71. 1732, 40. 1734, 45. 53. 1735, 20; de* anima: *p. 1720, 79; de arundine in fabula -ente*: APVL. met. 6, 13 *v. p. 1731, 14. pro 'senibus' est* senectus: *p. 1723, 24):*

incertum, cui ex capitulis sequentibus inserendum: LIV. ANDR. carm. frg. 25 nam diva Monetas filia -uit (*fort. ad f, cf. Hom. Od. 8, 481 ἀοιδοὺς ... οἷμας Μοῦσ' ἐδίδαξε. Leo, Sat. Vers p. 39*).

a ***absolute*** *vel ita ut obi. supplendum sit* (*pass. p. 1720, 49. 1722, 39*): PLAVT. Aul. 241 novi, ne -eas (434 scio, ne -e, novi. Persa 677 ne -e. *cf. locut. proverb. p. 1747, 77*). Persa 184 satin haec meministi et tenes? :: melius quam tu, qui -uisti. Poen. 604 en edepol mortalis malos! :: ego enim -ui. :: quis te porro? VARRO ling. 6, 62 cum -emus *v. p. 1702, 33*. RHET. Her. 3, 9, 16 argumentationes disponemus, quemadmodum in libro secundo -uimus (4, 45, 58 contentio ... est in verborum exornationibus, ut ante -uimus, huiusmodi [COLVM. 2, 12, 6 cannabis seritur, ut supra -uimus. 6, 12, 4. 6, 14, 1. arb. 3, 6 sicuti primo -uimus volumine. PLIN. nat. 29, 108 lacertae, ut -uimus, combustae]. PLIN. nat. 14, 77 ad plurimos ... usus excogitatum, ut -ebimus in parte medicinae. *sing.*: CELS. 7, 26, 2ᶜ sicut in curatione -ebo. 7, 27, 8 extendendi ..., ut supra -ui [posui *var. lect.*], pedes. *cf. p. 1720, 22 sqq.*). CIC. Q. Rosc. 31 quo quisque est sollertior et ingeniosior, hoc -et iracundius et laboriosius. dom. 141 illo pontifice [et] magistro, qui cogeretur -ere, antequam ipse didicisset. de orat. 1, 126 summum illum doctorem ... qui cum mercede -eret, tamen *eqs.* (VVLG. Mich. 3, 11 sacerdotes eius in mercede -ebant. *cf.* PAVL. dig. 17, 1, 26, 8 ut gratis -eret, rogatus). de orat. 1, 165 ii qui -ent *sc. rhetores* (2, 117 isti quidem, qui -ent. orat. 143 [*de iuris consultis*] alteros ... respondentes audire sat erat, ut ii, qui -erent, nullum sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent, sed eodem tempore et discentibus satis facerent et consulentibus. CVRT. 5, 2, 19 conficere *vestem* neptes suas adsuefaceret: dono se, ⟨quae⟩ -ere⟨n⟩t, dare. QVINT. inst. 2, 17, 43. IVV. 6, 365, 20 *infra l. 36*. AVG. doctr. christ. 4, 10, 24 p. 100 qui -et, vitabit omnia verba, quae non -ent). de orat. 3, 87 qui -ere fideliter possit. orat. 144 'dignitatem -ere non habet' *v. p. 1726, 23*. leg. 1, 27 *natura* etiam nullo -ente ... confirmat ipsa per se rationem (OV. fast. 5, 668 *Mercurio* didicit culte lingua -ente loqui. MART. epigr. 17, 3 quod ... elephas te, Caesar, adorat, ... non facit hoc iussus nulloque -ente magistro. PLIN. epist. 4, 19, 4 versus ... meos cantat ... formatque cithara, non artifice aliquo -ente, sed amore, qui magister est optimus. CYPR. domin. orat. 7 p. 270, 22 domino. epist. 74, 4 p. 802, 7 Stephano fratre nostro. LACT. inst. 3, 21, 2 -ente ... Socrate non fugit Platonem *eqs.* FILASTR. 104, 6 divino spiritu. CLAVD. DON. Aen. 2, 680 p. 240, 24 Vergilio [4, 675 p. 418, 4 ipso. 5, 15 p. 427, 11. 6, 280 p. 546, 3]. 10, 258 p. 327, 18 quod Cymodocea -ente [*fere i. q. monente, hortante*] perceperat. 12, 395 p. 599, 13 *artes* Phoebo -ente cognoverat [12, 405 p. 600, 19]. PAVL. MED. bened. 9, 1 Hieronymo -ente discimus. SCHOL. Ter. p. 60, 8 Prisciano -ente II. libro pronominis. *plur.*: PALLAD. 12, 12, 2 Graecis -entibus [*cf.* 1 asserentibus] uvas ... suspende. OPTAT. 2, 26 p. 65, 18 vobis ... -entibus ... didicerunt. AVG. civ. 21, 6 p. 499, 20 D. ipsis *daemonibus* -entibus disci). Tusc. 1, 46 ut non physici solum -ent, verum etiam medici (TERT. adv. Val. 2 p. 178, 22 ut -et ipsa Sophia ... Solomonis. adv. Prax. 8 p. 238, 19 quemadmodum etiam paracletus -et. resurr. 5 p. 31, 14. AMM. 15, 1, 4 ut -ent mathematici concinentes. 30, 8, 14 ut sapientes -ent. *cf. p. 1719, 68 sqq.*). nat. deor. 1, 10 obest plerumque iis, qui discere volunt, auctoritas eorum, qui se -ere profitentur; desinunt enim suum iudicium adhibere. off. 1, 158 tum -ere, tum discere vellet. epist. frg. I (Suet. rhet. 26) primum Latine (*cf. p. 1722, 51, aliter p. 1733, 58*) -ere coepisse L. Plotium quendam. OV. am. 2, 5, 55 haec *oscula*, quam -ui, multo meliora fuerunt et quiddam visast addidicisse novi (*item sensu erotico*: ars 3, 43 *puellae* nunc quoque nescirent [*sc. amare*], sed me Cytherea -ere iussit. MART. 11, 78, 12 Suburanae tironem trade magistrae: illa virum faciet; non bene virgo -et. *cf.* IVV. 6, 365, 20 his clunem atque latus discunt vibrare magistris, quicquid praeterea scit, qui -et. *v. etiam p. 1723, 71. 1724, 53. 1729, 22. 1730, 19*). SEN. clem. 1, 16, 3 praeceptor ..., qui monitionibus et verecundia emendare ac -ere malit. epist. 7, 8 homines, dum -ent, discunt. 52, 8 eligamus ... eos, qui vita (*Muret.*, vitam *codd.*) -ent. 78, 20 si animus tibi esse in usu solet, suadebis, -ebis, audies, di⟨s⟩ces *eqs.* COLVM. 1, 8, 3 *opp.* imperare. PETRON. 85, 3 iam ego coeperam ephebum in gymnasium deducere, ego studia eius ordinare, ego -ere ac praecipere. SIL. 7, 557 suscensere nefas patriae ... sic -uere senes (QVINT. inst. 1, 5, 25 quosdam eruditos ... sic -ere ac loqui, ut *eqs.* TERT. adv. Marc. 4, 35 p. 539, 10 si ita -et, qui *eqs.* OPTAT. 3, 3 p. 74, 1 sic enim -et [-et dicens *G*] ... Paulus: *eqs.* FILASTR. 50, 1 coepit dicere -ens ita. 59, 1 quae *haeresis* -et ita: *eqs.* AVSON. 418, 39 sic ... Pythagoram -uisse. CLAVD. MAM. anim. 1, 6 p. 41, 8 a nescio quibus ... sic -eri, ut ... dicant *eqs.* 2, 9 p. 131, 23 cur taliter -es? *aliter l. 56 et p. 1721, 5*). MART. 11, 99, 7 emendare cupis vitium deforme? -ebo: *eqs.* QVINT. inst. 1, 2, 8 nos -uimus, ex nobis audiunt (*sc. liberi verba obscaena*). 1, 4, 17 *v. p. 1751, 63*. 2, 8, 11 *Isocratem* non magis libri bene dixisse, quam discipuli bene -uisse testantur. 2, 9, 3 ut illorum officium est -ere, sic horum, praebere se dociles. 8 prooem. 5 *v. p. 1726, 58*. 10, 5, 19. SVET. gramm. 24 numquam ita -uit, ut magistri personam sustineret. FRONTO p. 146, 19 N. TERT. orat. 1 p. 180, 14 *dei* sermo, quo -uit *Christus* (anim. 16 p. 322, 14 rationale, quo -et, quo disserit *Christus*). bapt. 17 p. 215, 11 petulantia ... mulieris, quae usurpavit -ere, utique non etiam tinguendi ius sibi pariet (*ibid.* p. 215, 20 *Paulus* ne -ere [*sic codd., cf. Hartel, Patr. Stud. IV 13*] quidem constanter mulieri permisit. praescr. 41, 5 mulieres haereticae ... quae audeant -ere ... forsitan et tingere. HIER. hom. Orig. in Is. 6, 3 p. 273, 15 B. -ere ... mulieri non permitto. *cf. p. 1721, 72. 1754, 9*). adv. Marc. 3, 6 p. 384, 20 populo ... audituro ... Christum -entem. 4, 3 p. 428, 1 aliter agendi, quam -ebat. 4, 29 p. 524, 2 adimplens omnia ... nec aliter -ens. 5, 18 p. 641, 25 si duo (*dei*) sunt, illum sequar, qui prior -uit. uxor. 2, 9 p. 696 Oe. simul orant (*coniuges*), ... simul ieiunia transigunt, alterutro -entes (duc- *var. lect.*), alterutro exhortantes, alterutro sustinentes. ITALA Matth. 7, 29 (Tert. adv. Marc. 4, 13 p. 457, 1) erat enim -ens (*cf. p. 1721, 23. 1724, 4*) tamquam virtutem habens (διδάσκων αὐτούς, VVLG. -ens eos). HERM. vulg. vis. 3, 5 hi sunt apostoli et episcopi et doctores et ministri, qui ... episcopatum gesserunt et -uerunt (διδάξαντες) et ministraverunt (sim. 9, 25 p. 149, 4 quidam doctores, qui caste et severe praedicaverunt ac -uerunt; *gr.* διδάξαντες σεμνῶς καὶ ἁγνῶς τὸν λόγον τοῦ κυρίου). CYPR. zel. 12 p. 427, 11 doctorem ... eum maximum in regno caelorum vocari, qui -uerit etsic fecerit (*i. qui quod -uerit, fecerit; cf. p. 1721, 7. 1727, 10*). ARNOB. nat. 2, 26 nolo animam discere, sed -ere. HIL. in Matth. 17, 1 -et dominus et rebus et verbis. OPTAT. 7, 1 p. 166, 14 et -ere et -eri cupientibus (RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 49, 1 inter -ere et -eri [τοῦ παιδεύειν καὶ παιδεύεσθαι] nulla erit differentia?). FILASTR. 40 similiter -ens adserit *eqs.* 107, 7 -uerunt dicentes. AVSON. 198, 10 tertius horum mihi non magister, ceteri primis -uere in annis (*sc. me. cf.* 419, 24 *te.*

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

HIER. epist. 22, 41, 3 laetabitur *altera quasi mater tua*, quod genuit, exultabit *altera*, quod -uit *sc. te*). AVSON. 408, 10 quotque -es horis (*sc. sex*), quotque domi resides. QVEROL. p. 58, 22 *opp:* ediscere. AMM. 22, 10, 7 arcebat -ere magistros rhetoricos et grammaticos *Christianos* (25, 4, 20). HIER. epist. 64, 20, 5 prius facimus, sic (*i. deinde*) -emus, ne doctrinae auctoritas ... operibus destruatur (*cf.* VVLG. Matth. 5, 19 qui ... fecerit et -uerit). VVLG. II par. 17, 7 misit ... *eos*, ut -erent in civitatibus (Matth. 11, 1 *iunct.* praedicare, *gr. διδάσκειν καὶ κηρύσσειν*). Matth. 4, 23 (= 9, 35) -ens in synagogis eorum et praedicans euangelium (*διδάσκων ... καὶ κηρύσσων*). Marc. 11, 17 -ebat dicens eis (*ἐδίδασκεν καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς*). Luc. 5, 17 sedebat -ens (*ἦν διδάσκων*). Rom. 12, 7 qui -et in doctrina (*ὁ διδάσκων ἐν τῇ διδασκαλίᾳ*). I Cor. 4, 17 sicut ubique in omni ecclesia -o (*καθὼς ... διδάσκω*). 7, 17 in omnibus ecclesiis (*gr. διατάσσομαι; inde* -o *falso etiam* 14, 33 *illatum*). I Tim. 1, 3 ne aliter -erent (*fere i. q. perperam -erent, gr. ἑτεροδιδασκαλεῖν; item* 6, 3. EPIST. pontif. 937 a. 554 [Conc. ed. Schw. IV 2] 100 p. 156. *v. etiam l. 73. p. 1726, 83. cf.* CASSIOD. Didym. in I Ioh. 2, 18/20 p. 49, 30 Z. non de omnibus false -entibus hoc scriptum est, *sed de eis* ... qui false de Christo -ent). Tit. 2, 3 anus *sint* ... bene -entes (*καλοδιδάσκαλοι*), ut prudentiam -eant adulescentulas, ut viros suos ament (*ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας φιλάνδρους εἶναι*). *al.* PELAG. in Phil. 4, 3 feminas, quae non in ecclesia, sed in domo erant -entes. AVG. in euang. Ioh. 119, 2 p. 1950 (= serm. 234, 2 p. 1116) *v. vol. III p. 613, 4.* epist. 193, 4, 13 *opp.* discere. civ. 2, 6 p. 60, 8 D. -entium deorum praecepta. PAVL. MED. bened. 9, 1 -entium magistrorum uberrimam doctrinam. COD. Theod. 6, 21 (= COD. Iust. 12, 15) rubr. de professoribus, qui in urbe ... -entes *eqs.* 13, 3, 5 (*a. 362*) quisque -ere vult, non repente nec temere prosiliat ad hoc munus, sed *eqs.* 13, 4, 3 qui -ere sufficiunt *v. p. 1725, 18*: 14, 9, 3 pr. (*a. 425*) qui in Capitolio tantum -ere praecepti sunt. COD. Iust. 1, 1, 8, 19 sicut vestra apostolica sedes -et atque praedicat. OP. imperf. in Matth. 6 p. 672 quos *doctor* illuminat -ens. ORIG. in Matth. 18, 49 p. 1675^{A} -ere ... est prophetare. *nota*: CORP. V 5124 (*tit. gladiator., aet. inc.*) -et Faustus ('*doctor Threcum videtur fuisse*'. *Dessau ad n. 5092*). ***gerund.:*** *gen.*: VARRO ling. 6, 62 ab -endo ... documenta, quae exempla -endi causa dicuntur (RHET. Her. 1, 16, 26 hoc modo, ut -endi causa in hac potissimum causa consistamus. CIC. inv. 1, 18 orat. 63. 82 part. 34. fin. 4, 38 fingere aliquid. Tusc. 4, 16 utendum ... verbo minus usitato. 4, 66. VLP. dig. 9, 2, 5, 3 sutor puero discenti ... parum bene facienti ... forma calcei cervicem percussit ... monendi et -endi causa. *inc.*: TERT. adv. Marc. 5, 8 p. 600, 8 ne quid -endi [disc- *codd.*, doc- *Rhen. in mg. ed. pr., def. Hartel, Patr. Stud. IV 14*] dumtaxat gratia loquantur *mulieres in ecclesia.* MART. CAP. 4, 400 [dic- *codd., prob. Dick vix recte*]. *aliter p. 1710, 6 sqq.*). CIC. orat. 114 quae ... res (*loquendi ratio*) duplicem habuit -endi (*pass., i. qua -eatur*) viam (*act.*: leg. 2, 8 est ista recta -endi via. QVINT. inst. 7, 10, 5). orat. 143 *nullum* habebant instituendi aut -endi locum *i. facultatem* (fin. 1, 10 non est omnino hic -endi locus). rep. 1, 13 studio discendi et -endi (2, 1 vel discendi ... vel -endi. LACT. inst. 3, 13, 12 AVSON. 192, 18. 198, 5 sedulum. CLAVD. DON. Aen. prooem. p. 1, 7. COD. Theod. 13, 4, 3 [*a. 344* = COD. Iust. 10, 66, 2] mechanicos et geometras et architectos ... in par studium -endi atque discendi ... perpellimus). leg. 1, 38 genere (SVET. gramm. 17). 2, 47 *iuris consultorum* ignoratione -endi; nam non solum scire aliquid artis est, sed quaedam ars etiam -endi. COLVM. 2, 21, 6 curam (*cf. p. 1727, 35*). QVINT. inst. 1 prooem. 23 ratio (3, 11, 21 SVET. rhet. 25 FRONTO p. 213, 4 N. [*sent. marg.*]. TERT. idol. 10 p. 40, 19 discendi et -endi [AVG. civ. 8, 7 p. 331, 29 D.]. PANEG. 4 [9], 3, 1 -endi praecipiendique rationibus). inst. 1, 1, 24 brevia -endi monstrare compendia. 2, 3, 2 onus dedocendi gravius *premit* ... quam -endi. 2, 5, 2 legem. 2, 8, 14 partibus (CLAVD. DON. Aen. 9, 173 p. 210, 28 -endi iubendique). inst. 2, 15, 18 *Gorgiae* Socrates (*cf. Plato Gorg. 455^{A} ἡ ῥητορικὴ ... πειθοῦς δημιουργός ... πιστευτικῆς ἀλλ' οὐ διδασκαλικῆς*) persuadendi, non -endi concedit facultatem (PLIN. epist. 7, 27, 1 discendi ... -endi. HIER. epist. 134, 1, 3 -endi in ecclesiis. EPIST. imp. Valent. et Marc. a. 452 Mansi 7, 506). PLIN. paneg. 15, 2 nihil ... discendum haberes tempore -endi (*cf. infra l. 84*). TERT. bapt. 1 p. 201, 15 ius. 17 p. 215, 20 -endi et tinguendi (*i. baptizandi*) ... potestatem (FIRM. math. 3, 7, 13 faciet scribas ... aut qui cum imperatoribus constituti -endi habeant aliquam potestatem). bapt. 17 p. 215, 15 licentiam mulier⟨um⟩ -endi tinguendique. praescr. 38, 2 quibus fuit propositum aliter (38, 3. *v. l. 15*) -endi, eos necessitas coegit aliter disponendi instrumenta doctrinae. HIL. in psalm. 2, 3 p. 39, 25 principes doctoresque synagogae ... qui certissimi ... erant auctores -endi. AVSON. 207, 9 mercede. 209, 2 munus (404, 21). 470, 17 cura. HIER. epist. 52, 3, 5 in -endi scribendique labore. 143, 1, 2 libertatem. RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 15, 1 cathedra (epist. Clement. 17 *Christus episcopo* -endi credidit cathedram). hist. 6, 3, 8 catechizandi ei, id est -endi magisterium in ecclesia tribuit (*τῆς τοῦ κατηχεῖν διατριβῆς*). COD. Theod. 6, 21, 1 (*a. 425*) -endi peritiam facundiamque dicendi. CIC. Tusc. 3, 77 nihil ... esse malum, quod turpe non sit, si lugenti persuaseris, non tu illi luctum, sed stultitiam detraxeris; alienum autem tempus -endi (*cf. supra l. 68*). QVINT. inst. 1, 3, 1 tradito sibi puero -endi peritus ingenium eius ... naturamque perspiciet. 2, 3, 7 non ignarum -endi. AVSON. 195, 33 nec -endi pertinax. *abl.*: VARRO ling. 6, 62 ab -endo *v. p. 1721, 36.* 10, 55 in -endo (RHET. Her. 3, 4, 8 *opp.* in dicendo. CIC. Brut. 316 in ... instituendo -endoque prudentissimum. ac. 2, 96 in -endo eum primum concludendi modum traditis. fin. 3, 4 rhetorum artes ... verbis ... in -endo quasi privatis utuntur ac suis. QVINT. inst. 1, 2, 15 nec officium in -endo spectet *praeceptor*, sed adfectum. 2, 2, 5 *praeceptor sit* simplex in -endo. 2, 4, 1. ITALA Marc. 12, 38 [codd. e k] in -endo dicebat [*ἐν τῇ διδαχῇ ἔλεγεν*, VVLG. dicebat in doctrina sua]. LACT. inst. 4, 24, 5 caelestis *doctor* in -endo ... perfectus ... sit. OROS. apol. 18, 3 suadibilis in -endo. *ibid.* cui doctrina in -endo commissa est. GENNAD. vir. ill. 54 insignis in -endo [*fere i. q. declamando, cf. p. 1727, 65 sq.*] ex tempore declamator. CONST. Sirm. 12 *haereticos* ... sacerdotum ... auctoritas in -endo emendare debuerat). CIC. fin. 3, 65 prodesse ... quam plurimis ... -endo rationibusque prudentiae tradendis. off. 1, 50 ratio et oratio, quae -endo, discendo, communicando ... conciliat inter se homines. SEN. benef. 6, 16, 6 *praeceptor* -endo et laborem et taedium tulit (*v. qu. seq.*). SVET. gramm. 5 *v. l. 47.* TERT. apol. 50, 14 nec tamen tantos (*i. tot*) inveniunt verba (*philosophorum*) discipulos, quantos Christiani factis -endo. FILASTR. 75, 4 hoc nuntiabat -endo ac rebus testantibus confirmando. 89, 5 paenitudinem etiam non excludit -endo (*i. hoc -ens*). AVSON. 322, 66 mille -endo ingenia expertus. CLAVD. DON. 9, 203 p. 213, 21 erudire est novitatem ... rudem facere -endo meliorem. HIER. epist. 50, 5, 4 non reprehendendo, sed -endo ... corrigere. AVG. epist. 22, 1, 5 *opp.* iubendo. c. Faust. 22, 36 p. 630, 12 palam -endo et arguendo *Christus* dei demonstrat potestatem. *acc.*: CIC. Brut. 306 qui quamquam se nemini ad -endum dabat, tamen consulentibus respondendo studiosos audiendi -ebat. fin. 3, 66 non facile est invenire, qui, quod sciat ipse, non tradat alteri; ita non solum ad discendum propensi sumus, verum etiam ad -endum (*item opp.* ad discendum: VAL. MAX. 8, 7 ext. 8). Att. 8, 4, 1 hominem ... minime aptum ad -endum. SEN. epist. 121, 2. FRONTO p. 114, 10 N. Zeno ad -endum planissimus. TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 435, 16 etsi passim synagoga adiretur, non tamen ad -endum nisi ab optime cognito. 4, 39 p. 558, 16 erant et loca alia apud Hierusalem ad -endum ... sed enim per diem in templo -ebat. *gerundiv.*: HIER. epist. 49, 13, 2 aliud est quaerere, aliud definire: in altero pugnandum, in altero -endum est.

significanter *dictum i. q. magistrum esse, scholam habere* (*cf. etiam p. 1720, 71 sqq.*): CIC. orat. 112 qui quasi -ere videmur. 144 *v. p. 1720, 5.* ad Q. fr. 2, 4, 2 Tyrannio -et apud me. SEN. contr. 2 praef. 5 habuit et Blandum rhetorem praeceptorem, qui ⟨primus⟩ eques Romanus Romae -uit (2, 5, 13 Massiliae). SVET. gramm. 1 Livium et Ennium ... utraque lingua domi forisque -uisse. 3 nonnulli de notissimis doctoribus peregre -uerunt, maxime in Gallia togata. 5 Sevius Nicanor primus ad famam dignationemque -endo pervenit. 7 primum in Divi Iulii domo pueri adhuc, deinde in sua privata. 9 maiore fama quam emolumento. 10. 15 in Carinis ad Telluris. 17. 18 in pergula. 19. 23 Romae. frg. 91 p. 127 L. Cestius Pius Smyrnaeus rhetor Latine (*cf. p. 1720, 29*) Romae -uit. GELL. 19, 10, 7 Romae. TARR. PAT. dig. 50, 6, 7 (6) librarii, qui -ere possint. VLP. dig. 9, 3, 5, 3 in hoc ... conductum locum ..., ut ibi opus faciat vel -eat. PANEG. 4 (9), 16, 4 ut salvo honoris mei privilegio -eam. CAPITOL. Pert. 12, 7 qui cum eodem -uerat. AVSON. 198, 7 nostro -uere in aevo. 210, 2 sive domi seu -uere foris. 217, 1 peregre. CORP. VI 33931 vixit annis LXXV, -uit annis L. *nota:* COMM. instr. 2, 16, 3 et ego non -eo (*i. non doctor sum, cf.* 2, 22, 15 *p. 1741, 49*), sed cogor dicere verum.

b *ad verbum intransitivum accedunt* ***variae structurae:*** ***α*** *c.* de (*cf. p. 1707, 1 sqq.*): CIC. de orat. 3, 148 quis ... de isto genere non -uit, non instituit, non scriptum etiam reliquit? ac. 1, 24 de natura ... ita -ebant (*Γ*, dic- *cett.; cf. p. 1749, 38*), ut eam dividerent *eqs.* LVCR. 1, 931 (= 4, 6) magnis -o de rebus. VITR. 4 praef. 2 de aedium sacrarum dispositionibus ... quasque et quot habeant species ..., ...-ui. 9, 6, 1. APVL. apol. 15 de finibus agrorum litiganti an de finibus bonorum et malorum -enti? TERT. bapt. 9 p. 208, 23 de agape -et *Christus.* orat. 15 p. 189, 23 *apostoli* de habitu orandi. 22 p. 193, 21 de nubendo. adv. Prax. 27 p. 281, 24 sic ... de utraque ... substantia. COMM. apol. 60 de Christo -emus. FILASTR. 36, 1. *pass. impers.*: COMM. instr. 1, 2, 11 de resurrectione quoque -etur *in eadem* (*lege*). ***β*** *c. dat. comm.* (*cf. p. 1715, 55 sqq., aliter p. 1733, 62 sqq.*), adversus, secundum: TERT. adv. Marc. 4, 15 p. 464, 25 (*ironice*) incipit iam Christus Marcionis creatori (*fere i. q. ad defendendam causam 'creatoris'*) -ere. 4, 17 p. 476, 2 *Marcionitas* Christum aut hominibus aut 'creatori' -entem habere (*sc. cum in argumentatione antecedente tres statutae sint quasi partes, quarum uni oboediri necesse sit*, homines, 'creator', deus, *a Marcione Christi sententiam ita accipi, quasi non, sicut par est, partibus dei faveat, sed aut hominum aut creatoris*). 5, 5 p. 586, 26 ergo de creatore tractans apostolus non intellecto creatori utique -et intellegendo. 5, 6 p. 592, 7 nulla illum sententia uti potuisse eius dei, quem destruere deberet, si non illi (*fere i. q. ad eius partes stabiliendas*) -eret. TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 435, 21 adversus legem et prophetas -ebat (435, 27 adversus legem et

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

prophetas et hoc nomine adversus creatorem. 436, 3 *v. l. 2*). 4, 7 p. 436, 2 secundum creatorem (*opp.* 3 adversus creatorem). *ibid.* p. 436, 5. *ibid.* p. 436, 6 secundum eum, adversus quem venerat. *cf.* 5, 1 p. 570, 22 *p. 1726, 19.* γ *c. adv.* (*aliter p. 1733, 56*): TERT. cult. fem. 1, 2 p. 704, 2 Oe. mali magistri male -uerint necesse est.

c. enunt. hort. v. p. 1736, 38 sqq., c. enunt. interr. v. p. 1736, 68 sqq.

c *aliquem* (*cf. etiam f—l*): α *homines, sim.* (-ere *i. q. -endum curare v. l. 40*): Ⓘ *act.* (*refl. l. 51*): LIV. ANDR. trag. 35 quem Chiro in Pelio -uit. PLAVT. Poen. 552 hos (*spectatores*) te satius est -ere (*notione vergente ad I A 1 b*), ut, quando agas, quid agas, sciant. 604 te (*v. p. 1719, 66*). 880 -ctum -es (*v. p. 1747, 77*). CATO frg. Colum. 11, 1, 4 male agitur cum domino, quem vilicus -et. POMPON. Atell. 76 vidit Dossennum in ludo ... non -entem condiscipulum, verum scalpentem natis. VARRO ling. 9, 15 barbatos, qui ignorabunt, verba quemadmodum oporteat dici, non -ebimus, ut sciant, qua ratione conveniat dici? CIC. Verr. II 3, 155 Apronium -es? (*syn.*: 155 improbitatis praecepta dare. 157 praecipere, *ibid.* monere). Vatin. 36 neque tantum ipse es improbus, sed etiam alios -ere voluisti. de orat. 2, 76 non te, ut Hannibalem, sed pueros aut adulescentulos -ere conantur (Tusc. 3, 27 Dionysius tyrannus ... Corinthi pueros -ebat [IVST. 21, 5, 8 ludi magistrum professus ... in trivio]. PLIN. nat. 35, 100 *tabula picta* senis cum lyra puerum -entis. IVV. 7, 176 quanti -eat ... lautorum pueros. *cf. p. 1724, 30.* CIC. Cato 29 an ne tales quidem vires senectuti relinquemus, ut adulescentes -eat, instituat, ad omne officii munus instruat? PS. VARRO sent. 58 incorruptum adulescentem). de orat. 2, 143. 233 -ebo sus, ut aiunt (*cf. p. 1748, 2*), oratorem *summum.* 3, 138 *Periclem* ... Anaxagoras (*v. p. 1734, 12. 1750, 10*). Brut. 32 Isocrates ... et ipse scripsit multa praeclare et -uit alios (orat. 40 cum -eret eos, qui partim in dicendo partim in scribendo principes extiterunt, domus eius officina habita eloquentiae est). Brut. 306 *v. p. 1722, 28.* orat. 123. fin. 5, 59 mentem *v. p. 1725, 30.* div. 2, 4 iuventutem (*syn.* erudire). off. 1, 156 studiosos dicendi (*syn.* erudire). epist. 13, 8, 2 ea si dicam ... -ere te videar, non rogare. VERG. Aen. 1, 741 -uit quem maximus Atlas. 5, 705 Pallas quem -uit multaque insignem reddidit arte. HOR. sat. 2, 2, 50 tutus erat rhombus *eqs.* ..., donec vos auctor -uit praetorius. epist. 1, 13, 1 ut proficiscentem -ui te saepe diuque (PS. APVL. Ascl. 27 ut ego te -ebo. FAV. EVL. p. 20, 22 sicut ipse *Tullius* nos -uit). OV. ars 3, 195 non Caucasea -eo de rupe puellas. trist. 2, 343 ei mihi, quod didici! cur me -uere parentes! (*i. -endum curaverunt; item hoc sensu*: PLAVT. Most. 126 *p. 1730, 49*, HOR. sat. 1, 6, 76 *p. 1730, 67*, PETRON. 46, 7 *p. 1732, 74*, QVINT. inst. 1, 1, 7 *p. 1724, 23*, MART. 9, 73, 7 *p. 1730, 53*, VAL. dig. 32, 12 *p. 1730, 70*). LIV. 30, 28, 3 cui ... Statorius semilixa -ere (*v. p. 1703, 41*) exercitus solitus sit. SEN. contr. 1, 4, 11 *Dionysius* Ciceronis filium. contr. exc. 6, 2 filius me meus -uit, quod (*i. quantum ad illud attinet, quod*) illum (*sc. filium*) non recipio. VAL. MAX. 3, 7 ext. 1 Euripides ... dixit se, ut eum (*populum*) -eret, non ut ab eo disceret, fabulas componere solere. SEN. benef. 2, 17, 4 idem (*sc. quod pila ludentibus*) faciendum est in beneficiis: quosdam -eamus et satis iudicemus, si conantur, si audent *eqs.* 5, 7, 5 Socrates ... ipse se -uit (PS. QVINT. decl. 12, 8 nemo, ut hoc faceret, exemplo impulsus est: se quisque -uit. VVLG. Rom. 2, 21 qui ... alium -es, te ipsum non -es. *cf. p. 1730, 21. 1739, 36*). epist. 86, 15 Vergilius ... *non* agricolas -ere voluit, sed legentes delectare. COLVM. 11, 1, 4 *vilicus* -eat subiectos (*syn.* praecipere). 11, 1, 12 quis ... -ebit futurum vilicum, si nullus professor est? PLIN. nat. 25, 2 neminem -ere in auctoritatem scientiae est. 35, 75. 76 -uit neminem talento minoris. 35, 101. 36, 16. MART. 10, 60 iura trium petiit a Caesare discipulorum, assuetus semper Munna -ere duos. QVINT. inst. 10, 2, 28 ut priores superasse, posteros -uisse dicantur. PLIN. paneg. 77, 8 facturus consules -eat (*seq.*: ut illi quoque sciant, quid acceperint). SVET. gramm. 11 multos et nobiles (18) visusque est peridoneus praeceptor. 13 -uit inter ceteros *illos* (rhet. 28). 16. 20 rhet. 27. PAVL. dig. 17, 1, 26, 8 si *faber* iussu mandatoris servum -uerit. ITALA Ier. 10, 24 (Lucif. Athan. 2, 2 p. 149, 10) -e nos, domine, sed in iudicio et non in ira (παίδευσον ἡμᾶς, VVLG. corripe me). Dan. 13, 3 (Cypr. testim. 3, 20 p. 136, 17) -uerunt filiam suam secundum legem Moysi (ἐδίδαξαν ... κατὰ τὸν νόμον, VVLG. erudierunt secundum l.). Ioh. 8, 28 (Tert. adv. Prax. 22 p. 268, 18) sicut me -uit ⟨pater⟩, ita et (haec VVLG.) loquor (καθὼς ἐδίδαξέν με ὁ πατήρ, ταῦτα λαλῶ). OPTAT. 2, 23 p. 60, 18 deus ... ut te -eret *eqs.* (VVLG. deut. 6, 1). AVSON. (?) 128, 2 (*sensu erotico, cf. p. 1720, 32 sqq.*) sic eum -et Phyllis. 470, 26 Augustam subolem grammaticus -ui, mox etiam rhetor. AVX. Maximin. c. Ambr. 56 p. 75, 11 (*de Vlfila:*) ut regeret et corrigeret ⟨et⟩ -eret gentem Gothorum. CLAVD. DON. Aen. 11, 371 p. 472, 14 loquente Sibylla et Aeneam -ente hoc modo. HIER. epist. 23, 2, 2 comites suas plus exemplo -uisse quam verbis 49, 13, 2 tu me stantem in proelio ... studiosus magister -eas. *ibid.* 6 discipulum (*opp.* adversarium vincere, *cf.* 49, 14, 1. 60, 10, 8. *p. 1724, 83*). 65, 1, 6 turpe sit post viros -ere et feminas. 126, 1, 3 qui viva, ut aiunt, voce -ere te poterit. PAVLA Hier. epist. 46, 1, 1 magistram cupimus -ere discipulae et, ut est vulgare proverbium (*cf. p. 1748, 2*), sus artium repertricem. VVLG. IV reg. 12, 2. II par. 17, 9 populum (*syn.* erudire). I Esdr. 7, 25 imperitos -ete libere (libere *add.* HIER.). Iob 6, 24 -ete me ... et si quid forte ignoravi, instruite me. 12, 7 interroga iumenta et -ebunt te. 34, 32 si erravi, tu -e me (psalm. 24, 5). psalm. 70, 17 deus -uisti me a iuventute mea. prov. 5, 13. Sirach 30, 2 qui -et filium suum (παιδεύων. 30, 3 διδάσκων). 30, 13 -e filium tuum (παίδευσον). Matth. 7, 29 erat enim -ens eos sicut potestatem habens et non sicut scribae ... et pharisaei (ἦν διδάσκων αὐτούς. *cf.* ITALA *p. 1720, 71 et* Marc. 1, 22; *sed* Luc. 4, 31 ἦν διδάσκων αὐτούς: -ebat illos). 28, 19 euntes ... -ete omnes gentes (μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη). Ioh. 7, 35 -cturus gentes. act. 14, 21 multos (μαθητεύσαντες ἱκανούς). ITIN. [Silv.] 33, 2 in ... spelunca ... dominus ... discipulos (39, 3). 43, 6 apostolos (49, 3). RVFIN. Adamant. 2, 14 p. 87, 6 quod ipse salvator -uerit aliquem et dixerit: *eqs.* (ἐδίδαξέ τινα ὅτι). AVG. civ. 6, 2 p. 247, 4 D. ut in omni eruditione ... studiosum rerum tantum iste (*Varro*) -eat, quantum *eqs.* 9, 4 p. 372, 29 *philosophus*, ut -eret hominem sciendi studio naviter accensum, protulit ... librum *eqs.* 12, 14 p. 532, 24 Plato ... discipulos. SVLP. SEV. chron. 1, 1, 4 imperitos. COD. Theod. 9, 40, 11 (*a. 367*) neminem de numinis nostri sacrario prodeuntem ... lanista -eat. 14, 9, 3 pr. (*a. 425*) quos intra parietes domesticos -ent. 15, 7, 10 (*a. 385*) fidicinam ... emere vel -ere vel vendere *eqs.* CONC. Carth. IV can. 99 mulier ... viros *v. p. 1754, 9.* DRAC. laud. dei 3, 546 quos -eat (*A*, dec- *B*) factura dei (*i. Christus*) pietate magistra. GENNAD. vir. ill. 37 in qua (*epistula*) interrogando quasi disciturus -et -cturum (*pars codd, Herding*; doctorem *cett. codd., Richardson*). *gerund.*: QVINT. inst. 1, 1, 7 nec tamen ii, quibus discere ipsis non contigit, minorem curam -endi liberos habent (*cf. p. 1723, 40*). 2, 5, 13 quid aliud agimus -endo eos (*discipulos*), quam ne semper -endi sint? VVLG. I par. 26, 29.

Ⓘ *pass.* (*part. perf. abit in notionem monendi: l. 35. 51. 76. iubendi: l. 63*): PLAVT. Poen. 880 -ctum -es *v. p. 1747, 77.* Merc. 355 *al. v. p. 1747, 71.* TER. Andr. 274 ingenium *v. p. 1725, 27.* TVRPIL. com. 38 *v. p. 1750, 79.* VARRO frg. Non. p. 520 in -endis pueris (CIC. ad Q. fr. 3, 3, 1 studiose discunt, diligenter -entur. QVINT. inst. 1, 1, 20 aliquando *puero* nolente -eatur alius, cui invideat. 1, 5, 7. VLP. dig. 19, 5, 13, 1 si puerum -endum ... tibi dedero. *cf. p. 1723, 19 sqq.*). RHET. Her. 4, 6, 9 eos, qui haec velint discere, alia ratione -eri posse commodius. CIC. inv. 2, 9 -cti (*fere i. q. commonefacti*) ab aliquo facile et libenter sententiam commutabimus. Planc. 81 cui non magistri sui atque doctores, cui non locus ..., ubi altus aut -ctus est, cum grata recordatione in mente versetur. de orat. 3, 74 cum summo studio patris in pueritia -ctus essem. Brut. 310 a ... Graecis ... doctoribus. leg. 3, 14 (*syn.* institutus). fin. 3, 3 ut commoneri nos satis sit, nihil attineat -eri. Tusc. 2, 27 nos, -cti scilicet a Graecia, ... hanc eruditionem liberalem et doctrinam putamus. off. 3, 15 *imperiti*, cum sunt -cti a peritis, desistunt facile sententia. Tim. 31 ut ... animantes ..., quibus ius esset -eri, cognoscerent. epist. 6, 5, 4 fac animo forti ... sis: ita enim natus, ita educatus, ita -ctus es, ... ut tibi id faciendum sit. LVCR. 4, 792 scilicet arte madent simulacra et -cta vagantur, nocturno facere ut possint in tempore ludos (-cta: *sc. artem ludicram, cf. p. 1729, 40 sqq.*). SALL. Iug. 12, 4 uti -ctus erat, noctu ... milites introducit. 50, 5 ante iam -cti ab Iugurtha equites. CVLEX 59 mente *v. p. 1725, 31.* HOR. sat. 2, 7, 68 evasti; credo, metues -ctusque (*fere i. q. monitus*) cavebis. OV. met. 4, 428 fas est et ab hoste -eri. 6, 23 scires a Pallade -ctam. trist. 2, 254 quodque (quove *var. lect.*) trahat, quamvis non -eatur (*cf. p. 1720, 32*), habet *matrona.* QVINT. inst. 2, 8, 14 si fuerit, qui -ebitur (*cf. p. 1725, 15*), ille ... Nicostratus (*pancratiasta celeberrimus*). 2, 20, 6 ante quam -eremur. 11, 2, 1 frustra ... -emur, si, quidquid audimus, praeterfluat. 11, 2, 9 cum idem (*nom. pl.*) -cti facere illud (*sc. memoria fideliter uti*), indocti inexercitatique non possimus. FLOR. epit. 4, 10, 6 nisi ... quidam forte quasi -cti procubuissent in genua milites. ITALA Rom. 15, 4 (Aug. c. Faust. 13, 18) ut nos -eremur, scripta sunt (εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν, VVLG. ad nostram doctrinam). IVL. VAL. 2, 29 p. 98, 29 hisce ... usus exemplis -ctusque de talibus (*v. p. 1749, 68*). 3, 31 p. 138, 26 ita ut -ctus (*fere i. q. admonitus, iussus; cf. p. 1738, 32*) est, Ptolomaeus protinus facit. ITIN. [Silv.] 45, 1 quemadmodum -entur hi, qui baptidiantur in pascha. 46, 3. 4 *bis.* OPTAT. 7, 1 p. 165, 7 lex ideo data ... ut homines -erentur. *ibid.* p. 165, 15 populis -eri cupientibus. 7, 1 p. 166, 14 (*et* RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 49, 1) *v. p. 1720, 80.* FILASTR. 156, 4 ab eis (*patriarchis*) -ctus *Esaias.* AVSON. 393, 94. 419, 31 Caesares -ebantur. AMM. 30, 4, 21 iudices patiuntur interdum -ctos ex ... Aesopi cavillationibus quam ex ... Catonis disciplina productos. VEG. mil. 1, 11 *tiro* diligenter exercitatus -ebatur ad palum (*ibid.* exercebantur ad palos). 2, 23 p. 57, 13 servare ordinem discunt ... nec inter -ctos aliquis error existit. 3, 9 p. 89, 4 exerceantur et -eantur, quamdiu (*i. donec*) possint esse perfecti. 3, 10 p. 92, 22 -eamur exemplis (*fere i. q. discamus; cf. p. 1750, 75*). CLAVD. DON. Aen. 6, 624 p. 590, 18 ut ... apertius -cti (*i. moniti*) rectius viverent. 8, 320 p. 160, 15 'genus indocile' indoctum et quod -eri non posset. HIER. epist. 21, 2, 16 convivium quoque publicanorum expetens, ut et inter convivia -erentur. 21, 35, 2 exemplo -ere (*imp. pass.*) praesenti. 57, 5, 6 et ego -ctus a talibus *eqs.* 65, 1, 6 -eri a femina non fuit turpe apostolo. c. Lucif. 12 absurdum est, ut discipulus ad magistrum vadens ante sit artifex, quam -eatur. 14 adversarius ... vincitur, discipulus -etur (*cf. p. 1723, 78*). adv. Rufin. 1, 17 p. 472 Vall. *Paulus* ad pedes -ctus Gamalielis. VVLG. Is. 54, 13 filios

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tuos -ctos a domino. AVG. civ. 14, 9 p. 21, 25 D. *Paulum* athletam Christi, -ctum ab illo (*cf. Gal. 1, 12*). 18, 47 p. 330, 14 per malos angelos -cti. PHOEBAD. c. Arrian. 9 sed rursum -emur: *seq. or. recta.* NICET. spir. 1 etiamsi idoneis assertoribus -eamur. *gerundiv.*: VARRO frg. Non. p. 520 *v. p. 1724, 30.* CIC. nat. deor. 1, 5 qui admonent amice, -endi sunt, qui inimice insectantur, repellendi. HOR. epist. 1, 17, 3 disce -endus adhuc. OV. ars 3, 251 non mihi venistis, Semele Ledeve, -endae. 255 turba -enda venit pulchrae turpesque puellae. rem. 298 tu mihi ...-endus eris. met. 8, 241 huic tradiderat ...-endam progeniem (VLP. dig. 19, 5, 13, 1 *v. p. 1724, 33.* AMM. 26, 3, 3 *v. p. 1731, 73*). LIV. 29, 1, 10 -endorum atque exercendorum (*equitum*) curam Siculi habuerunt. SEN. dial. 10, 10, 1 -endi, non tantum deplorandi sunt. COLVM. 11, 1, 7 -endus ... erit futurus vilicus (11, 1, 9 tam -endus ... quam futurus figulus aut faber). QVINT. inst. 2, 5, 13 *v. p. 1724, 25.* 2, 8, 13 exercendi corpora peritus non, si -endum pancratiasten susceperit, pugno ferire vel calce tantum aut nexus ... aliquos -ebit, sed omnia, quae *eqs.* (COD. Theod. 13, 4, 3 = COD. Iust. 10, 66, 2 [*a. 344*] *mechanici, geometrae, architecti* suscipiant -endos, qui -ere sufficiunt. APVL. flor. 18 p. 88 exposita ... condicione, qua -endum receperat. VLP. dig. 19, 2, 13, 3 si quis servum -endum conduxerit). ins'. 12, 11, 22 cui *aetati* -endae priores elaborarunt. TERT. praescr. 8, 14 vaderent *apostoli* ad -endas et tinguendas nationes. LACT. inst. 4, 22, 5 ad -endos homines. RVFIN. Greg. Naz. orat. praef. 5 p. 4, 17 Vind. ad instituendam vel -endam ecclesiam. AVG. civ. 1, 9 p. 14, 25 D. ab eis -endis admonendis. 6, 1 p. 243, 7 etiam hi refellendi et -endi sunt.

β animum sim.: TER. Andr. 274 bene et pudice eius -ctum atque eductum ... ingenium (HIER. epist. 59, 1, 1 torpens otio ingenium, dum interrogas, -es. *cf.* AVSON. 322, 66 *p. 1722, 23*). CIC. fin. 5, 59 natura ... mentem ... quasi instituit -ere et induxit in ... elementa virtutis (CVILEX 59 si quis non pauperis usum mente prius -cta fastidiat. STAT. silv. 2, 2, 154 non ulla deo meliore cohaerent pectora, non alias -uit [*sc. melius*; dec- ς *perperam*] Concordia mentes. FIRM. err. 12, 9 *v. p. 1732, 29*). AMM. 21, 14, 5 *animas v. p. 1730, 39.* RVFIN. Orig. in gen. 13, 4 p. 120, 11 B. divinae scripturae formas inducunt et figuras, quibus ad agnitionem vel purgationem sui anima -eatur. AVG. in epist. Ioh. 3, 13 quos spiritus sanctus intus non -et, indocti redeunt ...; cathedram in caelo habet, qui corda -et (SACR. Greg. 112, 1 deus, qui ... corda fidelium sancti spiritus inlustratione -uisti). *cf.* PLIN. nat. 15, 3 vitam *p. 1732, 10.* VVLG. Iob 15, 5 -uit enim iniquitas tua os tuum. Ier. 2, 33 vias tuas *v. p. 1731, 41.* 9, 5 linguam *v. p. 1734, 83.* *cf. etiam* caro: *p. 1732, 24.* frons: *p. 1732, 24.* HIER. epist. 53, 8, 17 Salomon ... mores corrigit, naturam -et. VITA Desid. (Mon. Germ. ser. rer. Merov. III) 2 p. 630, 13 annos, quos fas est -eri. *adde*: AVSON. 419, 40 vox ista, quam -ui (*fere i. q. excolui, siquidem voc. q. e.* 'vox' *accipiendum est propria significatione, non* '*eloquentiae*').

γ bestias: *act.*: VARRO Men. 559 ecus ... traditur magistro, ut equiso -eat tolutim (*sc. ire*). rust. 2, 7, 15 peritus belli alios (*equos*) eligit atque alit ac -et, aliter quadrigarius ac desultor. PLIN. nat. 10, 83 intellegitur emendatae (*lusciniae discipulae*) correptio et in -ente (*luscinia*) quaedam reprehensio. CORP. IV 2016 mulus ... muscellas -uit *v. p. 1748, 6.* *pass.*: PLIN. nat. 10, 120 *picae* -entur secreto et ubi nulla alia vox misceatur. IVL. VAL. 3, 6 p. 116, 9 feras ... bestias ... ita scilicet -ctas, ut *eqs.*

huc adiungere liceat exempla pertinentia ad **f**: *act.*: TIB. 2, 1, 41 *ruris dei* tauros primi -uisse feruntur servitium. MANIL. 5, 378 *surgente Olore genitus* linguas hominum sensusque -ebit ... volucres. APVL. flor. 12 p. 45 et corvus et psittacus nihil aliud, quam quod didicerunt, pronuntiant; si convicia -ueris, conviciabitur. *pass.*: HIER. epist. 130, 8, 4 ut nequaquam bos discat feritatem, sed leo -eatur mansuetudinem.

ad **i**: VVLG. I Macc. 6, 30 elephanti ... -cti ad proelium (*ἐλδότες πόλεμον*). PASS. Theclae C 33 p. 91, 18 leo asperrimus, qui -ctus erat in hominibus (rec. B *v. infra l. 81*).

ad **m**: *act.*: LVCR. 5, 1303 *elephantos* belli -uerunt volnera Poeni sufferre et ... turbare catervas. VARIVS carm. frg. 3 *eques equum* insultare -et campis. HOR. sat. 1, 1, 91 ut siquis asellum in campo -eat parentem currere frenis. TIB. 1, 4, 17 longa dies homini -uit parere leones. OV. ars 3, 670 non -et infestos currere cerva canes. CVRT. 8, 9, 25 *aves* cantu seriis rebus obstrepere -uerunt. COLVM. 6, 2, 5 *boves* -ere per mille passus composite ... ambulare (PALLAD. 4, 12, 3 onera temptare). PERS. prol. 9 quis ... picas ... -uit verba nostra conari? PLIN. nat. 8, 113 *cervae* editos partus ... fugam meditari -ent. PORPH. Hor. carm. 3, 3, 14 qui eas (*tigres*) -uerit iugum suum trahere. NEMES. cyn. 262 quem (*canem*) assiduos -uit tolerare labores. SYMPH. 64 Pallas me (*araneam*) -uit texendi nosse laborem. CLAVD. 1, 82 cornipedes ... -et servire lupatis. *pass.*: OV. ars 1, 472 tempore lenta pati frena -entur (*cf. p. 1750, 75*) equi. TAC. Germ. 6 (*de equis*) nec variare gyros in morem nostrum -entur. VVLG. Os. 10, 11 vitula -cta diligere trituram. PASS. Theclae B 33 p. 90, 15 leo -ctus homines comedere (rec. C *supra l. 64*).

v. etiam s. v. doctus *p. 1758, 73*, docilis *p. 1767, 33*, docilitas *p. 1769, 67*, doctor *p. 1774, 25.*

d *aliquid* (*cf. etiam e, f, l; pro re est persona: p. 1728, 58*): ***α generatim:*** ① *act.* (*gerund. l. 26. 78. 79. p. 1727; 35. 72. 1728, 67. 76*): *res, quae -etur, significatur neutro sing. vel plur.* (*acced. enunt. interr.: infra l. 31. 33. 43. 47. 1727, 7, hortat.: infra l. 17. 49. 75, acc. c. inf.: infra l. 14. 46. 69. 70, inf.: infra l. 72*): VARRO ling. 7, 4 plura. RHET. Her. 1, 11, 18 noster doctor ... ut ostenderet id, quod oportuisset simpliciter ac singulari modo -ere, illos distribuisse dupliciter et bipertito. 3, 21, 34 quod -ere non gravaremur, ni *eqs.* CIC. de orat. 1, 89 quid isti (*rhetores*) -erent. 2, 84 deducendi sunt ad eos, qui haec -ent (2, 161 qui haec tradunt et -ent [*cf. infra l. 30*]. 3, 60 qui haec ... tractarent, agerent, -erent. QVINT. inst. 2, 5, 13. PRISCILL. tract. 1, 27 *syn.* adserere. FILASTR. 93, 7 ita. CLAVD. DON. Aen. 1, 745 p. 143, 13 quae pertractans -uit haec Iopas ... scilicet *acc. c. i.* VVLG. I Tim. 4, 11 praecipe haec et -e [*δίδασκε*] 6, 2 haec -e et exhortare). de orat. 2, 87 meliora. 3, 70 ea, quae isti scriptores artis -ent, discere. 3, 94 hos novos magistros nihil intellegebam posse -ere, nisi ut auderent (phil. frg. V 49 nihil. TERT. adv. Marc. 4, 18 p. 478, 22 nihil novi -entem vel operantem. 5, 1 p. 570, 22 apostolum, qui ... adversus creatorem proferatur, nihil -ere, nihil sapere, nihil velle secundum creatorem. PS. VARRO sent. 67 nil magnificum -ebit, qui a se nil didicit). orat. 142 quod nosse pulcherrimum est, id non gloriosum est -ere? 144 'at dignitatem -ere non habet': certe, si quasi in ludo; sed si monendo, si cohortando, si percontando, si communicando, si interdum etiam una legendo audiendo, nescio cur, cum (ς, non *AL*) -endo (dic- *LA*) etiam aliquid aliquando possis meliores facere, cur nolis (Tusc. 1, 22 cogitare ... et providere et discere et -ere aliquid. SEN. epist. 6, 4 in hoc aliquid gaudeo discere, ut -eam [76, 3 *opp.* discere]). rep. 1, 25 quod cum disputando rationibusque -uisset. fin. 4, 9 quae dialectici nunc tradunt et -ent (*cf. supra l. 11*). ac. 2, 143 quod in elementis dialectici -ent, quomodo iudicare oporteat *eqs.* 1, 8 quae ... nemo adhuc -uerat. LVCR. 5, 529 quid possit fiatque per omne ... id -eo. OV. ars 3, 769 ulteriora pudet -uisse. MANIL. 2, 751 nunc satis est -uisse suos ignota per usus. SEN. contr. 10, 1, 14 laudabat haec utique ⟨quae⟩ -uerat (*i. -endi causa proposuerat, cf. p. 1727, 66*). CELS. 5, 28, 7[B] quae cum medici -eant. SEN. benef. 6, 34, 5 hoc -e (epist. 47, 6 miserior est, qui hoc [*altilia secare*] voluptatis causa -et, quam qui necessitatis discit. nat. 7, 32, 4 si ... hoc maiores -erent, hoc minores addiscerent. CVRT. 7, 7, 16 hoc [*sc. utribus amnem traicere*] ut Scythae imitari nesciant, Bactriani -ebunt. TERT. pudic. 20 p. 267, 5 hoc qui ab apostolis didicit et cum apostolis -uit. FIRM. math. 2, 28, 3 quae itaque stella quot dies sortitur, etiam hoc -ebo. CLAVD. DON. Aen. 1, 350 p. 76, 10 Polydori exemplo hoc idem -uit *Vergilius*). epist. 48, 7 hoc est, quod tristes -emus et pallidi? 71, 6 qui invenerunt ista, non qui -ent. 76, 3 quaeris, quid -eam? etiam seni esse discendum. 85, 38 illud *sq. enunt. interr., v. p. 1737, 19.* 94, 54 didicit deteriora, deinde -uit. Thy. 310 in patre facient, quidquid in patruo -es. COLVM. 7, 3, 12 illud, quod priore libro -uimus, ut admissarii ... testiculus obligetur, *eqs.* 12, 4, 1 ad ea exequenda, quae deinceps -ebimus. PETRON. 46, 6 plus *v. p. 1748, 23.* PLIN. nat. 14, 138 quae referendo pudet -ere. VAL. FL. 1, 235 quantum *v. p. 1714, 28.* QVINT. inst. 1, 1, 21 parva -emus oratorem instituendum professi. 2, 3, 4 si eiusmodi praeceptores minus -erent; non peius (*adv.*). 2, 8, 13 omnia, quae *eqs., v. p. 1725, 17* (FIRM. math. 5, 1, 25 erunt ingeniosi ..., -entes omnia. TERT. fug. 9 p. 476 Oe. omnia apostoli secundum deum utique -uerunt. scorp. 12 p. 172, 8 magistros omnia utique -cturos; *opp.* discipulos ... omnia utique edocendos). inst. 8 prooem. 5 difficilius est iudicare, quid -eas, quam cum iudicaris, -ere. 10, 1, 5 quaecumque. TAC. ann. 12, 41 *pravitas* tam infensa -entium. PLIN. epist. 1, 10, 10 quae ... *philosophi* -eant, in usu habere. 1, 22, 2 nihil est, quod discere (*MV*, doceri *BF, cf. C. F. W. Müller ad. l.*) velis, quod ille -ere non possit. 7, 26, 4 quod plurimis verbis, plurimis etiam voluminibus philosophi -ere conantur (*syn.* praecipere). 8, 14, 11 si potes id quoque -ere, quod in obscuro est an didiceris (adridiceris *cod.*, addidiceris *Momms.*). FRONTO p. 129, 7 N. hoc tuum a te divina prudentia consultum ... nonne Cato -uit? GELL. 13, 31 (30), 13 talia ego gratis non -eo. TERT. orat. 9 quae filius (*dei*) -uit. pudic. 21 p. 269, 1 quid autem -ebat? non communicandum operibus tenebrarum. observa, quod iubet. adv. Prax. 22 p. 267, 25 totum erat hoc, quod -ebat, inseparatos duos esse. adv. Marc. 2, 19 p. 361, 5 prophetas ... -entes deo digna: auferre nequitias ... discere benefacere *eqs.* 4, 16 p. 472, 1 si quid amplius -uit. 4, 27 p. 513, 2 aliud -ens, aliud faciens (monog. 8 p. 773 Oe. *Pharisaeos non* facientes, quae -erent. *syn.* praecipere. *pass. ibid., v. p. 1729, 33*). 4, 17 p. 474, 8 quid aliud -et, quam: non exsoluturo feneremus? 4, 34 p. 533, 24 tuus ... Christus contrarium -ens Moysi et creatori (p. 534, 12). 4, 38 p. 550, 10 quod alias palam non -ebat, subostendisse. 5, 2 p. 572, 11 id tam presse -endi, quod ... fides ipsa dictasset. monog. 14 p. 784 Oe. -endo quaedam per veniam, non per imperium. paenit. 8 p. 658 Oe. -entes perversa (*cf.* PACIAN. epist. 1, 5 p. 18 diversa [MAR. MERC. Cyr. apol. Conc.[S] I 5 p. 119, 37, *gr. Mansi 5, 28[D]* ἑτεροδιδασκαλεῖ]. AVG. civ. 4, 27 p. 180, 29 D. prava). IREN. 1 praef. 2 qui nunc aliud -ent (*i. perperam, falso, aliter supra l. 73; gr. τῶν νῦν παραδιδασκόντων.* HESYCH. in

[Bœlhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lev. 15, 4 p. 970A multae aliena -entium species sunt. p. 970B alia -ent. EPIST. pontif. 937 *a. 554* [Conc. ed. Schwartz IV 2] 31 p. 144 alia praeter piam doctrinam, *gr.* ἕτερα παρὰ τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον, *ibid.* 33. *cf. p. 1721, 15*). FILASTR. 80, 2 quod et David -et (*seq. or. r.*). 106, 3 dominus quae in uno anno gessit et -uit. AMM. 21, 14, 4 idque (*sc. genios esse*) et oracula et auctores -uere clari. CLAVD. DON. Aen. 5, 738 p. 510, 26 hac occasione etiam illud Vergilius -et, qua hora *eqs.* HIER. epist. 12, 1 quod ne tantum -ere nec facere videretur. 50, 3, 2 domi eadem ... quae publice. 52, 7, 1 disce, quod -eas. VVLG. act. 1, 1 quae coepit Iesus facere et -ere (CYPR. epist. 63, 1. 10. 17. unit. eccl. 2 p. 210, 24 quaecumque ei -uit et fecit, discere et facere debemus. zel. 11 p. 426, 24 *al. cf. p. 1751, 13.* RVFIN. Greg. Naz. orat. praef. 1 p. 3, 8 Vind. *al.*). AVG. doctr. christ. 4, 4, 6 et bona -ere et mala dedocere. civ. 4, 27 p. 180, 29 D. daemones sunt, prava -ent. 4, 30 p. 184, 21 quae ipse secundum Stoicos videtur -ere. 6, 1 p. 244, 4 qui se pro magno beneficio conscripta -uisse gloriantur. 10, 29 p. 450, 9 quid disputare aut -ere soleatis. 10, 30 p. 451, 25 quod ... angeli -uerunt. SVLP. SEV. dial. 2, 7, 2 quod solent -ere grammatici, locum, tempus, personam (MART. CAP. 4, 383 coniunctiones, praepositiones et quicquid tale *grammatici* -ent). COD. Theod. 9, 16, 8 = COD. Iust. 9, 18, 8 (*a. 370; de mathematicis*) prohibita; *opp.* discere. COD. Iust. 1, 5, 8, 11 illicita. CONC. Ephes. a. 431 (Conc.S I 2) 29, 10 sanctorum arcana -entium (τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν).

res, quae -etur, significatur enuntiato rel.: VARRO ling. 9, 1 ⟨qui malunt⟩, quae nesciunt, -ere, quam discere, quae ignorant (HIER. epist. 53, 7, 3 -ere, quod ignores. adv. Rufin. 2, 10 p. 498 Vall. -ere quod nescias [POMER. 3, 10, 2 gestiunt -ere, quod nesciunt. CLAVD. MAM. anim. 3, 2 p. 157, 3]. *cf.* OV. trist. 2, 348 quodque parum novit, nemo -ere potest. VEG. mil. 1, 8 p. 12, 20 quem invenias, qui -ere possit, quod ipse non didicit [*cf. p. 1726, 65. 1748, 10*]. AMBR. in psalm. 118 serm. 13, 12 multi -entes sunt, qui, quod non intellegunt, -ere se dicunt). SEN. epist. 109, 18 nunc -e, quod necesse est. QVINT. inst. 1, 4, 23 si quis voluerit -ere, quae didicit (TERT. pudic. 19 p. 262, 14 feminam, quae quod didicerat a Nicolaitis, -ere susceperat). inst. 2, 12, 6 a cura -endi, quod intenderunt. 3, 2, 3 quae sciebat quisque -uit (12, 11, 6 quid ... est honestius quam -ere, quod optime scias. 12, 11, 8 id viro bono satis est, -uisse quod scierit. AVG. civ. 12, 16 p. 537, 30 D. -ere quod scio [*opp.* adfirmare, quod nescio]). inst. 5, 10, 78 quod discere honestum, et -ere. FILASTR. 94, 4 David ... quod plenum est, -uit, Salomon ... quod ex parte est. HIER. epist. 22, 27, 5 stultissimum ... est -ere, quod noverit ille, quem -eas. 28, 5 cupientes et scire et -ere, quae vera sunt. VVLG. act. 28, 31 -ens quae sunt de domino *eqs.* (διδάσκων τὰ περὶ τοῦ κυρίου). Tit. 1, 11 quae non oportet (ἃ μὴ δεῖ). MART. CAP. 3, 229 -ere facile, quae ... quaerebantur. *sim. enuntiato hypoth.*: COLVM. 12, 3, 8 ad telam debebit accedere *vilica*, ac siquid melius sciat, -ere.

3 *t. t. grom.: de re ipsa quae docet, i. q. terminus quo fines agrorum indicantur*: CASSIOD var 3, 52, 5 p. 107, 26 ut . . . omnia . . . per evidentia debeat -a monstrare *agrimensor* LIB. col. II p. 254, 16 L. finitur . . . ager iugis montium, terminis Augusteis . . . sed et per alia finitima -a. p. 256, 27 terminibus . . . et siliceis et aliis -is, quibus ager . . . finitur.

B *praevalente notione* ***admonendi*** (GLOSS. *νουθεσία. ὑπόδειγμα*): **1** *fere i. q. exemplum ad admonendum vel maxime deterrendum propositum* (*saepe accedit enuntiatum finale; acced* in *c. acc.: l. 80*, adversus: *p. 1806, 19. 25 28*): **a** *non acced. genet.*: PLAVT. Capt. 752 ego illis captivis . . . -um dabo, ne tale quisquam facinus incipere audeat (OV. met. 3, 579 tua . . . aliis -a dature morte. LIV. 1, 28, 6 audeat . . . talia alius, nisi in hunc insigne iam -um mortalibus dedero. 3, 50, 8 aliena calamitate -um datum illis cavendae similis iniuriae. PANEG. 7 [6], 10, 7 in vinculis . . . aliis regibus dedere -um, ut *eqs.*). CIC. ad Brut 1, 15, 10 ut . . . in posterum -um statuerem, ne *eqs.* (LIV. 24, 45, 5. *cf.* BELL. Afr. 54, 3 quo ceteri *milites* dissimiliter se gerant, . . . -um more militari constituam). CAES. Gall. 7, 4, 10 auribus desectis . . . domum remittit, ut sint reliquis -o (LIV. 5, 51, 8 tantum poenarum . . . dedimus, ut terrarum orbi -o essemus. 6, 25, 3 -o unus dies fuerat, ne *eqs.* 7, 6, 11. 10, 38, 11. 24, 8, 20. 28, 41, 14. 28, 42, 1 Africa . . . et M. Atilius, insigne utriusque fortunae exemplum, nobis -o sint. VAL MAX. 2, 7, 11. CARM. epigr. 97, 11 [*saec. II init*.] sit -o, ne *eqs.* PANEG 9 [12], 6, 2 HYG. astr. 2, 26 p. 68, 21). HOR. sat. 1, 4, 110 nonne vides, . . . ut . . . Baius inops, magnum -um ne patriam rem perdere quis velit. LIV. 21, 19, 10 Hispanis populis sicut lugubre, ita insigne -um Sagunti ruinae erunt, ne *eqs.* (24, 45, 3 is . . . transfugis -um esset. CVRT. 3, 2, 18 -um eris posteris, homines . . . naturam dediscere 8, 14, 26 obtriti . . . pedibus *beluarum* . . . ceteris, ut parcius instarent, fuere -um). 25, 33, 6 exempla . . . haec vere pro -is habenda, ne *eqs* 28, 19, 8 gravi -o sancirent, ne *eqs.* STAT. Theb. 12, 689 parvane prostratis . . . -a Mycenis sanximus? PS. QVINT decl. 9, 20 p. 185, 11 maria . . . tam recenti -o timenda (AMM. 14, 7, 6. 26, 2, 4. 26, 5, 11. *cf. l. 27*). TAC. ann. 14, 33 satis . . . magnis -is temeritatem . . . coercitam. 15, 27 multa Romanis secunda, quaedam Parthis evenisse, -o adversus superbiam. PLIN. epist. 8, 10, 1 errorem magnis -is (*i. doloribus -um praebentibus*) expiavit in summum periculum adducta. PANEG 7 (6), 11, 6 semel acie vincitur, sine fine -o (*abl. instr., i. supplicio*). AMM. 24, 6, 8 elephanti -is praeteritis formidati. PAVL. NOL. carm. 20, 176 quae . . . me . . . reliquis -o ferre videtis. SVLP. SEV dial. 1, 20, 1 adversus falsam iustitiam non mediocre -um (*syn.* exemplum). 1, 21, 6. **b** *acced. genet. obiect.*: *α rei*: LIV. 1, 52, 4 Turnus (*om. M*) sui cuique periculi . . . recens erat -um (9, 46, 8 haud memorabilem rem per se, nisi -um sit adversus superbiam nobilium plebeiae libertatis. PANEG. 12 [2], 34, 1 illi . . . par poenae culpaeque -um fuerunt). AMM. 17, 13, 21 haesitabant . . . utrum oppeterent an rogarent, cum utriusque rei suppeterent -a non levia. *β personae*: SEN. dial. 3, 6, 4 *damnati* -um omnium sint (GREG. TVR. Mart. 3, 47 ego te faciam ad omnium -um fame tabescere). **c** *acced. genet explic. vel appos.*: LIV. 1 praef. 10 hoc . . . est frugiferum, omnis te exempli -a (*v. p. 1805, 38*) in inlustri posita monumento intueri: inde . . . quod imitere (*v. l. 48 sqq.*) capias, inde . . . quod vites. PS. QVINT. decl. 9, 5 p. 171, 16 illum . . . non vicinum meae fortunae -um prohibuit. TERT. paenit. 12 p. 664 Oe. Aegyptius imperator . . . post tot -a plagarum . . . periit. CARM. de Iona 9 omnia vulgo poenarum -a vacant. AMM. 15, 4, 10 plerosque recentis aerumnae -a terrerent. **d** *acced. genet. subiect.*: STAT. Theb. 11, 657 numquamne priorum haerebunt -a novis *regibus?* (CLAVD. 5, 307 non te -a priorum, non exempla vetant? PELAG. in Cor. II 13, 2 qui post -a priorum peccaverint, nec ipsis parcam, quia antecedentium ruina sequentes debet facere cautiores). QVINT decl. 327 p. 286, 9 -is quarundam infeliciter parientium mota est. AVG. civ. 3, 8 p. 105, 6 D. post Troiae . . . -um.

2 *fere i. q. exemplum ad discendum res aut imitandas aut ad imitationem aliquo modo aptas propositum* (*cf. supra l. 36. acced.* de: *infra l. 83*): **a** *acced. genet. obiect.*: CIC. dom. 126 *v. infra l. 75.* Rab. Post. 27 Rutilius . . . -um fuit hominibus nostris virtutis, antiquitatis, prudentiae (LIV. 28, 39, 17 restitutum Sagunti fidei socialis utrimque servatae -um omnibus gentibus fore. TAC. hist. 4, 60 miseriarum patientiaeque -um fuere *obsessi*. AVG. serm ed. Mai 2, 2 ut esset . . . in accusatione totum veniae -um, *sc. Christus*). SEN. dial 1, 3, 9 *fortuna Regulum* -um fidei, -um patientiae (*v. l. 54. 65. 69*) fecit SIL. 10, 112 suis daret ut pugnae -a (IVST. 3, 2, 8 lege . . . cuius non ipse primus in se -um daret. NEMES. Cypr. epist. 77, 2 p. 835, 8 multis -um confessionis dedit *anima tua. v. etiam p. 1807, 1*). CYPR. epist. 58, 6 p 661, 17 in Machabaeis beatorum martyrum . . . tormenta . . . et . . . mater . . . moriens ipsa quoque cum liberis, nonne magnae virtutis et fidei -a testantur et nos . . . adhortantur? (SVLP SEV. Mart. 25, 5 beatum . . . saeculum tanto fidei virtutisque -o, *i. Paulino. v. et l. 72*). 71, 3 p. 773, 18 -um . . . nobis et concordiae et patientiae (*v. l. 56*) tribuens. SOL. 1, 124 pietatis -um nobilius . . . in Metellorum domo effulsit, sed eminentissimum *eqs.* AVG. epist. 23, 5 p 70, 5 tam imitabile medicinae -um. c. Faust. 22, 26 p. 621, 4 quaecumque in factis sanctorum elucent -a iustitiae (*syn.* exempla). SACR. Greg 73, 1 *salvatoris* patientiae . . . -a, *cf. antea* ad imitandum humilitatis exemplum (CASSIOD. inst. div. 6 p. 1117[D] Iob praeclarum patientiae gloriosumque -um). PETR. CHRYS. serm. 113 p. 510[B] inde assumere debuerant -a virtutum. INSCR. christ. Diehl 615 (*inconcinne*) feminae, queius de vitae -a (*pro* -is) non sufficit mediocritas hominum at cumulum laudis pervenire. *nota in allocutione contumeliose dictum*: CIC. dom. 126 homo omnium scelerum flagitiorumque -um. **b** *non acced. genet.*: TAC. ann. 12, 6 statueretur . . . -um, quo uxorem imperator acciperet. FRONTO p. 221, 15 N. nec paucioribus exemplis aut -is familiaribus instructus. CYPR. eleem. 15 p. 385, 13 dat *vidua evangelii* . . ., quam oportebat accipere, ut sciamus, quae poena sterilem (*i. nihil dantem*) divitem (*sc. matronam*) maneat, quando hoc -o operari etiam pauperes debeant. epist. 4, 3 p. 475, 16 qui (*praepositi et diaconi*) exemplum et -um ceteris de conversatione et moribus suis praebeant. 76, 1 p. 828, 10 exhibens . . . maiora -a. AVSON. 417, 44 nos -a magis fe-

[I. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

licia, qualia magnus Scipio longaevique dedit sapientia Laeli (ARATOR ad Flor. 3 primaevus adhuc semibus -a dedisti. *v. etiam p. 1806, 57*). NICET. vigil. 7 p. 63,5 his instructi sermonibus, his confirmati -is. (*cf. antea*: non verbis solum docuit ... sed etiam ... exemplo). CORP. VI 31904 ob moderationem pro -o etiam posteris relinquendam. c *acced. genet. subiect.*: CYPR. epist. 14, 2 p. 511, 17 item Pauli apostoli -a sectentur. ARNOB. nat. 5, 29 deorum -a. EVANTH. de com. 1,5 *Homeri* tale tantumque -um. SCHOL. Cic. Bob. p. 143,30 St. peregrinis exemplis subicit Romanorum -a. CLAVD. carm. min. 9,48 Parthos retro didicisse ferire prima sagittiferae pecudis (*i. hystricis*) -a secutos (ARATOR act. 2, 1034 iustitiae -a. CONC. Turon. a. 567 p. 137, 23 Abrahae -a).

C *praevalente notione* ***probandi*** (GLOSS. probationes. testimonia): **1** *fere i. q. exemplum quod probat aliquid, probatio* (*cf.* GLOSS. probatum? *v. p. 1803, 73*), *interdum fere i. q. experimentum* (*cf.* GLOSS. πεῖρα) *e. g. infra l. 69* (*acced.* de: *p. 1808, 7*, in *c. acc.: infra l. 79*): **a** *acced. genet. obiect.*: *α rei*: CIC. rep. 1, 33 *usui civitati esse* maximum ... virtutis vel -um vel officium puto (SEN. dial. 1, 4, 12 dure generosos spiritus deus temptat: numquam virtutis molle -um est. IVST. 2, 4, 31 *Penthesileae* magna virtutis -a extitere [OROS. hist. 1, 15, 10]. HIL. in Matth. 12, 22 post tot divinae virtutis -a. PETR. CHRYS. serm. 13 p. 227B. EMPOR. rhet. p. 570, 18 virtutum suarum -a ⟨stat⟩uerunt. *cf. p. 1808, 17 sqq.*). LIV. 22, 39, 12 fidei -um ... dederunt (TAC. ann. 1, 30. PANEG. 11 [3], 26, 4 quis ... plura praebuit fidei constantiaeque -a? [CYPR. Fort. 11 p. 338, 24 quam praeclara, quam magna -a fidei praebuerunt *martyres*]. CONC. Ephes. a. 431 tom. I vol. 4 p. 40, 2 S. rectae fidei -um [σύστασις]. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 284. *nota i. q. actio fidei probandae*: CYPR. mort. 14 p. 305, 21 quod per iacturas et damna corporum ... vel debilitatur incessus vel auditus obstruitur vel caecatur aspectus, ad -um proficit fidei). LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 2, 33 pr⟨o -o⟩ (*suppl. inc.*) meritorum tuorum (PAVL. NOL. carm. 26, 395 meriti. 27, 446). LIV. 33, 12, 7 Romanos ... praecipuum clementiae -um dedisse (45, 37, 3 eloquentiae. TAC. Agr. 2 grande patientiae [*cf. infra l. 56*] -um. ann. 2, 34 doloris. HIL. in psalm. 1, 24 magnum timoris sui. AMM. 30, 3, 6 facinorum ... pulchrorum. CLAVD. 17, 47 clara ... mentis [rerum *var. lect.*] -a. SVLP. SEV. chron. 1, 39, 2 ARATOR act. 1, 655. *cf. l. 24. 65. 67. 78.*) CVRT. 10, 5, 25 magnum ... *illius* indulgentiae ... -um est mors huius. PLIN. nat. 3, 152 vanitatis Graecae certissimum -um. 9, 77 saevitiae. TAC. hist. 1, 15 iudicii mei. 2, 47 praecipuum destinationis meae -um habete, quod *eqs.* SVET. Aug. 51, 1 clementiae civilitatisque eius multa et magna -a sunt. FLOR. epit. 4, 10, 1 Crassus et Pacorus utrimque virium mutuarum -a fecissent (TERT. pudic. 21 p. 269,16 severitatis). TERT. anim. 1 p. 299,26 nondum ... Christianae potestatis -a processerant. 57 p. 394, 1 quasdam *animas* revocavit in corpora dei virtus in -a iuris sui. adv. Hermog. 45 p. 176, 9 -um artis suae ... ostendit. apol. 25, 5 maiestatis suae ... grande -um nostra ... aetate proposuit *Cybele*, cum *eqs.* adv. Marc. 4, 4 p. 429, 8 post tot ac tanta iam opera atque -a Christianae religionis ... edita. orat. 29 p. 199,7 quanta -a efficaciae eius! uxor. 2, 7 p. 693 Oe. ad aliquam virtutem caelestem -is dignationis alicuius vocatus (*sc. a deo*). PANEG. 11 (3), 28, 1 praebuit civilis animi satis clara -a (AVSON. 412, 4 huiusmodi -a liberalis animi). SPART. Hadr. 10, 2 tolerantiae -is eum (*i. militem*) imbuens. IVST. 2, 15, 18 pietatis. HIL. in psalm. 63, 6 p. 228, 26 longae praeparationis. AMM. 22, 9, 16 patientiae (*cf. supra l. 35*) ... et lenitudinis -um leve quidem, ... sed mirandum. AVG. civ. 16,35 p. 181,6 D. gratiae. nupt. et concup. 2,8,19 p. 271,14. SVLP. SEV. chron. 2, 10, 1 prudentiae. COD. Theod. 6, 35, 8 *a. 367* -a fidelis obsequii ... acta. COD. Iust. 1, 17, 1, 3 ingenii. ARATOR act. 2, 833. 970. *β personae* (domūs *l. 66*): LIV. 32, 7, 10 nec per honorum gradus, -um sui dantes, nobiles homines tendere ad consulatum (VAL. MAX. 4, 5, 1 certissimum sui -um ... exhibuit. STAT. Theb. 8, 296. EVTR. 7, 17, 1 ostendere. SOL. 45, 7 *var. lect. v. p. 1808, 9. cf.* CVRT. 7, 11, 9 et mei -a vobis dedi et vestra habeo). SIL. 6, 123 sat tibi ... magna et totum vulgata per orbem stant -a domus (13, 671). SVET. Galba 14, 1 multa -a egregii principis daret (*cf.* AMM. 15, 7, 1 multa spectati iudicis -a praebebat). ITALA II Cor. 13, 3 (Act. Archel. p. 43, 7 B.) an -um quaeritis eius qui in me loquitur Christus (δοκιμήν, VVLG. experimentum). RVFIN. hist. 5, 8, 13 singulorum volens accipere -a (πεῖραν αὐτῶν λαβεῖν). **b** *acced. genet. explic.*: CYPR. Fort. 11 p. 342, 16 per eadem -a poenarum, per eadem passionum martyria pergamus. **c** *acced. genet. subiect.*: SOL. 45, 9 -a eius (*sc. Bucephali*) in proeliis plura sunt (*cf.* 45, 7 *p. 1808, 8*). **d** *non acced. genet.*: SEN. dial. 10, 18, 1 satis ... per laboriosa et inquieta -a exhibita virtus est. CVRT. 5, 8, 7 maiore quam vellem -o ... virtutem vestram et fidem expertus. TAC. hist. 3, 54 quando magno -o (*sc. fidei*) opus est, ... dabo cui credas (PS. HIL. libell. 13 in hoc dabit experimentum et -um renuntiasse se *eqs.* ARATOR act. 1, 25 -a resurgens quae sic certa daret *Christus* [*sc. quod viveret*] quam mandere. *cf. supra l. 34*). ann. 16, 33 aequitate deum erga bona malaque -a (*cf.* TERT. anim. 40 p. 368,9 bona; *antea* probitatis, iustitiae *eqs.; opp.* crimina). APVL. met. 5, 13 fidei atque parciloquio meo perpendisti -a. TERT. adv. Marc. 3, 17 p. 405, 1 neque ... ulli hominum universitas (*Kroym.*, div- *codd.*) spiritalium -orum competebat nisi in Christum. patient. 3 p. 4, 22 talia tantaque -a ... probant *seq. acc. c. inf.* (CLAVD. DON. Aen. 6, 687 p. 598, 5 *pass.* PAVL. PETRIC. Mart 1, 166. 181 per tot -a probatum ... Hilarium. *cf. l. 34 sqq.*). scorp. 10 p. 167, 28 *caelum aditurus* pulchra ... -a (*potest revocari ad 2*) praemittam, bonas mecum claves feram. CYPR. hab. virg. 24 p. 205, 3 hortamentis vos mutuis excitate. aemulis de virtute (*sic S*, de utrisque *W*, virtute *D*) -is ad gloriam provocate. SOL. 45, 7 qui (*equi*) infra nobilitatem sati sunt, nulla -a sua (sui *var. lect., cf. p. 1807, 64*) praebuerunt (*cf. p. 1807, 25. 53. 68*). AMM. 17, 1, 2 amor post -a (*sc. virtutis*) flagrantior. 17, 11, 4 ut -a praeclara testantur. OROS. hist. 5, 19, 16 post tale -um (*sc. bella civilia esse militium parricidiorum*). PROSP. chron. I p. 477, 1337 -is bellicis.

speciatim: id quo deus (Christus) divinitatem suam probat (*fere i. q. argumentum, specimen sim.; acced. genet. variae significationis*): TERT. adv. Marc. 3, 3 p. 379, 1 se et filium et missum dei ... rebus ipsis esset probaturus per -a virtutum (3, 3 p. 379, 10. pudic. 10 p. 239, 22 si virtutum -a vidissent. POTAM. tract. 1 p. 1415A. *cf.* TERT. adv. Marc. 4, 35 p. 540, 2 -a virtutis et potestatis. *cf. p. 1807, 18 sqq.*). 3, 3 p. 329, 27 si alia -a invenirentur in tuo Christo, nova scilicet. *de* 4, 1 p. 423, 15 *v. p. 1809, 47*. 4, 18 p. 477, 22 resuscitavit ... mortuum filium viduae. non novum -um (*cf.* 4, 18 p. 478, 7 in tanto -o mortui resuscitati). 4, 18 p. 479, 4 *pl.* 4, 28 p. 518, 13 si eiusmodi -um creatoris est (*i. ad creatorem pertinet.* 4, 35 p. 543, 12 *pl.*). 4, 35 p. 540, 14 edito -o (4, 18 p. 477, 23. PAVL. NOL. carm. 26, 360 quaecumque patres .. sancti ediderunt -a dei). nat 2, 7 p. 106, 8 -is divinitatis. resurr. 55 p. 114, 21 formam demutationis divina etiam -a testantur: mutatur Mosei manus *eqs.* PAVL. NOL. epist. 49, 1 evidentibus veritatis suae ... -is (*syn.* argumentis). ARATOR act. 1, 798 Petrus ad ecclesiam revocat -a magistri. ITALA II Cor. 13, 3 *v. p. 1807, 68*.

2 *fere i. q. testimonium, argumentum* (*acced.* in *c. acc.: infra l. 51*): SVET. Aug. 94, 2 -is apparuit, ostentum illud ... portendisse (CLAVD. DON. Aen. 9, 4 p. 184, 16). TERT. anim. 24 p. 339, 17 multa ... -a teste Platone divinationem animae probaverunt (SER. SAMM. 486 SOL. 2, 38 *pass.* AVG. epist. 265, 4 p. 642, 1 *pass.* PAVL. PETRIC. Mart. 2, 60. *cf.* OROS. hist. 7, 1, 1 sufficientia ... -a ..., quibus probari queat. *cf. supra l. 2 sqq.*). resurr. 38 p. 80, 22. p. 81, 2. adv. Marc. 4, 21 p. 490, 6 ista nova doctrina, cuius vetera -a sunt. SOL. 27, 36 *et* 45, 6 *pl.* OPTAT. 1, 28 p. 31, 6 *pl.* 5, 1 p. 118, 3 manifestissimis -is ostendimus (RVFIN. Adamant. 2, 13 p. 83, 25 confutati atque convicti. AVG. civ. 1, 36 p. 52, 17 D. [5, 26 p. 241, 2. *ibid.* ostenditur]). AMM. 14, 2, 8 se impares ... fore ... -is frequentibus scirent. 16, 1, 3 fides integra rerum ... -is evidentibus fulta (*v. l. 45. 49. 50. 81 p. 1809, 34*). 16, 8, 12 ut -a liquida prodiderunt. 20, 8, 6 cum -is adsiduis constet (CONC. Rom. a. 502 p. 447, 17 evidentissimis -is constat *cf. infra l. 82*). CLAVD. DON. Aen. 8, 340 p. 163, 14 apertum. RVFIN. Adamant. 1, 26 p. 51, 7 veriora tibi exhibeo -a, quia *eqs.* (ἀπόδειξιν παρέξω ὅτι). 2, 13 p. 85, 17 habes aliquid -i (ἀπόδειξιν ἔσχες). AVG. civ. 15, 12 p. 81, 14 D. -o evidentissimo ostenditur (epist. 149, 9 p. 356, 8 nullo ... evidentiore -o). adv. Don. 31, 54 p. 154, 21 nostra in eam rem -a. epist. 104, 14 p. 592, 14 hoc non est docere, sed ... sine ulla -orum astructione proponere. serm. 242, 8, 12 ad credendum certissimis -is. 334, 2 attulit grande -um. serm. ed. Mai 169, 3 SVLP. SEV. dial. 1, 25, 2. ZACCH. 2, 6 p. 1116A specialibus -is Christi nativitas ... monstrata est MART. CAP. 6, 601. 715 apodictica (*schemata*), quae probandi quod asseverant afferunt -a. 7, 784. CAPREOL. epist. 2, 13 *v. infra l. 72 sq.* ARATOR act. 1, 316 inania ... a somno (*cf. Vulg. Matth. 28, 13 sq.*) -a petis. *fere i. q. pignus*: ZACCH. 2, 8 p. 1221A in hac tantum corporis imminutione (*i. circumcisione*) fidentes totius spei -a componant (ARNOB. ad Greg. 3 p. 388, 14 patientiā spei tenuimus -a).

speciatim: i. q. testimonium ex libris sumptum: CYPR. Demetr. 3 p. 352, 26 nobis ... nulla de scripturis sanctis ... -a promentibus (AVG. c. Cresc. 1, 10, 12 p. 335, 24 ista, quae a me de scripturis sanctis -a prolata sunt, sic accipienda arbitraris. in euang. Ioh. 122, 8 advertenda litterarum sacrarum -a testantur). CLAVD. DON. Aen. 10, 1 p. 288, 7 ne longius adsertionis istius -a requirantur, ipsius Maronis ... dicta repetamus. AVG. fid. et op. 7, 11 p. 48, 6 nullum ... -um est huius opinionis ex epistulis apostolorum. VINCENT. LER. 10, 15 *quaestioni* non ingenio proprio, sed divinae legis auctoritate, ecclesiastici magisterii -o (*aliter p. 1809, 21*) satisfaciendum est. CAPREOL. epist. 2, 13 paginarum sanctarum omnia ... -a congerere. *ibid.* scripturarum divinarum. *opp.* mea ... in hac fidei regula -a *cf. supra l. 57*. SIDON. epist. 4, 21, 2 ecce habes magnum maximo auctore -um (*syn.* exemplum nostri Maronis).

3 *sensu iuridiciali: quodcumque in iudicio adfertur ad aliquid probandum* (GLOSS. δικαίωμα. *v. etiam p 1807, 13. nonnulla exempla possunt etiam referri ad p. 1809, 19 sqq*): APVL. met. 2, 30 dabo vobis intemeratae veritatis -a. AMM. 18, 1, 4 -orum inopia. 18, 3, 4 mulier -o convicta non levi. 20, 2, 3 -a ... perspicue demonstrantia. 27, 2, 9 eum ... damnasset, ni ... -is evidentibus (COD. Theod. 12, 1, 173 *a. 410*) constitisset. 28, 1, 27 -is ... ambiguis, ... absoluti sunt. 28, 1, 30 *nulla* -orum rata est fides (29, 2, 27 -orum plena fide moustrare). 28, 6, 30 -is probabilibus ostendissent (COD. Theod. 16,

[I Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

8, 28 *a. 426* suppeditabunt probabilia et manifesta -a). 30, 5, 2 *facinora* quaerenda verissimis -is et vindicanda. CLAVD. DON. Aen. 6, 459 p. 566, 26 *iure iurando* firmantur, quae aliquibus -is deficientibus probari non possunt (COD. Theod. 2, 27, 1 *a. 421* multiplicibus. *cf.* 1, 10, 1 *a. 381* certissimis nequeat adprobare -is. COD. Iust. 8, 53, 29 si sine scripto donatum quod fuerit, adhibitis aliis idoneis -is ... comprobetur) AVG. serm. 164, 7, 11 si iudex es ..., si veris -is testibusque convincitur. COD. Theod. 2, 27, 1 *a. 421* nullus ... per tanta contestationum poterit -a mentiri (*praeterea bis ibid.*). 9, 36, 2 *a. 409*. 9, 37, 3 *a. 382* res munita sit testibus, instructa -is (*cf.* COD. Iust. 4, 19, 25 apertissimis). 9, 41, 1 *a. 425* -orum probationumque pensanda libramenta. 16, 2, 41 *a. 412* docenda probationibus, monstranda -is ... inferre. COD. Iust. 3, 21, 2 in militari oportet iudicio respondere, in quo ... nota testimonia et verissima possunt -a praestari. 5, 17, 8, 6 si tamen alia -a defecerint. 6, 23, 31 quod ex ipsis rerum invenimus -is (8, 33, 3 pr. INST. Iust. 4, 11, 6). 9, 39, 2 pr. poenas post -a congruas subituros NOVELL. Iust. 111 praef. nec -is (*ἀποδείξεων*) integritas nec actis fides ... valet ... suffragari.

4 *de re ipsa quae probat: i. q. scriptum quod pro testimonio est, tabulae*: AVG. epist. 34, 6 p. 26, 25 *quaestio* vel de scripturis sanctis vel -is ecclesiasticis aut publicis discutienda est. COD. Theod 11, 20, 4 *a. 423* proferre -um (CASSIOD. var. 5, 21, 2 p. 155, 34 prolati -i fidem fieri). 11, 30, 40 *a. 393* libelli absque -o et recitatione decernitur. SIDON epist. 7, 2, 7 matrimonialibus ... -is (*i. tabulis nuptialibus*). ENNOD. epist. 8, 1, 8 p. 201, 5 plenarii mihi -i dirigite firmitatem. 8, 5, 4 p. 204, 10. 8, 5, 5 p. 204, 16. 9, 21, 2 p 244, 1 de suburbano illo -a legitima suscepisse. 9, 22, 2 p. 244, 17 exhibuisse -a confirmata de legibus. CASSIOD. var. 4, 40, 2 p. 132, 15 possessio Arcinatina .. cum -is omnibus ... coniugi redderetur. CONC. Rom. a. 502 p. 450, 18 contra fas si quod conceptum fuerit -um. CONC. Aurel. a. 541 p. 90, 15 quaecumque ecclesiis ... sub competenti ac iusto -o fuerint derelicta. COD. Iust. 1, 5, 10 pr. irrita omnia huiusmodi -a et tamquam penitus nec scripta censemus. 10, 22, 1, 1 descriptus -is evidentibus fulciatur. *translate*: AVG mag. 12, 39 ita illas imagines in memoriae penetralibus rerum ante sensarum quaedam -a gestamus, quae animo contemplantes bona conscientia non mentimur cum loquimur: sed nobis sunt ista -a. *de carmine, artis et ingenii* -o: ARATOR ad Parth. 97 ne dubita, quin grata forent -a probatis (*sc. fide*), sedis apostolicae quae placuere viro.

II ***id quod ad docendum pertinet,*** *fere i. q. instructio* (*cf.* GLOSS. *διδαχή, διδασκαλία*): APVL. flor. 15 p. 57 Brachmani ... pleraque eius (*i. Pythagorae*) philosophiae contulerunt, quae mentium -a, quae corporum exercitamenta *eqs.*

III ***id quod docetur:*** *fere i. q. praeceptum* (GLOSS. *μάθημα*. quod docetur ignorans): APVL. flor. 18 p. 90 mercedem sibi pro tanto -o rependi (*syn.* id quod ... didicisti). TERT. adv. Marc. 4, 1 p. 423, 15 -a eloquii, praecepta virtutis, legis disciplinas (*potest revocari ad IC 1 p. 1808, 21*). FIRM. math. 3, 3, 8 sententiae eius sic erunt, tamquam ab eo cunctis hominibus divina -a proferantur. PS. AVG. quaest. test. 2, 7 p. 20, 12 legis -a. 118, 3 p. 355, 17 nulla ... alicuius -a addiscens. ARATOR act. 1, 491 quae ... sub hac specie lateant -a videte. 1, 725 nunc plena figuris ... -a sequar. 1, 1027 -a figurae discite. 2, 33. 74 typicae -a figurae (2, 281). 2, 523 de nomine saepe argumenta trahi -aque maxima gigni. PASS. Paul. 2 ut audiret -a vitae perpetuae. PASS. Petr. 1 viae vitaeque salutaris -a. SACR. Greg. 2, 3 inter cetera caelestis -a culturae ... instituens. VIRG. gramm. epit. 5 p. 34, 24 omnia illius (*magistri*) -a ... unam illius ... sententiam proponam. *I. Kapp.*

δοκους *acc. pl.*: PLIN. nat. 2, 96 emicant et trabes simili modo, quas *-ους* (*sic FREa*, docui R^1, -chus *dT*, -chos *P*, decos *y*, docos a^1) vocant. *cf.* docis.

a **dōdeca-, duodeca-** *incipientia vocabula graecolatina sub* **dōdeca-** *coniunximus; monemus scripturam* **duodeca-** *in plerisque aut praevalere aut unice traditam esse.*

(**dōdeca-**) **duodecachronus,** -a, -um [**δωδεκάχρονος. Th.*]. *t. t. rei metricae de temporibus pedum*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 43, 24 additamento temporum *pedes* processerunt ... a disemo ad duodecasemum seu a dichrono ad -um (duod- *codd.*).

(**dōdeca-**) **duodecada** *v.* dodecas.

dōdecaëtēris, *δωδεκαετηρίς*. CENS. 18, 6 proxima est hanc magnitudinem (*sc. octaeteridem*) quae vocatur -is (dodeceteris *V*) ex annis vertentibus duodecim. huic anno Chaldaico nomen est *eqs. Boll, PW. V 1254.*

(**dōdeca-**) **duodecaiugum,** -ī *n.* [*a δ(υ)ώδεκα et* iugum, *quasi δωδεκάζυγον. Th.*]. *translate de duodecim apostolis quasi equis Christi dictum*: AMBR. in psalm. 118 serm. 4, 28, 2 o bonorum equorum -um (duod- *codd.*) mirabile ...!

(**dōdecas**) **duodecas,** -dis *f.* [*δ(υ)ωδεκάς. Th.*]. duodecada, -ae: FILASTR. 38, 4. *i. q. summa duodenaria, numerus duodenarius*: **1** *generatim*: IREN. 1, 15 p. 185 -is ... magnitudinem (*v. p. 1810, 19*). AMBR. in Luc. 2, 62 (*de annis LXXXIV Annae viduae*) septem -es (duod- *codd.*, dod- *P*, do *eras. L*) ... sacrum videntur numerum designare. **2** *speciatim*: **a** *de aeonum numero*: PS. TERT. haer. 4 p. 220, 8 *summam* esse Aeonum triacontada, quae sit in Pleromate, ex ogdoade et decade ac -e (duod- *codd.*, duo et decade *N*). IREN. 1, 1, 3 *Pleroma* tripartite divisum in octonationum et decada et -a (*δωδεκάδα*). 1, 2, 2 praesiliit ... ultimus et iunior de -e (*τῆς δωδεκάδος*) ea, quae ab Anthropo et Ecclesia emissa fuerat, Aeon, hoc est Sophia. 1, 3, 2 -is (*τῆς δωδεκάδος*) ... Aeonum emissionem significatam per id, quod duodecim annorum existens dominus disputaverit cum legis doctoribus et per apostolorum electionem: duodecim enim apostolos elegit (*de codd. scriptura apud* IREN. *non constat*). FILASTR. 38, 4 de ogdoada ... et decada et duodecada (*cf. p. 1809, 78*) consistere triginta Aeonas. HIER. in Abd. 4 *sqq.* p. 371 cum triginta aeonas et quadradas et octoadas et -as (duod- *ut videtur codd.*) ... in medium sermo protulerit *haereticorum*. in Gal. 1, 4 p. 378 *Valentinus* triginta *αἰῶνας* ... affinxit dicens eos ... per quadradas et ogdoadas, decadas quoque et -as (duod- *ut videtur codd.*) tot edidisse numeros saeculorum, quot Aeneia fetus scrofa generavit. **b** *de Christo*: IREN. 1, 15 p. 185 dicitur (*Iesus*) ... et 'filius Christus', hoc est '-s' (*ἡ δωδεκάς*): *υἱὸς* enim nomen litterarum quattuor est, *Χριστὸς* autem octo, quae composita -is (*τῆς δωδεκάδος*) ostenderunt magnitudinem.

(**dōdeca-**) **duodecasēmus,** -a, -um [*δωδεκάσημος. Th.*]. *t. t. rei metricae de temporibus pedum*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 43, 15 temporum ... incrementa a duobus ad duodecim procedunt, id est a disemo ad -um. 43, 23 *v. p. 1809, 67*. 49, 17 ab hexasemo ad -um. 49, 21 -us.

(**dōdeca-**) **duodecastȳlus,** -a, -um [**δωδεκάστυλος. Th.*]. *duodecim columnis in fronte fultus: translate de duodecim apostolis duodecim tribus Israel figurantibus*: IREN. 4, 21, 3 peregre nascebantur XII tribus, genus Israel, quoniam et Christus peregre incipiebat -um (duodec- *ut vid. codd.*) firmamentum ecclesiae generare.

(**dōdeca-**) **duodecasyllabus,** -a, -um [**δωδεκασύλλαβος. Th.*]. *legitur in codd. ut videtur* duod- *praeter scripturas infra allatas. formam neutrius* -on *v. l. 36. 37. in re metrica i. q. constans ex duodecim syllabis*: **1** *de versu notissimo Asclepiadeo XII syllabarum*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 161, 3 prima ... ode *Horatii* subsistens metro Asclepiadeo -o (168, 11 -o versu). FORTVN. gramm. VI 296, 9 Asclepiadeon -on esse oportet. PS. BASS. gramm. VI 305, 4 Asclepiadeon -on. SACERD. gramm. VI 536, 26 tetrametrum Asclepiadeum brachycatalectum -um (dedecas- *A*). *huc pertinere videtur*: NOT. Tir. 114, 53 duodecasilaus. **2** *de hexametro spondiazonte*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 212, 15 similiter ut in -o (clud- *C*) *sc. versu* species una est (*cf.* p. 211, 19 in versu duodecim syllabarum). AVDAX gramm. VII 338, 26 versu. 339, 16. *pro subst.*: PS. CENS. frg. 15 contrarius est huic (*pyrrichio*) ... -us spondiazon (*affertur* ENN. ann. 624)

dōdeca- *et* **duodecatēmorium,** -iī *n.* *δ(υ)ωδεκατημόριον* (*cf.* MANIL. 2, 695 tenuem visu rem, pondere magnam, et tantum Graio signari nomine passam, -a in titulo signantia causas). *legitur in codd.* MANIL. *semper* duod- (*etsi vox tantum in initio versus ponitur*), *aeque apud* FIRM.; *frequens etiam est scriptura* duodecath- *in codd. utriusque. nom. vel acc.* -um: MANIL. 2, 700. 736. 741 FIRM. *passim.* -on: FIRM. math. 2, 13, 2 (*bis*). 3. 4. 3, 6, 35. 3, 13, 14 *codd. gen.* -ii: MANIL. 2, 740 (*cf. Garrod ad l.*) FIRM. *i. q. pars nata ex divisione per numerum duodenarium. non legitur nisi apud* MANIL. *et* FIRM. *sensu astrologico; cf. Bouché-Leclercq, L'astrologie Grecque p. 299 sqq.; Housman, Manil. astron. 2 praef. p. XXII sqq., comm. ad 2, 687 sqq, et ad eosdem versus quae commentati sunt Garrod, Breiter, van Wageningen.* **1** *zodiaci signi cuiuslibet pars duodecima*: MANIL. 2, 696 *sqq.* cum tricenas per partis sidera constant, rursus bis senis numerus diducitur omnis. ipsa igitur ratio binas in partibus esse dimidiasque docet partes. his finibus esse (700) -um constat, bissenaque cuncta omnibus in signis. 2, 712 singula divisis variant quod partibus astra -iis proprias mutantia vires. *quae docentur 726 sqq. de luna, exeunt in verba* (735 *sq.*:) in quo (*signo*) destituent *partes*, eius tum luna tenebit -um signi. FIRM. math. 2, 13 tit. de -ŗis. 2, 13, 1 nunc, de -iis [a] qua ratione perquiras, breviter ostendam; quidam enim ... totam geniturae substantiam ... ex -iis posse prodi significant. quid autem sint -a, hoc dicetur exemplo. cuiuscumque stellae (*cf. Housm. l. c. p. XXIV*) volueris -on quaerere, partem eius duodecies computas *eqs. fusius in eodem capitulo.* 3, 2, 27 in his omnibus locis Saturno posito partem eius diligenter inquire, ut invenias, in quo loco et in quibus finibus -um eius sit collocatum, ut ex -o et ex finibus -ii omnem Saturni invenias potestatem (*sim.* 3, 3, 24. 3, 4, 40. 3, 5, 40. 3, 6, 35. 3, 7, 28. 3, 13, 14. 4, 17, 12 *aliarum vagarum stellarum et solis, lunae, fortunae*). **2** *zodiaci signi cuiuslibet partis duodecimae* (-ii *1*) *particula quinta secundum numerum stellarum vagarum, quarum singulae singulis particulis praesident* (*de hoc usu vocabuli praeter* MANIL. *non obvio cf. Housm. Manil. 2 praef. p. 26*): MANIL. 2, 740 *sqq.* perspice ... -ii (*pertin. ad 1*) quid sit quod dicitur esse -um. namque id per quinque notatur partes: nam totidem praefulgent sidera caelo, quae vaga dicuntur .... (745) in quocumque igitur stellae quandoque locatae -o ('*proprie in -o -ii*' *Wageningen ad l.*) fuerint, spectare decebit.

dōdecatheon, *δωδεκάθεον vel potius δώδεκα θεῶν* (*cf. Mayh. ad Plin. nat. 1, 25, 9*). *herba ad medicamentum apta*: PLIN. nat. 25, 28

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ab ea (*herba moly*) maxima auctoritas herbae est, quam -on (duod-*V d*) vocant omnium deorum maiestate commendantes *eqs.* 26,107 -um (*acc.*) de qua diximus. 1, 25, 9 -on (*nom.*). MARCELL. med. 27 7 medicamentum, quod -on (duod- *codd.*) appellatur, movet urinam *eqs.*

δωδεκαθεος: SVET. Aug 70, 1 cena . . . eius (*Augusti*) secretior . . ., quae vulgo -os (*om. G*, duodenorum deorum *suprascr. in V*, dodecateos *S m. 2*) vocabatur.

dōdecazōdion, *δωδεκαζῴδιον.* VINDIC. med. 14 infantem in utero ferri atque componi ⟨ad⟩ cursum solis et lunae et -on (duodecadion *B*) terminare. *cf.* VINDIC. gyn. p. 450 *ld* (dodecadem, dodiacon *corrupte*). p. 451 *b*.

dōdece, dōdecim *v.* duodecim. **dōdecimus** *v.* duodecimus.

dodilla *v.* doctila.

[**dodomus** dona, munera GLOSS. V 452, 6. 497, 27. do domus *et* dona munera *Goetz dubitanter. δεδομένα Bücheler*]

dodoronis erissimo (*i. ἐρύσιμον*) GLOSS. III 589, 70 611, 37. drodonus erisimo 623, 42. *cf.* 589, 61 semen dodoronae ercimos sperma. 611, 23 semen dedorine ericinus sperma. 623, 24 semen drogone ericimos sperma.

dodra, -ae *f.* [*a* dodrans *ductum esse videtur. Th.*]. *potionis genus ex novem speciebus constans*: AVSON. 86, 1 in dodralem (*sc. potionem*): -a ex dodrante est. sic collige: ius aqua vinum sal oleum panis mel piper herba: novem (87, 1). *cf.* 88, 1 *δόδρα ποτὸν καὶ ἀριθμός, ἔχω μέλι, οἶνον eqs.*

dodrālis, -e *a* dodra *v. l. 21.*

***dōdrāns,** -tis *m.* [*a* de(esse) *et* quadrans *ductum, cf.* dextans, deunx. *Th.*]. *de etymologia*: VARRO ling. 5, 172 -s dempto quadrante (*sc. de asse*). *de genere: affertur inter masculina* GRAMM. suppl. 115, 21, *inter feminina ibid* 121 6. *comprobatur masculinum attributis*: CIC. Att. 1, 14, 7 COLVM. 4, 1, 1 PLIN. nat. 7, 26 IVLIAN. Vlp. dig. 35, 3, 1, 8 IVLIAN. dig. 37, 5, 6 AFRIC. dig. 28, 5, 48 (47), 1 MAECIAN. distrib. 59 *al., femininum exemplis comprobari non potest. de declinatione: gen. plur.* -ium: PLIN. nat. 9, 11. *de formis*: dodras: VICTOR. metrol. p 87. dodran: HILARIAN. pasch. 6 METROL. p. 130, 21. doras: METROL. p. 127, 16. doran(tem): CHIRON 860. 909. *cf. Ahlquist, Stud. zur Mulom. Chiron. p. 112; Krusch, Stud. zur christl. mittelalt. Chronolog. p. 149. notatur* S *vel* S ⁝· *vel* S ζ/ (*i.* S –): LEX par. fac. Put. (Corp. I² 698) I 14. II 2. 4 CORP. IV 2063 FRONTIN. aq. 44 *sqq. saepius*. MAECIAN. distrib. 59. 60 METROL. p. 127, 16. 130, 21. *cf.* MAECIAN. distrib. 12 nota -is S . INSCR. numm. Babelon I 325. *Hultsch, PW. V 1265 sq.*

novem partes rei cuiuslibet in partes duodecim divisae vel tres partes partium quattuor:

A *generatim*: LIB. de asse 2 *assis* altera *pars* -s, altera quadrans (7). 13 as . . . habet unum deuncem, unum dextantem, unum -em *eqs.* 14 sublata uncia de dextante remanet -s, sublata uncia de -e remanet bessis *eqs.* VICTOR. metrol. p. 87 *XII partium assis* si III dempseris, VIIII quae remanserunt -s et III demptae quadras vocatur. METROL. p. 127 S ζ/ (*i.* S –) doras unc(iae) VIIII. p. 130, 32. MAR. VICTORIN. defin p. 42, 14 quadrans *est* cui -s deest, ut sit assis (BOETH. in top. Cic. 3 p. 326, 31 CASSIOD. art. 3 p. 1175[B]). AVSON. 368, 21 PRISC. gramm. III 416, 20. *cf.* AVSON. 86, 1 dodra ex -e est (*sc. quod ex novem speciebus constat*) *v. etiam p. 1812, 56.*

B *speciatim*: **1** *de mensuris*: a *longitudinis vel altitudinis vel latitudinis*: BALB. grom. p. 95, 1 sextans, quae eadem -s appellatur, habet palmos III, uncias VIIII, digitos XII. LEX par. fac. Put. (Corp. I² 698) I 14 limen . . . long(um) p(edes) VIII, latum p(edem) I ⁝·, altum p(edis) (*delendum censet editor*) S ⁝·. *ibid.* II 2 *asseres* disponito ni plus S ⁝·. *ibid.* II 4 antepagmenta abiegnea lata S ⁝·. VARRO rust. 3, 5, 14 lapis a falere pedem et -em alta (*sic*). 3, 8 infimum ordinem *mutulorum* oportet abesse a terra non minus tres pedes, inter reliquos (*ordines*) -es *esse oportet.* VITR. 3, 4, 4 ut *crassitudines graduum* neque crassiores dextante nec tenuiores -e sint collocatae. 7, 1, 3 *rudus* absolutum crassitudine sit -is. 10, 10, 2 tabulae . . . fiant crassitudine unius foraminis, latitudine unius et eius -is. COLVM. 3, 13, 5 quidam dupondio et -e altum sulcum, latum pedum quinque faciunt. 3, 15, 2 *locis* acclivibus in dupondium et -em, praecipitibus . . . in tres pedes. 3, 19, 1 *malleolus* nec maior pede nec -e minor esse debet (3, 19, 2 *malleolus trigemmis* paulo minor -e, longior utique semipede). 4, 1, 1 nimium . . . profundos . . . fieri scrobes adiecto -e super altitudinem bipedaneam. 4, 1, 8. 4, 33, 2. 5, 6, 18. PLIN. nat. 7, 26 *Trispithami Pygmaeique* ternas spithamas longitudine, hoc est ternos -es, non excedentes. 9, 11 *dentes beluae* maximi -ium mensura, minimi semipedum. 36, 71 *obeliscus* LXXXV pedum et -is praeter basim eiusdem lapidis. FRONTIN. aq. 65 altitudinem aquae pedum quinque, latitudinem pedis unius -is. *ibid.* fiunt areae pedes octo -s. *per notam* S : 44. 45. 51. 53. 57. 63. SVET. Aug. 79, 2 *staturam* quinque pedum et -is. PALLAD. 12, 7, 20.

b *longitudinis et latitudinis*: COLVM. 5, 1, 11 partes tres quartae *iugeri efficiunt* pedes unum et viginti milia et sexcentos, hoc est -s, in quo sunt scripula CCXVI (LIB. de asse 16). LIV. 8, 11, 14 bina in Latino iugera, ita ut -e ex Privernati complerent, data.

2 *de ponderibus, mensuris, liquidis, sim.*: CARM. de pond. 49 -em reliquum vocitant quadrante retracto *de asse.* PRISC. gramm. III 408, 24 (*de ponderibus*) -s unciae novem. COLVM. 6, 6, 4 tres caprifici aridi conteruntur et cum -e aquae calidae dantur. 12, 12, 2 sextarium aquae cum -e pondo mellis diluunt (12, 12, 3). SCRIB. LARG. 45 aeris floris pondo -s PLIN. nat. 18, 66 Baeticum *genus frumenti* totam libram addit, Africum et -em. CHIRON 860 (*in acopi compositione*) olei veteris p. doran. 909 murra trigoniten p. doran.

3 *de pecunia et quolibet possessionis genere*: VARRO ling. 5, 172 (*inter pecuniae signatae vocabula*) -s dempto (*sc. de asse*) quadrante. MART. 8, 9, 1 solvere -em (*pecuniae debitae, cf Hultsch l. c.*) nuper tibi, Quinte, volebat lippus Hylas, luscus vult dare dhuidium. MAECIAN. distrib. 12 si bessi applicueris unciam vel septunci sextantem vel semissi quadrantem vel quincunci trientem, -em efficies, hoc est novem duodecimas. 18 in -e sunt unciae novem, sextantes quattuor et uncia, quadrantes tres . . . deest assi quadrans. 59. 60. SCHOL. Hor. ars 329 assis totum patrimonium est. biens triens . . . -s . . . partes assis sunt. LEX Burg. Rom. 1, 1 *si* donatio -em, i. e. novem uncias, non excedit. *fort.* GLOSS II 297, 33 -s *ἐναούγιον.* V 355, 61 *et* 409, 18 -s aegur (*anglosax.*). CIC. Att. 1, 14, 7 *Q. frater* Argiletani aedificii reliquum -em emit HS DCCXXV. *speciatim de hereditate*: NEP. Att. 5, 2 *Caecilius Atticum* heredem . . . fecit ex -e (SVET. Iul. 83, 2. ICTI *saepe, ut* SCAEV. dig 32, 10, 1. 32, 103, 3. 33, 1, 21, 2 *al.*). GAIVS inst. 2, 227 lex Falcidia (*a. 40 a. Chr., v. PWK. XII 2316*), qua cautum est, ne plus . . . legare liceat quam -em (IVLIAN. dig. 35, 3, 1, 8. 37, 5, 6 VLP. reg. 24, 32 *al.*). IVLIAN. dig. 35, 2, 87, 3. 4. 8 *legata* ultra -em data fuerant (GAIVS dig. 35, 2, 73, 5 PAPIN. dig. 35, 2, 11, 6. 36, 1, 57 [55], 2 COD. Theod. 2, 21, 2 [*a. 360*]). AFRIC. dig. 28, 5, 48 (47), 1 filiae totus as, postumo -s datus est (PAVL dig. 28, 5, 20, 1). GAIVS dig. 35, 2, 73, 5 quod si excesserit quis -em (PAVL. dig. 35, 2, 1, 9. 12). inst 2, 255 non plus quam -em hereditatis . . . restituere (2, 256 plus quam -em vel etiam totam hereditatem. MARCELL. dig. 23, 3, 59, 1 SCAEV. dig. 32, 40, 1. 36, 1, 80, 3 VLP. dig. 36, 1, 3, 5 reg. 25, 14. *al.*). MARCELL. dig. 28, 7, 23 consobrinam qui duxit . . . uxorem, habebit -em (SCAEV. dig. 33, 1, 21, 2). SCAEV. dig 33, 1, 21, 2 deducta -is parte quarta. PAPIN. dig. 28, 5, 79 (78), 1 Lucio Titio ex duabus partibus, Publio Maevio ex quadrante scriptis heredibus assem in -em esse divisum respondi (*cf* COD. Theod. 5, 1, 4, 1 [*a. 389*] in -em nepotes iure succedant). 29, 4, 26 pr. si varia legata supra -em data sint (35, 2, 1, 11. 35, 2, 10). 35, 2, 15, 4 superfluum aeris alieni -i tantum detrahetur. 36, 1, 60 (58) pr. pecuniae . . . debitae -s ex causa fideicommissi petetur. COD. Iust. 6, 28, 4, 4 usque ad -em (6, 49, 5, 1). *al.* LEX Burg. 10, 3 in -e, i. e. in tribus hereditatis portionibus, avo aviaeque succedant, quarta vero, i. e. Falcidia, ad agnatos . . . deferatur. *al. nota*: QVEROL. p. 60, 2 ut -em solidi nec inspicientum gratia nec largientis excedat humanitas.

4 *de temporis notionibus*: PLIN. nat. 2, 58 lucere *lunam* -es semuncias horarum ab secunda adicientem usque ad plenum orbem detrahentemque in deminutionem (18, 219). *cf.* COLVM. 2, 4, 8 iugerum . . . quattuor operis expeditur: . . . proscinditur duabus, una iteratur, tertiatur -e, satum redigitur quadrante.

5 *de lunae magnitudine*: PS. CYPR. pasch. 6 luna, quae quarta feria V Kl. Apr. XV fuerat facta, inventa est suppleto primo anno XXVI qu(adrans) V Kl. Apr.: item secundo anno adiectis XI diebus et qu. inventa est VII s(emis) V Kl. Apr.: tertio anno XVIII d(rans) V Kl. Apr. (7). HILARIAN. pasch. 6 luna ad vesperam -n facta est. COMPVT. Carth. 1, 6 *lunam* -bus crescere et -bus minui . . . quindecies enim -es (*pertinet ad A p. 1811, 44 sqq ; 'supple faciunt' Krusch*) decus as quadram. *cf.* COMPVT. cod. Col. frg. p. 242 prima luna . . . videre non potest, cum sint in -e.

derivata: dodrantalis, dodrantarius.

dōdrantālis, -e *a* dodrans. *legitur* duod-: HYG. grom. p. 111, 19. *i. q. dodrantem pedis efficiens*: VITR. 10, 13, 4 arrectaria in turris [in] imo -ia, in summo semipedalia. COLVM. 5, 6, 12 stirpem 11, 3, 44 sulci . . . -is altitudinis (17, 148 sulco -i. 18, 178). PLIN. nat. 15, 131 ramos (21, 59 ramulis) 17, 74 differuntur *cupressi* post annum -i filo. 17, 144 seritur *harundo* . . . -i scrobe (17, 151). 17, 154 in fico . . . *seruntur* -es *surculi.* 22, 159 horminum . . . -i altitudine. HYG. grom. p. 111, 19 lapides ne minus -es poni oportet.

dōdrantārius, -a, -um *a* dodrans. CIC. Font. 2 in tabulis -iis et quadrantariis . . . ab Hirtuleio (*quaestore*) institutas. *ibid.* laudas illum (*Hirtuleium*), quod -as tabulas instituerit; easdem Fonteius instituit et eodem genere pecuniae. *pertinent illae tabulae aliquo modo ad legem Valeriam (a. 86 a. Chr.), quae creditoribus quadrantem solvi iussit; cf. B. G. Niebuhr, Cic. or. pro M. Fonteio et pro C. Rabirio fragmenta p. 53 sq.; Mommsen, Röm. Münzw. p. 383 adn. 55.*

doga, -ae *f.* [*a gr. δοχή vel δοκή* (*Hesych.*) *tractum esse videtur. Th.*]. *vas receptaculum, ut videtur*: GLOSS. II 54, 28 *βοῦττις* (*βούττης e*). VOPISC. Aurelian. 48, 2 facta erat ratio -ae, cuparum, navium et operum. [*val.* doagă, *it.* doga, *francog.* douve. *M.-L.*] *deriv.*: dogalis (*?*), dogarius.

[?] dogālis, -e *a* doga, *ut videtur.* POMPON. Atell. 42 *titulus fabulae* (dotalis *Bothe*).

dogārius, -ii *m. a* doga. *qui dogam facit.* GLOSS.[L] II Philox DO 17 *βουττοποιός.* [*val.* dogariu. *M.-L.*]

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae